loci corporalis ſit locare angelos hoc ē. vtrum angeli ſint in celo empyreo corporeo. Terminꝰ declarandus ē locus. Dico ꝙ locus eſt duplex quidẽ ſpũalis. aliꝰ corporalis. Spũalis eſt duplex quidem ꝯſeruatiuus locati. Alius limitatiuus vel deſcriptiuus. Locus cõſeruatiuus eſt ipſa virtus diuina cõtinens ꝫ conſeruans ꝫ gubernans oīa Unde ſcriptũ eſt Spũs dñi repleuit orbem terrarũ ꝫ hoc qđ cõtinet omnia: ſcientiaꝫ habet vocis. Hoc qđ continet hoc tenetꝰ ſubſtantiue ꝫ infert ens ſcꝫ ſpiritꝰ dñi quod cõtinet omnia. Deus ē in omni loco preſentialiter potentialiter ꝫ eſſentialiter. ꝑſencialiter quia clare videt omia ꝫ omnia preſentia ſunt eius conſpectui. Potencialꝛ quia cõſeruat ꝫ cõtinue. Eſſentialiter. i. per ꝓpriam naturã vbiqꝫ eſt: nec ampliꝰ eſt in celo q̄ȝ in inferno. Alius eſt locus ſpũalis limitatiuꝰ vel circũſcriptiuus: ꝫ ſic ꝓpria finitas vel limitatio cuiuſlibet rei eſt eius locus ꝫ ſic limitatio angeli eſt locus eius ſpũalis. Alius ē locus corporalis ꝫ hic põt capi duobꝫ modis. Uno mõ fundamentalꝛ. Alio modo formaliter. Primo mõ eſt ſupficiens cõcaua corporis continentis locatũ ꝫ ſic eſt quãtitas quia eſt ſupficies. Secũdo modo ſcꝫ formalꝛ eſt reſpectus extrinſecus aduenıens fundatꝰ in ſupficie concaua continente ꝫ terminatus ad locatum ꝫ eſt de genere vbi. ¶ Nota ꝙ aliud eſſe in loco poteſt intelligi quadrupliciter. Primo modo circũſcriptiue. Scđo modo diffinitiue. Tercio modo ſacramentaliter. Quarto modo immẽſiue. ꝫ conſcriptiue quãdo totus locus correſpondet toti locato ꝫ quelibet pars loci cuilibet parti locati. hoc modo corpus eſt in loco. Diffinitiue in loco eſt qđ eſt pſens alicui loco per realem preſentiãꝫ exiſtentiam ſic tamen ꝙ quando eſt in illo loco per ſuaꝫ potentiã naturalem non poteſt eſſe in alio loco et ſic angelus eſt in loco qui ſic pſens eſt vni loco ꝙ nõ eſt in alio non tamen circũſcribitur loco quia non

habet quantitatē. Diffinit ergo ſibi locum .i. determinat. Sacramentaliter in loco eſſe eſt qđ eſt p̄ſens per realem exiſtētiam tanq̄ ſub ſigno ſenſibili ſic tamē q cum hoc poteſt eē in alio loco et ideo nō diffinitiue .i. nō ſolum determinaf ad illum locum vt angelus. z ſic corpus xp̄i eſt in ſacramento altaris quia eſt in tot locis quot ſunt hoſtie ꝯſecratē. Immenſiue in loco eſt qđ neceſſario eſt ex natura ſua in quolibet loco z in qualibet re z ſic ſolus deus eſt in loco. Rn̄deo dicendum q celum empyreū locat angelos vt eſt locus angeloꝝ ſpūalis.

Querif decimo. Utrū

vnus angelus ſimul z ſemel ſit in pluribus locis: an tm̄ in vno. Iſta queſtio poteſt eſſe de facto. Prima queſtio vnus et idem angelus nō eſt ſimul z ſemel in pluribus locis ſed eſt tm̄ in vno loco patet per Damaſce. quia quādo angelus ē in vno loco non eſt in alio. Alio modo pōt formari quo de poſſibili et tractat eā de poſſibili doc. z ſic habet duplicē ſenſum ſm q eſt duplex potentia abſoluta z ordinata. De poteſtate dei abſoluta nō implicat contradictionē vnum et eundem angelum ſimul z ſemel eſſe in pluribus locis quantūcunq̄ diſtantibꝫ: z hoc modo nō tractat eam doctor. Reſolutio .q. ſtat in iſta ꝯcluſione. Impoſſibile eſt q vnus z idem angelus de potentia ſua naturali ſit in pluribꝫ locis ſed ē hic et nūc Rōne indiuiduatōnis: z rōne limitationis angelus nō eſt vbiq̄. Alia cōcluſio. Poſſibile eſt de potentia dei abſoluta q idem corpus numero ſit ſimul et ſemel in pluribꝫ locis quantūcunq̄ diſtantibꝫ Probatur. Omne illud ē poſſibile deo qđ nō includit euidenter cōtradictionē nec ad ip̄m ſeq̄tur neceſſario ꝯtradictio Luce p̄mo. Non ē impoſſibile apud deum omne verbū. gloſa .i. id eſt omne illud cuiꝰ intellectio vel noticia vel verbū vel conceptus nō includit contradictionem Non minoris virtutis z potētie eſt deꝰ reſpectu angeli q̄ reſpectu corporis. id eſt ad ponendū vnū z eundē angelū numero ſimul z ſemel in pluribus locis q̄ ad ponēdū vnū et idem corpus numero ſimul z ſemel in diuerſis locis.

Querif vndecio. Utrū

angelus ſit in loco in partibili vel punctali. Rn̄ſio bonauenture q angelus cū contineaf a loco corporali q eſt in loco p̄ticulari tanq̄ in loco p̄mo vt patet in textu. ¶ Querif vtrū angelus poſſet eē in loco q̄tūcunq̄ magno. Reſpōſio bonauenture q dicit exiſtētia anime in corpore z exiſtentia angeli in corpore quia anima pōt eſſe in corpore ita paruo q̄tū poteſt in minori: quia anima eſt p̄fectio corporis z non cuiuſcunq̄ corporis ſed organici z ideo requirit quātitatem ſm multitudinē organoꝝ. Anima ergo req̄rit corpus debite q̄titatis. Unde p̄hus in libro de aīa. Omni natura cōſtantiū poſitus eſt certus terminꝰ augmēti z decremēti. Non ſic ē de angelo quia angelus nō eſt p̄fectio corporis ſed eſt in corpore ſicut in loco z ideo nō eſt dabiľ minimus locus angeli ſicut nō eſt dabilis minima q̄titas. ¶ Utrum poſſet angelus eſſe in loco q̄tūcūq̄ magno. Rn̄ſio bona. q nō qz dabile ē maximū corpꝰ vt empyreū: angelꝰ nō p̄t eſſe in tali corpore q̄ ad oēs p̄tes naturaľr z ſm naturā angeli deq̄d ſit d̄ potētia dei. Opinio ſcoti Dico q̄ q angelꝰ nō p̄t eē in ſ duobꝫ adeq̄tis: ſꝫ nō ē incōueniēs q ſit in duobꝫ locꝫ inadeq̄tis etiā diſiunctꝫ. Un̄ ſi angelus hꝫ eccleſiā p loco adeq̄to p̄t eſſe in p̄ribꝫ partibꝫ eccleſie etiā diſiunctim.

Queritur duodecimo.

Utrum plures angeli poſſint ſimul eſſe in eodem loco primo. Iſta queſtio habet duplicem ſenſum. ¶ Primo modo quo poteſt eſſe de facto. Secūdo modo poteſt eſſe de poſſibili. Si ſit de facto.

¶ Reſpondeo ꝙ regulariter plures angeli nõ ſũt in eodẽ loco. Si q̃ŏ ſit de poſſibili tũc duplex eſt intellect⁹. Uno mõ de potẽtia naturali ꝛ ſic reſpõdet ꝙ nõ. Si de potẽtia di dico ꝙ ſic: immo ſi deus vellet poneret oẽs angelos in eodem loco. Iſtud pꝫ q2 nõ includit ꝯtradictionẽ duo corpa eſſe in eodẽ loco ſed non minus duo angeli pñt eſſe in eodẽ loco. g̃ ꝛc. maior pꝫ p exemplũ in natiuitate xp̃i: ꝛ in reſurrectõe. Et ĩ ingreſſu ad diſcipulos ianuis clauſis. Nota ꝙ aliqd dr̃ impleri dupl'r. Uno mõ q̃ ad impletionẽ vacui: ꝛ ſic celũ non eſt repletũ angelis q2 ſi nullus angelus eẽt in celo adhuc in celo empireo non eſſet vacuũ: q2 angeli non ſunt in loco impletiue nec p corꝫ aduentũ in celo fit alicui⁹ corporis ceſſio pexiſtẽtis. Alio mõ dr̃ aliquid impleri q̃ ad ornatũ ꝛ ſic celũ empireũ factum eſt repletũ angelis ꝛ ornatũ angelis. Tenendũ eſt etiam de facto ꝙ diſtincti ꝛ ſeparati ſunt angeli in celo.

Circa terciam diſtinctionẽ oſtẽditur quales facti ſunt angeli. ¶ Primo querit̃. Utruꝫ in angelo ſit cõpoſitio ex diuerſis naturis ſcꝫ materia ꝛ forma. Reſolutio oĩm modernorũ eſt ꝙ angelus non eſt cõpoſitus ex materia ꝛ forma tãq̃ ex diuerſis naturis. pꝫ q2 angelus eſt ſimplex. Opinio Bonauenture eſt ꝙ angelus eſt vere cõpoſit⁹ ex materia ꝛ forma ex diuerſis naturis.

Querit̃ Secundo Dato ꝙ ĩ angelis ſit materia large capta)

¶ Utꝝ ſit eiuſdẽ rõis cũ materia corpaliũ. Reſolutio. q. ſtat ĩ trib⁹ opinionib⁹ Prima ẽ ꝙ in angelis ẽ eadẽ materia cũ corpib⁹ vnitate analogie. Alia opinio ponit ꝙ ẽ eadẽ vnitate ſpecifica vel generica. Reſolutio bonauẽture eſt ꝙ materia eſt eiuſdẽ rõnis in oĩbus tam corporalibus q̃ ſpũalib⁹ ſcd̃m metaphiſicos.

Tercio queritur. Utrũ

materia ſpũalium ꝛ corporaliũ ſit vna ſm numerũ vel ſm aliã vnitatẽ. Nota ꝙ triplex eſt vnitas: quedam cõtinuitatis cuius q̃libet pars cõtinuat̃ alteri vt corpus vnũ. Simplicitatis eſt q̃ŏ nõ eſt cõpoſitũ ex partib⁹ integralib⁹ vel quãtitatiuis et q̃ŏ nen põt eſſe ps cõponens aliq̃ŏ totũ per ſe ꝛ ſic angelus eſt vnum vnitate ſimplicitatis ꝛ aĩa non eſt ſ̃m mõ vna nec etiã materia pꝫ ex dictis. Unũ ſiue vnitas hõgeneitatis eſt cuius q̃libꝫ pars recipit pdicationẽ totius vl' q̃ŏ hꝫ ptes eiuſdẽ rõnis vt aq̃ ignis aer. pono talem ꝯcluſionẽ. Materia oĩm ſpũaliũ ſm ponẽtes materiã in angelis eſt materia oĩm corporaliũ. vel ſic. Materia in q̃buſcunq̃ ẽ: eſt vna non ſolum vnitate ſpecifica ſed etiã vnitate numerali intelligibili. i. vnitate mere priuatiua. Alia ccluſio. Oẽs materie quorũcũq̃ materialiũ ſunt vnũ vnitate ſpecifica. Nota ꝙ materia eſt ens in actu q2 eſt termin⁹ creationis. Materia non eſt in potẽtia obiectiua ſed ſubiectiua. Nota ꝙ materia ꝛ forma ꝛ q̃libꝫ pars eẽntialis diſtinguitur realiter a ſuo toto q2 nihil idẽ cõſtituit ſeipſum.

Quarto querit̃ Utrum

in angelis ſit mera diſcretio perſonalis Mgr̃ attribuit quattuor angelis. pmũ eſt eſſe eſſentie ſimplicis. ſcd̃m diſcretio pſonalis. tercium rõ naturaliter inſita. quartũ liberũ arbitriũ. Reſpõſio ſcti Thome pſiũs eſt reprobata ſed ẽ alia opinio ſobria canonica que ſtat in vna ppoſitione q̃ talis eſt. In angelis eſt ponere diſtinctionẽ q̃rum ad pſonalitatẽ tmmõ aut in oĩbus angelis aut ſaltẽ in aliq̃bus. Illa dicunt̃ tmmõ differre pſonaliter q̃ continent̃ ſub eadẽ ſpẽ ſpãliſſima ꝛ vtrũq̃ illoꝝ eſt pſona vt ſortes et plato. Oĩs diſtinctio q̃ nobis apparet de angelis innoteſcit nobis vel per ſacrã ſcripturã vel p dicta ſanctorũ vel ppter

diuerſa officia miniſteria vel opationes eoꝝ ꝛ hoc eſt a poſteriori ꝛ ideo a priori non põt dubitari ꝙ angeli oẽs ſint diuerſi ſpẽ vel nũero tm̃. Sctũs bonauentura in breuiloquio dicit ꝙ omẽs ſm ꝙ maſſa pditionis erãt debebãt dãpnari. Jdeo plures reprobanť ꝗ͂ eligantur vt oſtendatur ꝙ ſaluatio eſt ſm grãz ſpũs ſcti ſpãlẽ ſed dãpnatio ſm iuſticiã cõem

Quinto queriť. Utrũ

pſonalis proprietas ſit in angelis accñtalis vel ſubalis. ¶ Opinio Bonauẽture verior ſtat cũ tribus ꝓpoſitionibus. ¶ Prima eſt ꝙ ꝓprietas pſonalis dicit de pncipali ſignificato aliquã entitatẽ ſubalẽ ipis pſonis.i.angelis ꝛ hoibus. ¶ Scđa proprietas pſonalis ex ꝯſeqñti neceſſario connotat aliqđ accñtale. ex ꝗ ſequiť corrclariũ ꝙ pſona neceſſario importat duo ſcꝫ pncipale ſignificatũ ꝛ cõnotatũ ex hoc ſequiť ꝙ pſona nõ eſt accidens. ¶ Tercia ꝓpoſitio illud accñs qđ neceſſario importať p perſonã oriť immediate a principijs accñtalibꝰ. probatur. Sicẽ ſe hꝫ ꝓprietas indiuidualis ad indiuiduũ: ita ꝓprietas pſonalis ad pſonã. ſed ꝓprietas indiuidualis neceſſario importat aliqđ ſubſtãtiale ꝛ cõnotat accidens ꝗ etiã proprietas pſonalis. Maior eſt nota. minor patꝫ. Nã indiuiduũ duo importat. Primo indiuiduũ eſt qđ eſt indiuiſum a ſe ꝛ diſiunctũ a quolibꝫ alio. Jndiuiſum dicit ſubſtãtiale qꝛ indiuiſibilitas eſt ex vnione nũero cũ forma. Sic oportet dicere de pſonali ꝓprietate ꝗ addit vltra proprietatẽ indiuidualẽ dignitatẽ duplicem. Primo nobilitatẽ ſup omẽs naturas creatas irrõnales. Jſtas nobilitas eſt eſſentialis: qꝛ competit ex parte eſſentie ſue ſcꝫ intellectualitatꝫ. Jterũ dicit dignitatẽ. ſ. actualem eminentiã ſup oẽs naturas exiſtentes cũ ea in eodem ſuppoſito ſcꝫ natura totius cõpoſiti ꝗ eſt dignior ꝗcũꝗ pte. Hec dignatio eſt accñtalis. Exemplũ. Sor. hꝫ in ſe multas naturas: qꝛ multas entitates diuerſoꝝ pdicametoꝝ hꝫ ſed nulla entitas eſt pſona in forma niſi illa que hꝫ actualẽ eſſentiã ſup oẽs naturas exiſtentes in ſorte que eſt ipemet ſortes. Jdeo dicimus ꝙ natura humana in verbo diuino non eſt pſona qꝛ habꝫ eminentiorẽ naturã cum ea ſcꝫ verbũ diuinũ. Sed ſi deus p potentiã abſolutã dimitteret naturã humanã tunc eſſet vere pſona qꝛ haberet accidẽtalẽ eminentiã. Rñdeo ad qõnẽ ꝙ ſi accipiť pro nobilitate vel eminentia nature in eodẽ ſuppoſito id eſt pro cõnotato dico ꝙ proprietas perſonalis ineſt angelis. ¶ Nota ꝙ ſingularia pñt cognoſci dupliciť. Uno mõ determinate diſtincte vere et perfecte ſub ꝓprijs rõnibus formalibꝰ et ſic pro ſtatu iſto nec intellectus nec ſenſus humanꝰ intelligit ſingularia. Alio mõ poſſunt cognoſci i cõfuſo ꝛ ſic intellectꝰ et ſenſus bene cognoſcũt ſingularia tam ſenſibilia ꝗ͂ intelligibilia. Uidebimus deũ facie ad faciẽ non intelligitur de viſione corpali: quia nunꝗ͂ videbimꝰ eũ viſu corpali qꝛ non corpalis. Sed videbimus cũ oculis mentis qui ſũt multo digniores vt corpus nřm ꝛ humanitas chriſti glorioſa.

Sexto queriť. Utrum

diſcretio pſonalis ſit a pte principij formalis vel materialis. Rñdeo breuiter ꝛ dico ſm ſcotũ ꝙ neꝗ materia que ẽ altera pars cõpoſiti neꝗ forma que eſt altera pars cõpoſiti neꝗ vnio mutua neꝗ quãtitas eſt principiũ indiuiduationis: ſed principiũ indiuiduatiõis eſt differentia indiuidualis. Nam ſicut natura ſpecifica conſtituitur per differentiã ſpecificã in eſſe ſpecifico ſic indiuiduũ conſtituitur in eſſe indiuiduali per differentiam indiuidualem que eſt materia totius et eſt realiter eadem cum forma totius: ſcilicet humanitate licet formaliter diſtinguatur a forma ſcilicet to

tiuo. Nota q̈ diſtinctio perſonalis aliter fit in deo et aliter in creaturis: quia in deo fit ſolum per originem. In creaturis aūt non fit per originem. Et dicit perſona per analogiā de deo ⁊ creaturis quia per prius dicit de deo q̄ creaturis Autoritas boetij ſcʒ q̈ ſpecies ſit totuʒ eſſe indiuidui eſt vera ſi intelligatur de eſſe q̄dditatiuo ⁊ eſſentiali. Ex quo ſeqtur q̈ indiuiduū non habet diffinitionē quidditatiuā ꝓpriā. ⁊ per ꝯſequēs de indiuiduo non eſt ſciētia. Differētia indiuidualis nō eſt de eſſentia indiuidui ſʒ ſit de intrinſeco indiuiduo.

Septimo queritur Utrū deus fecerit ipm angelū malū in principio ſue creationis. Triplex eſt malū ſcʒ nature pene culpe. Malum nature eſt qđ deformitas vel mōſtruoſitas exiſtēs in aliquo ente naturali promouēs ex ſuperfluitate materie vel diminutiōe materie vel alia indiſpoſitione. Naturam voco vel ens naturale compoſitū ex materia ⁊ forma: et ideo in angelis non eſt malum nature. Malum pene idem eſt q̈ ipſa pena: ⁊ ibi eſt cōſtructio intrāſitiua. Duplex ē pena quedā afflictiua tm̄ Alia afflictiua et punitiua. Prima eſt quoddā incōmodum qđ infligitur alicui creature intellectuali abſq̄ ſuo demerito. Hoc modo Job habuit maluʒ pene afflictiue non punitiue. Similiter cecus natus euāgelicus. Scđa eſt incōmodū quod infligitur propter peccata cōmiſſa. Et ideo licet deus affligat aliquem iuſtum non tamen punit. Et de iſto malo non eſt ad propoſitum. Malum culpe idem eſt q̈ ipſa culpa id eſt ipſum peccatum: quo deus formaliter offenditur: de hoc malo eſt hic ad propoſitum. ¶ Utrum deus fecerit angelū malum id eſt peccatorem. Peccatum et malum illud deſcribitur ab Auguſtino ſic. Eſt preuaricatio legis diuine et celeſtiū inobediētia mandatorum. Ex quo ſequitur q̈ tot ſunt peccata mortalia q̄t ſunt precepta diuina ſed precepta ſunt decem: ergo peccata mortalia ſunt decem. Ubi nota q̈ illa diuiſio peccatorum in ſeptem mortalia eſt valde inſufficiens. ¶ Alia propoſitio. Quicunq̄ tranſgreditur legem preceptiuam peccat mortaliter. Nota quomō dicit preuaricatio diuine legis ⁊ ce. inob. māda. non pape non regis. Item Aug⁹. Peccatum dicit mortale eēt aliqđ dictū vel factum vel concupitū contra legem dei. Nota concluſionē. Ponere q̈ diabolus habuit a deo innatā ſibi maliciā demonis vel culpe non ſolū eſt falſum: immo eſt hereticū ⁊ blaſphemū: quia ſine ipſo factum eſt nihil. patet quia dicere vel attribuere deo peccaſſe vel feciſſe peccatū eſt blaſphemiuʒ. Blaſphemia eſt attribuendo deo qđ ſibi nō p̄t conuenire. vnde ſcriptum eſt. Deus eſt in quē peccatum non cadit. Omne opus dei neceſſario habet quattuor cōditiones ſcʒ q̈ ſit Laudabile: ordinabile: acceptabile ⁊ pfectum vel pfectibile. ¶ Pro reſolutione argumēti in quolibet malo ſiue peccato ſunt duo mala: productio ⁊ producti ordinatio propter quod ponunt due concluſiones. ¶ Prima productio mali culpe non eſſe a deo: quia fedat ⁊ deturpat totum vniuerſum et q̄tum eſt de ſe corrumpit ordinem hominis: ⁊ oīa que facta ſunt propter hominem quia peccatum mortale nihil aliud eſt formaliter q̄ quedam diſcordia qua voluntas creata diſcordat a voluntate diuina preceptiua. Ex quo ſequitur q̈ peccatū formaliter nihil eſt: quia eſt carētia cōcordie quā de⁹ vult eſſe in homine reſpectu ipſius: ⁊ illa cōcordia nihil aliud eſt q̄ iuſticia. Ex quo ſequitur q̈ peccatū nō poteſt eſſe a deo: aliud peccatū vero non habet cauſam efficientē. aliud peccatuʒ. hʒ ſolū cām deficientē. ¶ Scđa propo-

ſtio ſiue cõcluſio. Licet productio mali non ſit a deo: tamen mali reordinatio eſt a deo quia reordinatur per penã qz niſi puniret eſſet duplex malũ et iſta reordinatio facit ad decorẽ vniuerſi. Pro ſcõo nota ꝙ iuſticia ibi accipitur ꝓ iuſticia infuſa ꝛ non morali. ¶ Duplex eſt priuatio ſcʒ large ꝛ ſtricte capta Large capta eſt que nõ tm̃ negat actum ſed etiam aptitudinem: vt Lignum nõ videt. Stricta capta eſt illa ꝙ̃ tm̃ negat actuʒ ꝛ ponit aptitudinem: vt Homo non videt. Et iſta nõ ſolum includit priuationem ſed et deformitatem.

Octauo querit. Utrũ angelus in primo inſtãti ſue creationis fuerit malus actu proprie voluntatis.

Tria ſunt inſtantia originis. Primum eſt eſſe illud a quo aliud eſt vel originatur. hoc modo pater eſt in primo inſtanti originis: quia ſemp originans eſt prius ſuo originato prioritate originis. ¶ Scõm inſtans originis eſt eẽ ab alio ſolum ꝛ ſic filius eſt in ſcõo ſigno originis. ¶ Tercium inſtans ſigni originis eſt eſſe ab aliis. ꝛ in hoc ſigno dicit̃ ſpũs ſanctus. Inſtans eternitatis eſt ipſamet eternitas que eſt interminabilis vite tota ſimul ꝛ perfecta poſſeſſio. Inſtãs eui eſt quedam entitas realis: accidentalis: indiuidualis actualiter exiſtens in euo menſuratiua indiuiſibiliter rei vniformiter ſe habentis. De hoc inſtanti eſt queſtio. ¶ Utrum angelus cum primo fuit potuit peccare. Et qđ hoc ſit poſſibile videtur per ſolem quia ſol in primo inſtãti ſue creationis luxit. Duplex eſt actus volũtatis. ſ. velle ꝛ nolle. Ex iſtis inferuntur aliqua correlaria. ¶ Primũ oĩs actus voluntatis eſt deacceptiuus vel acceptiu⁹. ¶ Scõm oĩe nolle neceſſario preſupponit aliquod velle qꝛ non fugio incõmodũ niſi propter cõmoduʒ. Ex quo ſequitur ꝙ primus actus angeli non potuit eſſe nolle quia omne nolle preſupponit velle. ¶ Tercium angelus non potuit eſſe malus in primo inſtãti ſue creationis per aliq̃d nolle inordinatum quia omne nolle inordinatum preſupponit velle ordinatum. ¶ Quartũ eſt ꝙ ſi angelus peccaſſet in primo inſtãti ſue creationis neceſſario peccaſſet per velle inordinatum. ¶ Triplex eſt velle ſcilicet Amicicie Concupiſcentie ꝛ Cõplacentie. ¶ Amicicie et eſt actus volũtatis quo voluntas amat aliquid ꝓpter bonum dilecti: vt diligo talem propter virtutem ſuam et bonum ſuum et ſanitatem et ſalutem iſte amor eſt purus nõ meritorius. ¶ Amor concupiſcentie eſt actus voluntatis quo voluntas amat aliq̃d propter bonum ſcilicet amantis: vt amo vinum propter me: vel diuitem propter commodũ. ¶ Amor complacẽtie ſcõm Bonauenturam: vt charitas habita non poteſt eſſe bonum amicicie: nec bonum concupiſcentie. Duo amores edificauerunt duas ciuitates: amor ſui vſqꝫ ad contemptum dei fecit ciuitatem diaboli. Amor dei vſqꝫ ad contemptum ſui fecit ciuitatẽ dei Hec Auguſtinus in q̃rto de ciuitate dei. ¶ Articulus pariſieñ. Dicere ꝙ inter creationem angeli et lapſum eius nulla fuerit morula eſt error.

¶ Concluſio reſponſalis. Conditio angeli precedit ordine duratione ꝛ tempore peccatum eius. ¶ Opinio ſcoti per propoſitionem. Licet angelus in primo inſtanti ſue creationis non peccauit de facto potuit tamen in inſtanti ſue creationis peccare patet: quia omne habens actum primum ſufficientem ꝛ perfectũ ꝛ non impeditum ab alio reſpectu act⁹ ſcõi põt talem actum producere. ſed voluntas angeli eſt actus primus perfectus et non impeditus etiam ab in inſtãti ſue creationis. ergo potuit egredi in actum ſcõm id eſt ſuum effectum.

Notandū ꝙ duplex eſt paradiſus.ſ. corporalis qui eſt duplex ſcȝ celū empireū et terreſtris. Alius eſt paradiſus ſpiritualis ⁊ hoc dupliciter ſcȝ obiectiue: et ſic eſt deus. Et formaliter ſiue ſubiectiue ⁊ ſic eſt clara viſio dei. Et iſto mō dyabolus non fuit in paradiſo: ſed pro tanto dr̄ fuiſſe in paradiſo quia deus dedit ſibi oēs ſpēs innatas omniū rerum. Notanduȝ ꝙ corrumpi dr̄ dupliciter. Uno modo entitatiue ⁊ poſitiue ⁊ hoc mō corrumpit̄ qđ nihil fuit vel eſt. Alio modo priuatiue vt illud qđ non eſt nec fuit: ſȝ fuiſſet niſi impedimentū obfuiſſet. Exēplum cecitas a natiuitate priuat ⁊ corrumpit viſionē que nō fuit ſed q̄ fuiſſet.

Nono queritur. Utrum

angelus omnia creata que cognoſcit cognoſcat per ſpēs innatas: an aliqua per ſpēs acquiſitas. Notādū ꝙ omnes theologi conueniūt in iſta affirmatiua ꝙ intellectus angelicus cognoſcit res p ſpecies innatas vel per ſpēs intelligibiles. ¶ Prima ꝓpoſitio eſt. Qꝫ ſolus de⁹ cognoſcit omnes res p eēntiā ſuā ꝓpriā et nullo modo per eſſentias rerū ipſarum patet quia eſſentia diuina propter ſuaȝ infinitatem repn̄tat proprio intellectui omne ens creatum vel creabile. Scđa pars patet quia ſi intellectus diuin⁹ cognoſceret res per ipſas res: ipſe res mouerent intellectum diuinū et ſic intellect⁹ diuinus vileſceret. ¶ Scđa propoſitio. Intellectus angelic⁹ non cognoſcit alia a ſe per eſſentiam propriaȝ ſed per eſſentias rerum vel per ſpecies quia per eſſentiam propriam cognoſcit ſeipſum ſoluȝ et non alia. Opinio Bonauenture ſtat in tribus propoſitionibus.

¶ Prima eſt licet intellectus angelicus poſſet recipere ſpecies acquiſitas q̄cunꝙ tamen intelligit per ſpecies innatas. Prima pars patet quia intellect⁹ agens angeli nō eſt minoris actualitatis q̄ intellectus agens hominis: ſed intellect⁹ hominis agens poteſt cauſare nouā ſpeciem i intellectu potentiali: ergo ⁊ intellectus agens angeli. ¶ Secunda ps patet quia deus in ꝑncipio creationis angeli concreauit ſibi omnes ſpecies vniuerſaliū ſeu rerum fiendarum. ¶ Scđa propoſitio. Deus in primo inſtanti creationis angeli impleuit intellectū angelicum tot ſpēbus ꝙ poterat intelligere omnia creata ſine noua creatione ſpēi. ¶ Tercia propoſitio. Intellectus angelicus aliter cognoſcit vniuerſalia p ſpecies illas innatas: ⁊ aliter cognoſcit ſingularia patet quia per iſtas ſpecies innatas intelligit vniuerſalia primo ⁊ per ſe ſed tanꝙ per ꝓpria repn̄tatiua ipſoꝝ intelligit aut ſenſus alicuius ſigularia non ꝑmo ⁊ per ſe ſed per applicationem quandā illarū ſpecieruȝ vniuerſaliū ad diuerſa ſingularia per quandā applicationem collationē vel cōpationē prout intellect⁹ angelic⁹ fert̄ in ipm̄. ¶ Nota ꝙ angeli tripliciter addiſcūt. Primo p ꝓpriam induſtriā ⁊ p applicationē ſpecierū. Scđo addiſcūt per reuelationē. Tercio per experientiā. ¶ Quarta propoſitio. Ad cognoſcendū particularia ⁊ contingentia non ſufficiunt ad hoc ſpecies innate ſed cū hoc requiritur applicatio ⁊ approximatio vt dictum eſt. ¶ Nota ꝙ angeli exiſtentes in celo empireo non cognoſcunt nos in particulari nec opationes noſtras propter nimiā diſtantiam loci ⁊ angelus exiſtens in anglia non cognoſcit nos eſſe hic in particulari propter hoc et ratio iſtorum eſt ꝙ intellectus angeli eſt finitus et limitatus. Et ideo non erat neceſſe ꝙ omēs angeli cognouerunt omnes articulos fidei circa incarnationem vſꝙ poſt aſcenſionem licet aliqui bene cognouerint vt gabriel. Et hoc modo intelligitur apoſtolus qui dicit Ephe.iij. vt innoteſcat principibus et poteſtatibus multiformis ſapientia dei. Et gloſa ibi dicit angeli multa didicerūt ab eccleſia. Et ad

hoc faciūt ille autoritates. Quis eſt iſte qui venit de edom.

Decimo queritur. Utrū angelus per cognitionem naturalem diuinam eſſentiam cognouerit in ſeipſa id eſt nude et pure ſine omni medio ⁊ creature adminiculo id ē intuitiue. Reſolutio q̄ōnis ſtat in vna ꝯcluſione. ¶ Angelus nō potuit naturali cognitione videre diuinam eſſentiam in ſeipſa: patꝫ q̄ ſm̄ Auguſtinū. Eſt in poteſtate diuina ſiue diuine eſſentie videri a creatura vel non videri. Nam eſt voluntaria ⁊ libera ad omnē actum exteriorem. Probatur ſcdō: quia viſio clara dei eſt premium beatificum creature rationalis. Si ergo angelus poſſet naturaliter videre deum poſſet ſe naturalr̄ premiare quod falſum eſt: quia deus eſt lux inacceſſibilis omnibꝰ creaturis. ¶ Nota ꝙ angelus dicitur ſpeculum dei: quia eſt imago dei et dicitur clarum quia nō obumbratur carne. ¶ Q. ꝙ deꝰ ſit p̄ſens alicui poteſt intelligi dupliciter. Uno modo vt principiū conſeruans et continēs rem et ſic deus eſt preſens omnibus creatis. Iſta prima non ſufficit ad cognitionem. Alio modo deus poteſt eſſe preſens tanq̄ obiectum mouens potentiā ⁊ ſic non eſt preſens omnibus ſed ſolum beatis. ¶ Nō poſſe cognoſcere aliq̄d cognoſcibile poteſt contingere dupliciter. Uno modo propter cognoſcētis obſcuritatē. Alio modo propter cogniti profunditatem vel ſublimitatem. Primo modo dicitur impediri propter velamē impediens. Hoc impedimentum nō fuit in angelis. Secundo modo dicit̄ impediri cognitio non ꝓpt̄ velamē cognoſcētis ſꝫ ꝓpt̄ cogniti ꝓfunditatē. Reſolō eſt in ꝓpōibꝰ ſex ſcꝫ. ¶ Prima ꝓpō. Non eſt impoſſibile deum cauſare aliquā ſpeciem intelligibilem diſtincte repreſentatiuā diuine eſſentie. patꝫ quia non plus repugnat ꝙ ſit aliqua ſpecies diſtincte repreſentatiua eēntie diuine q̄ ꝙ ſit aliquis actus diſtincte repreſentans eſſentiam diuinā: ſed deus pōt cāre talē actū repreſentatiuum ſcꝫ actum beatificum vel viſionem claram: ergo etiam pōt facere ſpeciem repreſentatiuam diſtincte repn̄tans eſſentiam ipſam diuinam.

¶ Secunda propoſitio. Huiuſmodi ſpecies repreſentatiua diſtincte eſſentie diuine eſt cōicabilis intellectui humano et angelico patet. Nō plus repugnat intellectui creato recipere ſpeciem rep̄ſentatiuā diſtincte eſſentie diuine q̄ recipere actum repreſentatiuū diſtincte eſſentie diuine: ſed intellectus recipit talem actum. ergo etiam ſpeciem.

¶ Tercia propoſitio. Intellectus creatus ꝟtute talis ſpeciei poteſt habere perfectam noticiam abſtractiuam tamē eſſentie diuine. patet quia omis actus primus ſufficiens ad actum ſcōm: poteſt cauſare actū ſed intellectus creatus habens talem ſpeciē intelligibilem habet actum primū. ergo ⁊c̄. Duplex ē actus ſcꝫ Primus qui eſt in ꝓpoſito ſpecies intelligibilis. Actus ſcōus eſt ipſa intellectio producta. ¶ Quarta propoſitio. Uirtute huiuſmodi ſpeciei intellectus poteſt cognoſcere omnes veritates theologicas neceſſarias tā mediatas q̄ immediatas. patet quia quicūq̄ habet noticiam abſtractiuam perfectam ⁊ diſtinctam alicuius obiecti virtualiter includentē omnes veritates neceſſario formales de obiecto ille poteſt cognoſcere omnes veritates theologicas. ergo ⁊c̄. pōt cognoſcere omnes veritates de neceſſario formales de eſſentia diuina.

¶ Quinta propoſitio. Huiuſmodi noticia abſtractiua habita ꝟtute talis ſpeciei cōicate intellectui: q̄ōdāmodo eſſet naturalis intellectui ⁊ q̄ōdāmodo ſupnaturalis. patꝫ quia illa noticia abſtractiua eſſet naturalis receptiue q̄ omnē

naturaliter recipit intellectus: ⁊ eſſet ſu
pernaturalis q̄dāmodo; quia eſſet ſu/
pernaturalis motiue et effectiue q; cau
ſaretur ab agente ſupernaturali q; nul
la creatura poſſet cauſare illam ſpecie;
perfecte repreſentatiuā eſſentię diuine.
¶Sexta propoſitio. Veriſile eſt ⁊ mul
tum probabile ꝙ deus dederit angelis
et ipſi homini in principio creationis ta
lem ſpeciem repreſentatiuā: patet quia
dei perfecta ſunt opera ⁊ ideo facit ange
los cum perfecta noticia. Et ſic forte in
tellexit Aug⁹. ꝙ angeli prius viderunt
res in verbo diuino. Ex quo ſequitur alia
propoſitio. ꝙ huiuſmodi cognitio ab/
ſtractiua eēntie diuine ⁊ diſtincta ⁊ per
fecta habita mediante tali ſpecie nō po/
nit viatorem extra ſtatum vie; pz quia
ſola viſio clara intuitiua ponit hominē
extra ſtatum vie: ſed hec ſpecies non eſt
viſio clara intuitiua ſed abſtractiua. er
go ⁊c. Hec dicta ſunt cōtra ſanctū Bo/
nauenturā quia ipſe loquitur de cogni/
tione intuitiua. Hec autem ſpecies cau
ſat noticiā abſtractiuam.

Undecimo queritur.

Utrum angeli naturali dilectione dile/
xerunt deum propter ſe ⁊ ſuper omnia.
Dico ꝙ triplex eſt dilectio: Quedam
eſt entitatiua: Quedam conformatiua
quedam principiatiua. ¶Dilectio enti
tatiue et quidditatiue eſt quedam incli
natio naturalis ipſius voluntatis q̄ in/
clinatur ad ſummā beatitudinē; tanq̄
ad vltimū finem. Pono propoſitiones.
¶Prima propoſitio. Iſta dilectio na/
turalis non eſt actus elicitus a volunta
te. patet quia non eſt niſi inclinatio na/
turalis ipſius voluntatis qua inclinat
Nulla inclinatio nature eſt actus potē/
tie. ¶Secunda ꝓpoſitio. Iſta dilectio
naturalis nihil aliud eſt realiter q̄ ipſa
voluntas licet diſtinguatur formaliter
patet quia omnis reſpect⁹ aptitudina/
lis diſtiguitur formaliter ab illo cuius
eſt reſpectus ſed iſta inclinatio qua vo/
luntas inclinatur eſt aptitudo. vnde la/
pis inclinat ad deſcenſu;. ¶Tercia pro
poſitio. Omnis creatura rationalis ne
ceſſario ⁊ ſumme ⁊ perpetuo diligit ſuā
beatitudinē iſta dilectione naturali. pa
tet quia omnis creatura inclinat ad be/
atitudinē: ſed inclinatio eſt dilectio na/
turalis. Ex quo ſequitur Correlarium
ꝙ demones ⁊ damnati diligunt ſumme
beatitudinem. ¶Quarta propoſitio.
Q; appetitus naturalis dilectio natu/
ralis inclinatio naturalis ad beatitudi/
nē ⁊ ipa beatificabilitas ſunt idē in vo/
luntate. De iſta dilectione naturali non
eſt q̄o nr̄a. ¶Alia eſt dilectio naturalis
cōformatiua q̄ eſt actus elicitus a volū
tate libere cōformiter ad inclinationē;
naturalem quo actu voluntas acceptat
aliqd̄ obiectum. Exemplu; inclinor ad
fugiendū mortem et fugio actu elicito.
Alia eſt dilectio naturalis ꝑncipiatiue
qua ſc; elicitur a voluntate ſecluſis om
nibus donis gratuitis gratūfacientib⁹
ſupple ⁊ ſic homo exiſtēs in mortali pec
cato diligens deū diligit dilectione na/
turali hoc modo ⁊ ſic diſtinguitur dile/
ctio naturalis ꝯtra dilectionē gratuitā
meritoriam ſupple. Hoc mō capit dile/
ctio naturalis in q̄one nr̄a. Dilectio li/
bera nō gratuita q̄ eſt actus elicit⁹ a vo
luntate non habēte grām. ⁊ de ipā ē q̄o.
Reſolutio q̄onis ſtat in trib⁹ ꝓpōnib⁹.
¶Prima ꝓpō. Q⁹ angelus ex puris ſu
is naturalibus in ſtatu nature inſtitu/
te potuit diligere ſuper omia immo de
facto dilexit. ¶Scd̄a ꝓpō. Homo i ſta/
tu nature inſtitute ex puris ſuis natu/
ralibus potuit. vt ſup̄. Diligere deū ſu
per omnia poteſt intelligi dupliciter vł
duobus modis ſc; extenſiue ⁊ intenſiue
Extenſiue quādo diligit deum plus q̄
oia alia a deo. Intenſiue ſuper omia di/
citur omnia diligere deum qui maior

affectu vult de deo melius eſſe ſuper om nia id ē melius ꝙ̄ omnibus creaturis. Nota ꝙ triplex eſt ſtatus hoīs ſcʒ ſtatꝰ nature inſtitute: nature deſtitute et na/ ture reſtitute. vide in textu. ¶ Nota ꝙ diligere deū ſuper omnia amore amici/ cie eſt nullo cōmodo vel incōmodo vel/ le ipm̄ offendere nec amicicias ſoluere. Propter nullū cōmodū adipiſcendum nullus debet offendere deū mortaliter. Similiter etiaʒ propter nullū incōmo/ dum euitanduʒ nullus debet offendere deum mortaliter. Similiter dilectione concupiſcentie diligere deum ſuper om/ nia eſt nullo cōmodo vel incōmodo vel/ le illū perdere. Iſtud dictū amor tranſ/ format vel iungit amantem in amatum poteſt intelligi dupliciter. Uno modo de coniunctione reali ꝛ ſic non intelligi/ tur hic. Alio modo de coniunctione in/ tentionali ꝛ amor iūgit amantē in ama/ tū: qꝛ amans habet intentionem in ama tū. ¶ Homini facienti qđ in ſe eſt nunꝙ̄ deeſt deus Ubicunꝙ̄ natura deficit in ſuis operationibus ibi deus ſupplet vi cem eius ſicut patet in corpore humano formato puro: quia nō poteſt pringere ad vltimā pfectionē homis. Ideo deus non deficit. Quicunꝙ̄ vtitur creatura ꝑpter ſe peccat mortaliter.

Duodecimo queritur.

Utrum angelus naturali dilectiōe ma gis diligit ſuperiorem: an parem: an in/ feriorem. tres ſunt queſtiones. Pro am/ pliori declaratione ponuntur alique di ſtinctiones. ¶ Prima diſtinctio. Aliqs angelos eſſe pares ſiue ſimiles ſibi: hoc poteſt intelligi tribus modis. Uno mo do per naturam qui continentur ſub ea dem ſpecie ſpecialiſſima et diſtinguunt ſolo numero: vt ſortes et plato. Secun/ do modo per gloriam qui habent equa/ lem gratiam vel gloriam. Tercio modo per officium et ſic angelus cuſtodiēs te et angelus cuſtodiens me ſunt pares in officio de omi parilitate. Poteſt eē qꝺ. ¶ Secunda diſtinctio. Aliquos ange/ los eſſe ſuperiores alijs poteſt intelligi tripliciter ſcʒ ſm naturam: ſm gloriam ꝛ ſm officium. Illi dicuntur ſuperiores ſcđm naturam qui habent nobiliorem naturam et ſuperiorem ſpeciem. Et ſm hoc ſunt tres opiniones. Sāctus Tho/ mas dicit ꝙ quot ſunt angeli tot ſūt ſpe cies. Sanctꝰ Bonauetura dicit ꝙ om/ nes angeli ſunt eiuſdem ſpeciei. Alij te/ nent opinionem mediam. ſcʒ ꝙ tot ſunt ſpecies quot ordines. Alio modo dicū/ tur ſuperiores per gloriam qui ſcʒ ha/ bent maiorem gloriā. Tercio modo di/ cuntur ſuperiores per officia ſicut ſupe riores habent officium contemplādi de um. Mediocres regere munduʒ in cōi. Inferiores vero habent regere ſuperio/ res perſonas. ¶ Tercia diſtinctio. Ulti mo pro reſponſione ad queſtionē ponit talis diſtinctio. Qꝛ aliqs diligat magꝭ aliquem poteſt intelligi tribus modis. Uno modo ꝙ magis diligat rōne boni optati. Hoc modo diligo virginem ma riam magis meipſo id eſt ad maius bo/ num: ꝛ ſic quilibet angelus plus diligit ſuperiorem ſe ratione boni optati. Se/ cundo modo ratione affectus magis in tenſi. Aliquis diligit alium ad quē affe ctio ſua magis trahit ratione familiari tatis ꝛ domeſticitatis ꝛ ſic pono conclu ſionem ſcđaʒ ꝙ angelus diligit plus pa rem ſibi hoc ſcđo modo ꝙ̄ ſuperiorē vł inferiorem. Tercio modo ratione effe/ ctus impenſi Aliquis magis diligit il/ lum cui maiora beneficia impēdit. Sic mater plus diligit filium ſuum paruū ꝙ̄ grandeuū. Et ſic pono concluſionem terciam ꝙ angelus hoc modo magis di ligit inferiorem ſe ꝙ̄ parem vel ſuperi/ orem.

CIrca quartã di/
ſtinctionem querit doctoꝛ
Bonauentura. ¶ Utrum
angeli creati ſint in beati/
tudine ſiue in gloꝛia. Duplex eſt beati/
tudo ſcꝫ quedam obiectiua: alia ſubie/
ctiua ſiue foꝛmalis. Beatitudo obiecti
ua dicit eſſe eſſentia diuina ſeu ipſa tri/
nitas increata. de hac non eſt qõ. Alia ẽ
beatitudo ſubiectiua ⁊ foꝛmalis que cõ
ſiſtit in clara viſione et in fruitione ſe/
quente viſionẽ ⁊ in firma tẽtione. Et di
citur foꝛmalis quia conſiſtit in actibus
que ſunt accidẽtia et ſunt ſubiectiue in
beato ⁊ infoꝛmant ipſum beatũ. ¶ Se/
cunda diſtinctio Duplex eſt beatitudo
ſcꝫ quedam eſt: que eſt ſtatus omniũ bo
noꝛum aggregatiõe perfectus. Alia eſt
beatitudo que eſt ſtatꝰ aliqualiter per/
fectus ſcꝫ per carentiam omnis mali:
in deſcriptione Boecij. Tercia: notan/
ter pꝛimo ponit ſtatus loco gñis. Sta/
tus eſt ſtabilis permanentia legibus di
uine ſapientie firmata Scda particula
omniũ bonoꝛum aggregatione que ꝑn/
cipaliter ſunt tria ſcꝫ viſio clara: fruitio
perfecta: et tentio firma: ad que omnia
alia bona reducuntur. Tercia particu/
la eſt perfectus quia ille eſt ſtatus per/
fectus cui nihil deeſt quia ille ẽ beatus
qui habet quicquid vult et nihil mali
vult: vt dicit Auguſtinus. Alia eſt be/
atitudo per carentiam mali. Et eſt ſta/
tus carens omni malo tam culpe ꝙ pe/
ne: et in iſto fuerunt creati angeli: quia
fuerunt creati innocentes. Et nota be/
ne per iſtam diſtinctionem ſoluuntur
infinite auctoꝛitates pꝛecipue Auguſt.
¶ Felicitas ſm philoſophũ pꝛimo ethi/
coꝛum. Eſt operatio optime potentie
ſm optimam virtutem in vita conti/
nua et perfecta. Sunt tres partes. Pꝛi/
ma eſt operatio optima potentie ſcilicꝫ
voluntatis ſequentis intellectum. Et
q̃d Boetius ſtatũ addit iſte vocat ope/
rationem quia eſt operatio quietis.
Secunda pars ſm optimam virtutem
ſcilicet ſapientiam per quam poteſt in/
telligi clara viſio dei: et fruitio dei qua
ſi ſapida ſciẽtia et in hoc et in tercia par
ticula concoꝛdat cum Boetio. omniuꝫ
bonoꝛũ ⁊c̃. ¶ Dicitur angelus erat ple/
nus ſapientia pꝛopter omnium bonoꝛũ
noticiã in pꝛopꝛio genere. ¶ Dicitur fu
iſſe in delicijs paradiſi: pꝛopter ſpeciem
intelligibilem diſtincte repꝛeſentatiuã
diuine eſſentie. ¶ Dicitur ꝙ diligebant
deum et fruebantur. Dicendum ꝙ du/
plex eſt fruitio ſcꝫ vie et patrie. Fruitio
vie eſt amoꝛ quo diligimus deum ſuper
omnia non tamen clare et perfecte ⁊ iſta
eſt iuſtoꝛum. Fruitio patrie: eſt beato/
rum: et eſt amoꝛ quo diligimus deuꝫ ſu
per omnia clare. ¶ Dicitur liberum ar/
bitriũ inuertibile dupliciter. Uno mo/
do per naturaꝫ et eſt illud cui repugnat
verti vel verſio de bono in malũ ⁊ iſtud
eſt diuina volũtas. Alio modo dicitur
per gratiam inuertibile et ſic voluntas
beati eſt inuertibilis pꝛopter confirma
tionem gratie ad beatitudinem. Deus
ergo fecit angelos ſic inuertibiles ꝙ ſte
tiſſent ſi voluiſſent: ſed reliq̃t eos in ma
nu ſui conſilij. Et ſi queratur. ¶ Utrũ
deus poſſet creaturam rõnalem impec/
cabilem facere per naturam. Reſpõdet
ꝙ non quia deus non poteſt facere illud
quod immplicat contradictionẽ ſed im
poſſibile eſt ſimpliciter creaturã ratio/
nalem eſſe per naturã impeccabilẽ. patꝫ
quia de ratione creature eſt ipſa vertibi
litas vł mutabilitas ⁊ ꝓpꝛietas ſui pꝛo
pꝛia paſſio dei eſt non poſſe peccare. Si
ergo creatura eẽt impeccabilis eſſet de/
us quod eſt impoſſibile per naturam.
¶ Queritur ſecundo. Suppoſito ꝙ nõ
fuerint creati in beatitudine ꝑfecta.

Queritur ſcđo. Utrū fuerint angeli creati in grā. Grā ꝛ caritas oino idē ſunt ꝛ ſynonima. ideo qđ dr̄ de vno de alio dr̄. Gratia duplex eſt quedā gratūfaciens. alia gratiſdata. Grā gratūfaciens eſt quidā habit⁹ ſupnaturalis infuſus imediate a deo ipſi creature rationali: p quā ipſa ē digna vita eterna: ꝛ p quā ē grata ꝛ cara ꝛ accepta ꝛ amica deo: ꝛ p quā oēs actus ei⁹ eliciti ſm̄ inclinationē illi⁹ habit⁹ ſunt accepti deo dicitur ſupernaturalis q꞉ cauſat a deo: ideo nō pōt cauſari ab agente naturali voluntario. pōit p quā. ad differētiā alioꝝ habituū infuſoꝝ ſicut habit⁹ fidei quia niſi habuerim⁹ veſtē nuptialē nō erim⁹ digni vita eterna ꝛ hoc ſolū p beneplacitū dei ꝛ nō ex natura rei: q꞉ caritates mille nō ſufficiunt ad cōferendū vitā eternam ſed ipſa charitas facit dignū vita eterna ꝑpter acceptationē diuinā quia qñcūq꞉ inuenit hominē in charitate acceptat ipſum tanq꞉ dignum vita eterna. Car. eſt la lurce du roy celeſte. p quā oēs ꝛc̄. dā nō omne opus bois factū in charitate ē meritoriū quia pñt eē actus indifferentes. ꝛ etiā patet de pctīs venialibꝫ cū quibus ſtat charitas. ¶ Grā grīſdata ē aliquid ſupadditū naturalibꝫ eſſentialibꝫ ipſi⁹ creature rōnalis iuuans ꝛ ꝑparans ipſam ad gratiā gratūfacientē. Duplicia ſunt naturalia eſſentialia in nobis quedā vt corpus aīa intellect⁹ bonitas ꝛ hmōi: ꝛ iſti non dicunt grē gratiſdate. alia ſunt accidētalia ꝛ iſta ſunt q̄ nobis dant a natiuitate ſicut ingenioſitas pietas natural' vel cōpaſſio ꝛ hmōi talia dicunt grē grīſdate. ¶ Pono ꝯclōnē. Omne donū dei ſiue habituale ſiue actuale ſiue intrinſecū ſiue extrinſecū qđ iuuat nos ad exhibendā gratiā gratūfacientē ꝛ pōt dici ꝛ eſt grā gradiſdata. Jdō flagella dei ꝛ increpatiōes ꝛ monitiones pdicatorum ſunt gratiſdate. ſilr̄ ſcientie ingeniū. fortitudo. ſanitas ſm̄ Scotū. Si tenemus hanc opinionē q̄ omnes angeli fuerūt creati in grā cū opinione tunc neceſſe eſt ponere tres moras. Jn prima mora angeli fuerūt creati in grā ꝛ p illā laudauerūt deū. Jn ſcđa mora boni pſeuerauerūt in bono: ꝛ mali declinauerūt ꝛ demeruerūt. Jſta ſcđa mora nō fuit inſtantanea ſed dimēſibilis: quia ī iſta boni multa bona meruerūt: ꝛ multa mala mali fecerūt tēptando alios ꝛ tunc fuit bellum ſiue preliū magnū in celo. Peccauerunt odio ſupbia inuidia et iſta non poſſunt fieri i inſtāti. Tercia mora ꝑncipalis ē qua boni fuerūt ꝑmiati recipiendo beatitudinē ꝛ mali fuerūt dāpnati et puniti. Scđm Bonauē. ꝛ alios. angeli non fuerūt creati in grā. Nota rōnes in textu. Et ſi vis tenere hanc opinionē ponende ſunt q̄tuor more. Jn ꝑma omnes angeli fuerūt creati in puris naturalibꝫ Jn ſcđa ꝑpter regratiationem naturalium omnibꝫ dedit gratiā ꝛ adhuc oēs fuerūt vniformes. Jn tercia mora mali demeruerūt ꝛ boni pſeuerauerūt. Quarta mora eſt ꝑmiationis in qua boni fuerunt beatificati ꝛ mali dānati. ¶ Queritur. Quid ſunt iſte more. Dicūt quidā q̄ iſte more ſunt inſtantia eui. Ad autoritates q̄ ponunt in principio q̄ōnis. Reſpondet per vnam diſtinctionē grē. Gratia capit tribꝫ modis. Large. ꝑprie ꝛ magis ꝑprie. ¶ Primo mō capitur pro ſupaddito eēntialibꝫ naturalibꝫ vt ingeniū ſciētia: ſcire bene cātare ¶ Scđo mō capit p ſupaddito libero arbitrio diſponēte ad rectitudinē vt virtutes naturales vt inocētia mitītas pietas ꝛc̄. ¶ Tercio mō capit pro ſupaddito libero arbitrio rectificans ꝛ cōplens ꝛ eleuans. Et hec grā dr̄ gratūfaciens quia facit hominem acceptabilē deo. Et ideo autoritates ꝑbantes q̄ angeli creati ſunt in grā intelligunt primo mō vel ſcđo modo vel tercio mō. Pōt etiam alia ſolutio eē q̄ angelum eē creatū in grā. Hoc pōt intelligi dupl'r. Uno mō formal'r ꝛ actua

liter ꝛ ſic nō fuerūt hoc mō. Alio mō di-
ſpoſitione ꝛ tūc bene concedendū ē. Ro
ta ꝓpoſitionē. Deus ita ſtatuit ꝛ deter-
minauit legibus ſue ſapie ꝙ nullus ſiue
hō ſiue angelꝰ beatificabitur ſiue habe-
bit gratiā ꝛ gloriā niſi mediāte merito
vel ꝓprio vel alieno. Propo inꝗ ꝓ adul
tis. alieno pro infantibꝫ ꝛ hoc merito cō
grui. Meritū de cōgruo eſt aliqđ opus
bonū de genere moris diſponēs ad grāꝫ
factum ſine grā vt dare elemoſinā extra
charitatē. Meritū de cōdigno eſt aliqđ
bonū elicitū ſm inclinationē charitatis
¶ Queritꝰ quō charitas dr̄ forma virtu
tum cū tñ nō ſit ſubiectiue in ꝟtutibus
Dico ꝙ ꝟtutes ꝛ opa nr̄a dicunꝰ forma-
ta p charitatē qꝛ nec virtutes nec opa ac
ceptanꝰ niſi ſint formata ſeu producta p
charitatē. Nota ꝓ illa auctoritate Eze-
chiel. xviij. Aurū opus decoris tui ꝛ fo-
ramina in die q̄ conditꝰ ē. Aurū ē chari
tas foramina ē diſpoſitio q̄ eſt in creatu
ra rōnali ad recipiēdū charitatē diuinā

Queritꝰ tercio. Utrum

aliquibus data ſit future glorificationis
pſciētia. Aduertendū quod quedā ſunt
poſſibilia q̄ qñꝗ erūt vt antixp̄s. Alia
ſunt poſſibilia q̄ nunꝗ erūt vt ꝙ ſit aliꝰ
ſol ꝛ alia luna. Opinio talis eſt ꝙ nulli
angeli nec boni nec mali habuerūt pre-
ſcientiā ſui ſtatus ꝛ hec eſt ꝯclo rñſalis
Rō eſt qꝛ certa cognitio future btitudi
nis magis ptinet ad ſtatū pmij ꝗ ad ſta
tum meriti. Pono diſtinctiōes ¶ Prima
diſtinctio duplex ē certitudo quedā po
tentie cognitiue. alia potentie effectiue.
¶ Scđa diſtinctio duplex eſt certitudo
intellectꝰ quedā eſt infallibilitatis. alia
eſt probabilitatis. ¶ Prima eſt illa qua
aliqs ita cognoſcit aliqđ ꝙ nō pōt falli.
vt cognitio ꝙ viuo. ¶ Scđa eſt illa q̄ ha
betur p ꝓbabiles rōnes vel veriſiles ad
vnā partē ſic ꝙ ad oppoſituꝫ nulle ſunt
pbationes vel valde pauce vt ſcio: ꝙ oīs
mater diligit filiū ſuū. ¶ Tercia diſtin-
ctio. Certitudo volūtatis ē duplex qđā
expectabilꝰ alia ē tentationis. Prima ptī
net ad viatorē. Scđa ad cōphenſorē.
Spes eſt certa expectatio future beati
tudinis proueniens ex gratia ꝛ meritis
¶ Prima ꝓpō. Angeli ꝗdiu fuerūt via-
tores tētationis nō habuerūt certitudinē
infallibilitatis de ſua glificatione. pꝫ qꝛ
deus nō reuelauit eis nec poterant ſcire
ex ipſis: qꝛ nullus intellectꝰ creatus pōt
ſcire p naturalē virtutē futura ꝯtingen
tia. ¶ Scđa ꝓpō. Angeli in ſua creatōe
habuerūt certitudineꝫ ꝓbabilitatis ſue
glificationis: pꝫ qꝛ poterant cognoſcere
ex rōnibꝫ ꝓbabilibꝫ ꝙ aliqñ haberēt glo
riam. pꝫ qꝛ nullū in ſe ipedimētū vel pec
catū. ¶ Tercia ꝓpō. Nulli angeli ꝗdiu
fuerūt viatores tentatōis de ſua glifica-
tione qꝛ tentatio ē actꝰ cōcupiēdi q̄ con-
cupiſco deū vt pñs mihi ¶ Quarta ꝓpō
Angeli in ſua creatione nō fuerūt certi
certitudine etiā ſpei de ſua glificatione
patꝫ quia nō habuerūt in ſua creatione
ſpem nec fidē nec gratiā. ¶ Quinta ꝓpō
Hoies viatores exiſtētes in grā hñt ma
iorē certitudinē đ ſua futura btitudine
ꝗ habuerūt angeli i ſua creatōe de ſua
glificatiōe patet qꝛ hoies iuſti hñt fidē
ſpem ꝛ charitatē. angeli aūt in ſua crea-
tione nō habuerūt poſito qꝛ creati ſunt
in puris naturalibꝫ. ¶ Sexta ꝓpō. An-
geli in ſua creatione habuerūt certā ex-
pectationē ſemiplenā de ſua glificatōne
patet quia habuerunt rōnes probantes
ſcꝫ innocētiāꝫ dei liberalitatē. ¶ Septi
ma propō. Licet angeli in ſua creatione
fuerint propinquiores deo ꝗ homines
ꝗtum ad ſtatum. Homines tamē iuſti
propinquiores ſunt deo ꝗtum ad meri-
tum. patet quia angeli habuerunt ſtatū
innocentie in principio creationis. Nos
in principio autem noſtri peccatores ſu
mus ꝛ ſumus omnes in ſtatu miſerie.
¶ Secunda pars patet eo ꝙ quia homi
nes iuſti viatores habent pignus vite
eterne angeli non.

Quarto querit᷑. Utrū malis angelis releuari potuit ſuꝰ caſus Caſus dicit᷑ de cadēdo ſiue cadētia. Eſt dr̄ia inter cauſā caſum ⁊ occaſionē ſm̄ bonauēturā. Cauſa eſt ꝙ producit effectū ⁊ intēdit ip̄m producere. Caſus eſt cauſa q̄ attingit effectū: ſed nō intēdebat tn̄ vt fodiens inuenit theſaurū. Occaſio eſt ꝙ nō eſt cauſa efficiēs: nec intendebat aliq̄d facere: tn̄ aliq̄d ſeq̄tur: vt ſi q̄s in cōgregatione profert incōſulte verbum: ex quo audiens iraſcit᷑. Illud ꝟbū prolatū nō eſt cauſa: nec proferens intendebat: ſed ē occaſio ¶ Nota ꝙ duo ſunt agentia. Primo agens a propoſito agit ꝓpter finē cognitū. Scḋo agens naturale non agit ꝓpter ſuū incognitū. Caſus theologice eſt delectio alicuiꝰ de aliquo ſtatu. Et eſt triplex in angelis. Nā p̄mꝰ eſt caſus a ſtatu gr̄e. Scḋs a ſtatu gl̄ie. Terciꝰ a celo empyreo. A ſtatu gratie ceciderūt quē probabilr̄ habuerunt. A ſtatu nr̄o ceciderūt: nō quia habuerūt: ſed q: habuiſſent ſi non peccaſſent aut ſi penituiſſent: de oīb; iſtis eſt q̄ſtio. Aliꝰ caſus poſſet aſſignari ſcʒ caſus a ſtatu innocentie ſi fuerint creati in puris naturalib;. Quintū caſum expectant poſt diē iudicij in abyſſum īferni. Reſolutio q̄ōnis ſtat in ſex ꝓpōnib;. ¶ Prima ꝓpō. Angelus nō potuit p̄ſcire certitudinalr̄ caſum ſuū anteq̄ peccaret ex ſeipſo naturaliter. patet q: illud erat verū futurū contingens ſed nullus intellectꝰ creatus pōt certitudinaliter ſcire futura contingentia ex ſeipſo naturalr̄. nā hoc ē ꝓpriū deo. ¶ Scḋa ꝓpoſitio. Cū deꝰ ſciat naturalr̄ ⁊ certitudinalr̄ futura ꝯtingētia angelus malus non potuit p̄ſcire peccatum ſuū niſi a deo reuelante. Prima ps patet q: ſolus ille intellectꝰ cuiꝰ noticia nō dependet a re creata noſcit futura cōtingētia certitudinalr̄ intellectus diuinus eſt hmōi. ergo ⁊c̄. Noticia intellectꝰ angelici dependet a re: ſed futura contingentia non ſunt a re ¶ Tercia ꝓpoſitio. Si angelus malus ſciuit certitudinalr̄ caſuū ſuū ſeq̄tur ꝙ deus reuelauit ſibi. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Deus non potuit de potentia ſua ordinata reuelare angelo ſuo malo caſum ſuū. ¶ Quinta ꝓpō. Licet deus potuit p̄dicere angelo malū caſum ſuum non tamen potuit reuelare. ¶ Sexta ꝓpoſitio. Reuelare eſt certam illuminationē cauſare interiꝰ in illo cui fit reuelatio de aliq̄ reuelato. Uñ vna ⁊ eadē ꝓpō numero pōt dici corā omnib; exiſtētib; in aliq̄ loco et pōt vniformiter audiri ab omnib; ⁊ tn̄ non reuelabit᷑ niſi vno vel aliq̄bus ſicut pʒ de doctore ꝓferente verba q: aliqui intelligūt ⁊ habēt nouū aſſenſuʒ alij ꝟo nō. Nota ꝙ dolor ē de his que nobis ignorantib; aduenīūt. Triſticia ē de his q̄ nobis nolentib; adueniunt. ¶ Querit᷑ vtrū angeli in ipſa creatōne. i. in inſtanti creatōis habuerīt cognitionē matutinā. ¶ Triplex eſt cognitio quedā eſt meridiana: alia matutina: alia veſptina. Cognitio meridiana eſt clara dei viſio: ꝑ quā btūs clare ⁊ nude vidět ipſam eſſentiā diuinā in ꝓpria exiſtentia vel p̄ſentia. ¶ Prima ꝓpoſitio Nulla noticia abſtractiua eſſentie diuine q̄ntūcunq̄ diſtincta eſt noticia meridiana. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Cognitio meridiana nō ē cōmunicabilis viatori manenti in ſtatu vie. Cognitio matutina eſt cognitio creaturaꝝ que cauſatur imediate a verbo diuino ſiue claro viſo ſiue non. Iſta cognitio eſt duplex. Quedam eſt proprie dicta que eſt complete ⁊ perfecte matutina. Alia eſt large capta que eſt incomplete ⁊ imperfecte matutina. Prima ē cauſata cognitio a verbo diuino clare viſo. ¶ Prima propoſitio. Noticia intuitiua dei inquantū terminatur ad eſſentiam diuinā non eſt matutina. ¶ Secunda propoſitio eſt. Omnis cognitio matutina proprie capta eſt mere ſupernaturalis. Alia eſt cognitio matutina large capta quādo cauſatur

imediate a verbo diuino nõ clare viſo. ¶ Scda ppõ. Licet angeli in principio ſue cognitionis nõ habuerunt cognitio nem matutinã ſtricte captã habuerũt tñ aliã. ¶ Tercia ppõ. Nulla noticia alicu ius rei create imediate cauſata per ſpẽs acq̄ſitas põt dici cognitio matutina nec large nec ſtricte: patꝫ quia oĩs cognitio matutina cauſata verbo diuino. Cogni tio veſptina eſt cognitio rerum creatarũ imediate cauſata ab ipſis rebꝫ in ꝓprio genere vel a ſpeciebꝫ intelligibilibꝫ acq̄ſi tis supplentibꝫ vicẽ ipſarũ rerũ. ¶ Cor relariũ. Cognitio rerũ creataꝝ q̄ habet ꝟtute ſpecierũ innatarũ ꝓpꝛie nõ eſt ve ſpertina. Dico ex iſtis dictis ꝙ melioꝛ opinio ſtat in duabꝫ diſtinctionibꝫ ꝛ pro poſitionibꝫ. ¶ Prima diſtinctio duplex ẽ noticia matutina ſtricte ꝛ large capta. ¶ Prima ppõ. Nulli angeli nec boni nec mali q̄diu fuerũt viatores habuerunt noticiã matutinã ſtricte captã patet q2 nulli angeli habuerũt noticiã rerũ in ver bo diuino clare viſo. ¶ Scda ꝓpoſitio. Oẽs angeli habuerũt in ꝑncipio ſue cre ationis noticiã matutinã large captam patꝫ q2 habuerũt noticiã oim creatarũ rerũ cauſatã a verbo diuino ¶ Scda di ſtinctio. Angelus põt dici lux dupliciter Uno mõ ab irradiatiõe a luce ſupma ꝓ cedẽte ꝑm ſtatũ nature ꝑ quã irradiati onẽ cognoſcũt oẽs res creatas. Pono ꝓ poſitiones. ¶ Prima. oẽs angeli in ꝑnci pio ſue creationis fuerũt lux ꝓpter talẽ irradiationẽ. ¶ Alio mõ angeli põt dici lux ab irradiatione ſuprema luce proce dente ꝑm ſtatũ plenitudinis grẽ ꝯſũma te ſiue gloꝛie. ¶ Scda ppõ. Soli angeli btĩ ſiue boni facti ſunt lux ꝑ irradiatõeꝫ ſcdo mõ dicta. Rõnes ad ꝑmã ptẽ intel ligunt de cognitõe matutina large capta Rõnes ad oppoſitũ intelligunt de cogni tione matutina pꝛopꝛie capta.

dent ꝛ ꝙ hodie minoꝛ eſt in meritis cras foꝛtaſſe maioꝛ eſt. ¶ Tercia ↄcluſio. In hominib⁹ beatis ꝙuis repiatur gratia ꝛ gloꝛia ſtabiliter: nõ tamẽ ſic reꝗritur vt opoꝛteat eos ꝗ ꝑcellunt in grã ꝑcellere in natura: ꝛ ideo nota ꝙ in hominib⁹ ſaluatis ſaluabitur ꝑcellentia naturaliuȝ ſicut hic i via. Ita ꝙ qui hic habuit melioꝛa naturalia habebit etiaȝ ibi ꝛ ꝗ minoꝛa illa retinebũt i tali gradu. Poteſt tñ dici ſm alios cum quib⁹ eſt magiſter noſter ꝙ deus ↄferet melioꝛa naturalia accidentalia ſm quantitatẽ grẽ. Ita ꝙ ꝗ hic habuit maioꝛẽ gratiã ꝛ minoꝛa naturalia. ibi habebit gratiam et melioꝛa naturalia.

Circa decimã diſtinctionẽ querit̃. Utrũ aliqui angeli mittant̃. Sciendum ꝙ miſſio ẽ duplex actiua ꝛ paſſiua. Actiua dicit reſpectũ mittentis ad miſſuȝ. Paſſiua dicit reſpectũ miſſi ad mittentẽ. pꝛima ẽ ſubiectiue in mittente. ſcda i miſſo. De ſcda eſt q̃ſtio ¶ Miſſio paſſiua in creaturis põt cõparari ad tria ſcȝ ad pꝛincipiũ. terminũ et miſſum. Qñ miſſio cõparat̃ ad ſuũ pꝛincipium ſcȝ mittentem poteſt comparari ad ipſum ſub triplici habitudine. Uno mõ vt tanq̃ a dante eſſe vt radius ſolis mitti ſ a ſole. Scdo mõ ad ipm mittentẽ tanq̃ ad dantẽ virtutẽ ſicut iaculũ mittitur a pꝛoiectoꝛe. Tercio mõ ad ipſum mittentẽ tanq̃ ad dantẽ iuriſditionem miſſo ꝛ poteſtatẽ ſicut mittitur nuncius a ꝑceptoꝛe. Trib⁹ modis mittunt̃ a deo ad nos angeli beati: qꝛ habẽt ꝛ eſſe ꝛ virtutem ꝛ poteſtatẽ ſiue iuriſditionẽ quia mittunt̃ a deo ſicut radius a ſole: ſicut iaculum mittitur a pꝛoiectoꝛe cõtra demones. Miſſio autẽ paſſiua põt comparari ad fineȝ tanq̃ ad locũ. vt lapis mittitur ad quieſcendum in eo. vł tanq̃ aliquid poſſidendũ ſicut donum mittitur amico ad poſſidendũ. Uel tercio tanq̃ ad operandum ſicut baliuus mittitur a rege ad faciendũ iudiciuȝ his trib⁹ modis mittuntur ad nos beati angeli quia frequenter nobiſcũ moꝛantur ꝛ dant documentum ſiue inſtructionẽ ad operandum: ꝛ etiaȝ vt ipſos poſſideamus ſicut amic⁹ poſſidet amicũ. Miſſio etiã paſſiua comparata ad miſſuȝ dicit triplices habitudines imperfectionis. ¶ Pꝛimo comparat̃ miſſio ad miſſum ſub ratione ſeparationis ¶ Scdo ſub rõne mutationis. Si cm̃ mittitur romam non eſt hic. ¶ Tercio ſub rõne ſubiectionis quia ꝗ mittitur ſubiacet autoꝛitati mittentis. ¶ Reſolutio trib⁹ modis angeli beati mittuntur ad nos. Separant̃ non a deo qui vbiq̃ eſt: ſed ſolum a celo empyreo. Mittunt̃ etiã ꝛ deo ſubijciunt̃. Mutant̃ etiam de loco ad locum alium.

Querit̃ ſecundo. Utrũ

omniũ angeloꝝ ſit mitti. ¶ Notandum ꝙ duplex eſt miſſio angeloꝛum. Quedam eſt interioꝛ. Quedam exterioꝛ: et eſt qua angeli mittuntur ad nos reuelandum nobis myſteria vel voluntatẽ dei. Interioꝛ eſt qua aliꝗ angeli mittuntur ad alios angelos ipſos interius illuminando de agendis vel explendis circa homines et hoc pꝛopter homines. et hoc modo conueniunt ꝙ angeli ſupreme ierarchie mittuntur ad angelos ierarchie medie. medij autẽ illuminant inferioꝛes ꝛ hec miſſio eſt pꝛopter nos: ꝛ etiam exterioꝛ. Unde apoſtolus ad hebꝛeos decimo. Omnes ſunt adminiſtratoꝝ ſpiritus. ¶ Reſolutio ſtat in trib⁹ ſequentib⁹ ꝓpoſitionibus. ¶ Pꝛima ꝓpoſitio. Nota ꝙ omnes angeli mittunt̃ ad nos miſſione exterioꝛi. ¶ Secunda pꝛopoſitio. Angeli vero de ſupꝛema ierarchia communiter ꝛ regulariter mittuntur ad medios ꝛ medij ad inferioꝛes miſſione interioꝛi. Deus eñ ita oꝛdinauit regulariter ꝙ pꝛius reuelauit ſecreta ſua ſupꝛemis angelis. ꝛ ſupꝛemi medijs: ꝛ ipſi infi

mis. Ita q̄ ꝑus illuminatur anima xp̄i que ab inſtanti creationis ſue fuit perfecte illuminata a beatiſſima trinitate: et poſt reuelat ſue matri ⁊ mater chriſti ipſis ſeraphin ⁊ ipſi ſeraphin cherubin ⁊c. ⁊ ſic cōſequent. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Omnes angeli cuiuſcunq̄ ierarchie mittuntur vel miſſione interiori ꝓpter nos. vel exteriori ad nos. qualiter mittūtur communiter angeli vltime ierarchie ⁊ ſic ſaluantur autoritates apoſtoli ⁊ dionyſij ⁊ concordātur. Dionisius dicit de miſſione exteriori. Ap̄lus aūt de interiori. Et ſic interiori vel exteriori mittūt̄ miſſiōe. ⁊ ſic vterūq̄ dicit verū. Pōt etiā dici q̄ quinq̄ ordines mittunt̄ regulariter exterius ſcꝫ poteſtates ad repellendū aduerſarios. Uirtutes ad operanduꝫ que dominationes dictant facienda pro bono regimine vniuerſi. et principatus ad cuſtodiam regum ⁊ principum. Archangeli autē ad cuſtodiaꝫ prouinciarū ſiue cōmunitatū. Et demū angeli ad cuſtodiam ſingularis perſone. Alij autē ſuperiores mittunt̄ ad intra ſic q̄ dominationes ſunt vltimi qui mittuntur interius Poteſt etiā dici q̄ gabriel fuit de ſupremis ordinib⁹. Omnes autē angeli ſunt nobis in adiutorium ⁊ nos omnes adiuuant vel mediate vel immediate ſiue in miniſtrandis reuelationib⁹ ſiue in perferendis noſtris orationibus. Dum enim agmina ſuprema que ſunt nobis neceſſaria agminib⁹ inferioribus reuelant ⁊ dū ſimul cum illis pro nobis ad deum interpellant ⁊ petitiones noſtras deo offerunt.

Querit̄ tercio. Utrum

mittantur ad inflāmandū affectum noſtrum. Reſponſio. Dicendū q̄ affectuꝫ noſtrum inflāmari ab aliquo poteſt intelligi dupliciter. Uno modo tanq̄ a principali agente ⁊ efficiente ⁊ hoc modo voluntas noſtra a nullo poteſt inflāmari niſi ab ipſo deo qui nos principaliter inflāmat igne ſui amoris. ¶ Secundo modo tanq̄ ab excitāte vel adiuuante ⁊ hoc modo affectus noſter inflāmatur a beatis angelis. Et ſic reſpondetur ad queſtioneꝫ q̄ beati angeli mittuntur a deo ad inflāmandū affectum noſtrum inſtrumentalit̄ ⁊ applicatiue qui applicant voluntati noſtre beneficia dei ⁊ bonas inſpirationes dando et bona documenta. Qui autem inflāmat principaliter eſt ipſemet deus. ſm illud. Deus noſter ignis conſumans eſt.

Querit̄ quarto. Utruꝫ

angelus mittatur ad illuminandum noſtrum intellectum. Quid eſt illuminatio angelica. Eſt quedā edoctio intellectualis miniſterialiter ab angelo illuminante procedens: reſpectu veri reuelati antea neſciti ab illo qui dicitur illuminari. ¶ Reſolutio ſtat in ſequētib⁹ ꝓpoſitionib⁹. ¶ Prima ꝓpō. Illumiatio angeli illuminati nō pertinet ad augmētū iuſticie ſue voluntatis ſed noticie intellectualis. prima pars patet quia angel⁹ illuminatus poſt illuminationē non eſt iuſtior q̄ ante nec purgat̄ ab aliqua iniuſticia. Secūda pars patet: quia quandocunq̄ aliquis illuminatur de aliquo cognoſcit quod prius non cognoſcebat.

¶ Secunda ꝓpoſitio. Nullus angelus poteſt illuminare principaliter aliū angelum nec hominem ſaltem quantū ad portionem ſuperiorem: licet bene miniſterialiter. Patet per Auguſtinū dicētē q̄ ſolus deus eſt lux mentium rationalium ⁊ hoc intelligitur ṗncipaliter. Et Johannis primo. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Ubi dicit Auguſtinus q̄ ſola lux eterna ⁊ increata illuminat mentem noſtram principaliter.

¶ Tercia propoſitio eſt. Licet locutio poſſit eſſe indifferenter de vero et falſo: tam in hominib⁹ quā demonibus.

Illuminatio tñ eſt ſemꝑ de vero: qꝛ nul-
lus eſt illuminatꝰ cognoſcēdo ad falſum
¶ Quarta ꝓpoſitio. Nulla cognitio q̄
habet̄ de aliquo obiecto in genere ꝓprio
⁊ virtute intellectus nr̄i .i. nulla facta re
uelatione debet dici illuminatio. Ita ꝙ
ponit̄ reuelatio ad differētiā cognitōis
naturalis. ¶ Quinta ꝓpoſitio eſt. Licet
aliq̄ locutio poſſit eē de cognitis ⁊ mani
feſtis illi cui fit locutō. illuminatio tamē
nō niſi de ꝑus neſcitis. Et ex his pꝫ diffi
nitio. Reſolꝰ ſtat i ꝓpōibꝫ. ¶ Pria ꝓpō.
Solus deus pōt illuminare animā no-
ſtram vel intelligentiā noſtrā q̄ꝫtum ad
portionem ſuperiorē ſit in pluribꝫ locis
oſtendit Augꝰ. in libro. lxxxiij. q. Men-
tem dicimꝰ que ita ad imaginē dei facta
eſt ⁊ in media et a prima veritate format̄
⁊ in pluribꝫ dr̄ ꝙ inter mentē ⁊ deū nihil
cadit mediū. ergo cū intelligentia atten
ditur ſcḋm aīe ſupremū videt̄ ꝙ nō poſſit
illuminari ab angelo. Et gloſa ſuꝑ illḋ
pſ̄. Manus tue dn̄e fecerūt me. Per ſe-
metipſum irradiat pias mētes. Nota ꝙ
actus ierarchici qui competunt vel pn̄t
cōpetere cuilibet ordini de qualibet ie-
rarchia ſunt in triplici differētia. ¶ Pri
mo pōt dici ꝙ ſunt viſio fruitio ⁊ tentio
pentes intelligentiā voluntatē ⁊ memo-
riam. intelligentia videt voluntas fruit̄
memoria tenet. Et tales actꝰ ſunt cōmu
nes omnibꝫ beatis. ¶ Scḋo modo pn̄t
aſſignari qui ſunt ſcꝫ loqui audiri ⁊ mit
ti. Alij ſunt purgare illuminare ⁊ ꝑfice-
re. Vñ duplex eſt purgatio. quedā eſt a
peccato ⁊ hec nō eſt in angelis. Alia eſt a
quadā neſcientia ⁊ hec eſt bene in angel̄
Purgant̄ eīm a tali neſcientia qñ docent̄
de prius neſcitis. Illuminant̄ autē per
clarā cognitionem illius prius neſciti ⁊
ꝑficiunt̄: qꝛ talis illuminatio eſt ꝑfectio
nature intellectualis create. Sicut patꝫ
de ſole qui qñ illuminat aerē ꝑmo ipſuꝫ
purgat a tenebris inicio. Scḋo īformat
ip̄m lumine in progreſſu. Et tercio ꝑfi-
cit ip̄m quia lumē eſt ꝑfectio quedā aeris
⁊ hec tria ſunt ſimul duratione ſed ordi-
nantur naturalr̄. Vel aliter eſt dicēdū
ꝙ iſta tria denotant aliqua ad que ordi
natur doctrina angelica: quia primo re
mouet impedimēta. ſcḋo docet verū. ter
cio inflāmat ad amorē boni.

Querit̄ quinto. Utruꝫ

locutio angeli idem ſit qḋ eius cognitio
Notandū ꝙ locutio angelica Eſt ſpon-
tanea ⁊ voluntaria expꝛeſſio intellectoꝝ
complexe ſignatoꝝ ꝑ ſigna nota eſſe de-
terminata ſigna illi cui fit locutio. Ange-
li ꝑpoſiti ſignant minoribꝫ quod de dei
voluntate ꝑſentiūt qḋ fit aliq̄bus nuti-
bus aut ſignis ¶ Notandum ꝙ locutio
exterior pōt fieri tripl'r. Uno mō quan-
do nulla eſt mutatio in loquēte ſed ſolū
ī illo cui fit locutio. Hoc mō deꝰ loq̄tur
nobis ⁊ ſpiritibꝫ angelicis cauſando in
nobis vel in ipſis aliquā illuminationē
vel inſpirationē. ¶ Scḋo modo fit locu
tio ꝑ mutationē ⁊ loquētis ⁊ eius cui fit
locutio. differunt tñ quia in eo cui fit lo
cutio eſt de nouo aliqua intellectio. In
loquente autē eſt tm̄ ſcḋm reſpectū actio-
nis. ¶ Tercio mō fit locutio qñ eſt ex-
preſſio vocalis ꝑ ſigna ſenſibilia quoꝝ
medio exprimimus ꝯceptus noſtros. ⁊
hoc addit vltra predictos duos modos
¶ Prima ꝓpoſitio. Locutio interior ſi-
ue in deo ſiue in angelo ſiue in homine
nihil addit vltra cogitationē vel cogni-
tionē ⁊ eius formationē. ¶ Secunda ꝓ-
poſitio. Locutio exterior ꝑter ipſam co
gitationē actualē aliquid addit. Diffe-
runt tñ in deo angel̄ ⁊ hominibꝫ. ¶ Ter
cia ꝓpoſitio. Locutio exterior ſicut ad
alterū in deo addit ſuꝑ intellectionē re-
uelationē ei cui loq̄tur. ¶ Quarta ꝓpo
ſitio. Locutio exterior in hoīe ꝑter ipſaꝫ
cogitationē ⁊ formationē eius addit et
actū ⁊ ſignū ſenſibile. Patet ad ſenſum.
¶ Quinta ꝓpō. Locutio exterior in ſub
ſtātijs mere ſpūalibꝫ ſiue angelis addit
ꝑter cogitationē ⁊ formationē interiorē

in loquēte quendā actū ſiue reſpectū lȝ
nullū ſenſibile ſignū addat. ptȝ qꝛ cogi/
tatio angeli de ſe eſt ſecreta et ideo ſi an/
gelus vult ꝙ aliȷ̃ ſciant cogitationes ſu/
as oportet tñ ꝙ pandat aliquo nutu vel
ſigno nō ſenſibili ſed ſpūali noto illi cui
fit locutio. ¶ Correlariū. Locutio an/
geli differt realiṫ a cogitatōe ſua actua/
li ſȝ non reqͥrit mediū deferens ſpeciem
Ex q̄ ptȝ ꝙ triplex eſt locutio ſcȝ dei an
geli et hoīs. ¶ Prima ꝓpō. Locutio dei
exterior qua loquiṫ creature nullā mu/
tationē ponit in eo: tamē ponit aliquē
effectum in eo cui loquiṫ. ¶ Scđa ꝓpō.
Locutio humana ponit mutationē taȝ
in loquēte ꝗ̄ i medio ꝗ̄ etiā in eo cui lo
quiṫ. ¶ Tercia ꝓpō. In locutiōe angeli
ea ē mutatio tā in loqͥnte ꝗ̄ i eo cui loqͥṫ
licȝ nulla ſit mutatio i medio deferēte.
¶ Correlariū rñſiuū. Locutio i angeł
differt realr̄ a cogitatiōe ſua actuali: lȝ
non tm̄ differāt ſicut in hoībus. ¶ Pri/
ma ꝓpō. Sicut hoīes per quedaȝ ſigna
ſenſibilia exprimūt cōceptus ſuos. Ita
angeli exprimūt ꝯceptus ſuos ꝑ quedā
ſigna intellectualia ad plenum ſignifi/
cantia. ¶ Scđa ꝓpō. Boni angeli loquū
tur ſibi inuicē ꝑ quedā ſigna intellectu/
alia ad plenum ſcantia multiplicibus
gñibus linguarū. ptȝ. hoīes pñt. multo
magis angeli. ¶ Tercia ꝓpō. Sicut in
productione ade ꝛ eue fuerunt eis data
a deo aliqua ſigna ad plenum ſcantia.
Ita angelis fuerunt data aliq̄ ſigna in/
tellectualia ad plenum ſignificantia.
¶ Quarta ꝓpō. Probabile eſt ꝛ veriſile
ꝙ oēs angeli ſiue boni ſiue mali cogno/
ſcant oia genera linguaruȝ quorūcunqȝ
hoīm. ¶ Quinta ꝓpō. Probabile ꝛ veri
ſimile eſt ꝙ diuerſitas ideomatū hoīm
fuit deriuata a diuerſitate linguarū an
geloꝝ. pȝ qꝛ angeli ſciunt oia ideomata
hoīm: ſed nō didicerūt ab hominibus.
¶ Sexta ꝓpō. Non oia ſigna ꝑ q̄ loquū
tur boni angeli inter ſe cognoſcuntur a
demonibꝫ. lȝ econtra boni angeli cogno
ſcant oia q̄ loquunṫ demones. ptȝ qꝛ bo/
ni angeli excedūt malos in noticia.

Sexto querit. Utrū ea

dem locutio poſſit eſſe a deo et angelo.
¶ Sciēdū ꝙ triplex eſt locutio ſcȝ ange
lica humana ꝛ diuina. Et illa ē duplex.
quedā fit immediate a deo ꝑ ſemetipm̄
ſine angelo medio et hec fit ꝑ reuelatio/
nem: nec eſt ad ꝓpoſitū. Alia qua loquí
tur nobis deus ꝑ miniſteriū angeloruȝ
de qua dr̄ in Apocał. Loquēs ꝑ angelū
ſeruo ſuo iohanni. Et de iſta eſt q̄ſtio.
Deus em̄ ſepiſſime indicat voluntatem
ſuā nobis ꝑ angelos ſuos: vel verbis tm̄
vel rebus tm̄: aliqñ ꝟbis ꝛ rebus ſimul
aliqñ imaginibꝫ oculis cordis oſtenſis.
Exemplū qñ loquiṫ deus nobis ꝑ ange/
los verbis tm̄ Johis. xij. Clarificaui ꝛ
iterū clarificabo. Exemplū qñ loquiṫ ſi
gnis tm̄ vt ezechiel vidēs viſiones dei.
Exemplū qñ loquiṫ ꝟbis ꝛ ſignis ſimul
Adā audiuit vocē dei deambulātis ad
auram poſt meridiē: deambulatio poſt
meridiē ſignabat elōgationē a deo refri
gerationē ardoris charitatis. Aliqñ in/
dicat volūtatē ſuā imaginibꝰ cordis no
ſtri vt iacob vidit ſcalā. Aliqñ imaginu/
bus añ oculos cordis ex aere aſſumptis
vt abraam vidit tres viros et vnū ado/
rauit. Aliqñ loquitur ꝑ ſubſtātias cele/
ſtes vt per nubē. vt Matt. xvij. Uox ve
nit de nube hic eſt filius meꝰ dilectus.
Aliqñ loquiṫ ꝑ ſubſtantiaȝ terreſtrē vt
aſinus balaam. Aliqñ loquiṫ ꝑ ſubſtāti
as terreſtres ꝛ celeſtes vt apparuit moy/
ſi in rubo ardēte. Aliqñ loquiṫ ꝑ ange/
los q̄ angelus apparet in propria ꝑſona
oculis cordis: vt apparuit angelus in
ſomnis ioſeph. Et angelus ingreſſus eſt
in zachariā ꝓphetā et loquebatur in eo.
¶ Reſolutio. q. ſtat in ꝓpōibꝫ ¶ Prima
ꝓpō. Sicut dicitur deum tripłr videre
ſcȝ viſione corꝑali imaginaria itellectu/
ali. Sic dr̄ tripłr audire. Corꝑalis vi/
ſio eſt qñ corꝑalibꝫ ocłis videmꝰ deū: vt

abꝛaā vidit deū in ſuba creature. Viſio imaginaria eſt qñ vł doꝛmiēs vł viligās aliquas ſpecies imaginarias cernit quibus aliquid ſignat̄ vt pharao vidit ſeptem ſpicas ⁊ hoc in ſomno. Petrus vigilās in extaſi vidit in lintheo quadrupedia ⁊c̄. Viſio intellectualis eſt qñ ſpū ſctō reuelante intellectui mētis veritatē myſterioꝝ capimus ſicut etiā iohannes in Apocalipſi frequēter vidit deū. Similiter triplex eſt auditio qua audit̄ deus. ¶ Auditio coꝛpalis eſt que fit ꝑ aliqđ ſignum ſenſibile exterioꝛibꝫ auribus oblatū. Freqnter hac auditione de⁹ fuit auditus patet in lege moyſi etiā in euāgelio. Hic eſt filius me⁹ dilectus ⁊c̄. Auditio imaginaria eſt que fit per aliqđ ſignum ī interioꝛi ſenſu foꝛmatū hoc modo auditus eſt deus a pꝛophetis. Auditio intellectualis eſt que fit per aliqđ inſpirationis verbū nr̄is mentib⁹ īmediate a deo inſpiratuꝫ. ¶ Scđa pꝛopoſitio pꝛincipalis. Sicut deus tripliciter auditur a nobis ita tripliciter dicit̄ loqui nobis ſm ꝙ triplicem ī nobis excitat auditum. ptꝫ quia cuilibet auditioni coꝛreſpondet ſua locutio. ¶ Tercia pꝛopō Locutio illa qua deus loquitur nobis ſigno exterioꝛi id ē locutione coꝛꝑali ſiue interioꝛi id eſt locutione imaginaria ſemꝑ vel frequēter fit miniſterio angelico. ¶ Quarta ꝓpō. Locutio intellectualis q̄ ſcꝫ deus inſpirat aliq̄d in mentibus noſtris: licet qđdāmodo miniſterialiter poſſit fieri ab angłō pꝛīcipalr̄ tamē fit a deo. Pōt fieri ab angłō ab inferioꝛi ¶ Quinta ꝓpō. Pꝛima locutio ſcꝫ coꝛpoꝛalis et ſcđa ſcꝫ imaginaria ſūt ſimul ⁊ dei ⁊ angeli: ſꝫ dei vt impꝛantis ⁊ pꝛīcipaliter agentis ⁊ angeli vt exequētis. ¶ Sexta ꝓpō. Qñ deus loquit̄ ꝑ angelū tūc ſermo illius exeqntis pōt capi dupliciter. Vno mō vt refert̄ ad ꝑſonā dei in cuius ꝑſona loquit̄. Alio mō vt refert̄ ad ꝑſonā angeli vt ſcꝫ ipē angłs ſit nuncius. Exemplū pꝛmi. Ego ſuꝫ de⁹ abꝛaā yſaac et iacob. Exemplū ſcđi. Ego ſum gabꝛiel Luce. i. ¶ Septima ꝓpō. Locutio intellectualis eſt ꝓpꝛia ipi ſoli deo q̄ ꝓpter nō pōt cōpetere ipſi angelo ⁊ ideo non pōt eſſe eadem locutio intellectualis dei ⁊ angeli.

Circa vndecimā diſtinctionē querit̄ pꝛimo. ¶ Vtrū angłi deputari debuerūt ad cuſtodiā hoīs lapſi. ¶ Sciēdū ꝙ triplex eſt cuſtos hoīs qđā vniuerſalis ⁊ eſt ipſe de⁹ qui ſpecialiter curā hꝫ de nobis. vñ Job. vi. quid faciā tibi o cuſtos hoīm. Cuſtos particularis eſt vnus angelus deputatus a deo ad cuſtodiendū vnū pꝛīcipē in q̄ſtū pꝛīcipaliter toti ppłō pꝛīcipat̄ vel vnum regnū vel vnā patriaꝫ. Alius eſt cuſtos hoīum et ſingularis ⁊ eſt angelus deputatus ad cuſtodiā ſingularis ꝑſone: qꝛ cuilibet creature rōnali deputat̄ angłs a pꝛīmoꝛdio natiuitatis vel ſm alios a pꝛincipio ꝯceptionis. vñ Hieronym⁹. Magna dignitas animarū eſt qm̄ q̄libet ab oꝛigine natiuitatis habeat. vnū angelū cuſtodē. Queſtio eſt de cuſtodia particulari ſiue ſingulari. ¶ Dicendū ꝙ poſt peccatum vel lapſuꝫ ꝓthoplaſtoꝝ. Hō reſtiturus eſt btūs. Conueniēs fuit hominē lapſum angelice cuſtodie ⁊ angłm deputari ad cuſtodiendum hoīem: tum quia decet altitudinē diuine potētie: tū quia decet oꝛdine diuine ſapientie: tum qꝛ etiā decet dulcedini diuine miſericoꝛdie. Mgr̄ tenuit abſolute ꝙ ab inſtanti conceptionis ſcꝫ qñ anima infundit̄ coꝛpoꝛi oꝛganico qꝛ eſt verus hō et magis indiget cuſtodie in vtero matris q̄tum ad aliquid q̄ʒ extra.

Secūdo querit̄. Vtrū competēs fuerit angelū deputari ad cōditi cuſtodiā. Competēs. i. conueniēs. ¶ Notandū ꝙ triplex eſt ſtatus hoīs. ſ. inſtitutus lapſus ⁊ refoꝛmat⁹. Inſtitu-

tus eſt in q̄ fuit forte p ſex horas. Et de iſto ſtatu eſt q̄ȯ. ¶ Rn̄ſio q̄ ꝛ ſi angelus deputatus ad cuſtodiaꝫ hoīs in multis proſit ei vt ſubueniat: tn̄ ſpecialr̄ ad h̄ deputaꝛ vt ab inuiſibili aduerſario de/fendat: ꝛ quia ſunt inuiſibiles coadiuto res ad ſuſcipiꝰ defenſionem. Non ſolū ſm ſtatū nature lapſe fuerunt neceſſarij ſed ſm ſtatū nature inſtitute q̄ātomagis nunc q̄ꝫ tunc.

Tercio querit. Utrum

angelus poſt obſtinationē ſubtrahat cuſtodie beneficiū. ¶ Rn̄ſio. Q̄ effectus angelice cuſtodie eſt reſpectu boni ꝯſeruandi vel acquirendi vel reſpectu mali deferendi vel cuitādi ꝛ minuendi. Bonus igit angelus obſtinatos non deſerit q̄ꝫtum ad actū cuſtodie q̄ reſpicit malū quia ſemp retrahit hoīem ne labatur in peius. ¶ Nota q̄ mediocriter mali ſunt illi q̄ fragilitate peccāt ꝛ volūt penitere Nota q̄ excōicatio debet fieri ad correctionē delinquētis. Si p̄latꝰ videret aliquē obſtinatū non debet ipm excōicare. Nota q̄ antixp̄s habebit angelū ad cuſtodiendū ipm a malo ſed non q̄ꝫtum ad bonum promouendum.

Quarto querit. Utruꝫ

ex btitudine cuſtoditi angelo cuſtodiēti amplificeꝛ gaudiū. ¶ Rn̄ſio ſtat in diſtinctionibꝫ. ¶ Prima diſtinctio. Gaudium creſcere pōt intelligi dupliciter. Uno mō extenſiue ꝛ intenſiue: q̄n de p̄imo mō loquitur. Extenſiue gaudiū angeloꝝ creſcit de pl'ibꝫ ei gaudet nunc q̄ꝫ prius. ¶ Pono primā propoſitionē. Angelus plus gaudet extenſiue q̄ꝫ p̄us cuꝫ aliquis ſaluaꝛ. patꝫ q̄ de pluribus gaudet nunc q̄ꝫ prius. Alio mō creſcit gaudium in angelo intēſiue q̄n affectꝰ eius copioſius ꝛ magis de aliquo gaudet.

¶ Scd̄a diſtinctio. Gaudiū augmētari in angelis poteſt intelligi dupliciter. Uno modo de gaudio ſubſtātiali vł ac cidentali. Et vera opinio ſtat in duabꝰ ꝓpoſitionibus. ¶ Prima ꝓpō. In angelis nullo modo accreſcit gaudium ſubſtantiale q̄ȯ ſcꝫ eſt p̄miū habitū ſ de bono increato ꝛ eſt gaudium eſſentiale q̄ȯ habēt de deo ꝛ in deo clare videndo ꝛ ſuper oīa amato ꝛ dilecto: quia in his duobus conſiſtit beatitudo. ¶ Scd̄a ꝓpō. Gaudiū accidentale q̄ȯ eſt de bono creato continue intenditur ꝛ creſcit in angelo. quia vbi eſt maior materia gaudij ibi gaudiū: ſed in angelis eſt maior materia gaudij in continua ſaluatione hominum et reſtauratione ſuperne ciuitatis. Et dicitur p̄miuꝫ accidentale q̄ nō eſt de obiecto beatifico in quo eſt premium eſſentiale. patet reſolutio ¶ Nota q̄ duplex eſt beatitudo. Quedaꝫ eſt ſtatus perfectus per plenitudinem omnis boni: de iſta Boetius dicit q̄ beatitudo eſt ſtatus omnium bonorū aggregatione perfectus. Quedam q̄ eſt ſtatus aliqualiter perfectus ſcꝫ per carentiam omis mali. In deſcriptione Boetij tria notanꝛ. Primo ponitur ſtatus loco generis. Status eſt ſtabilis permanētia. legibꝰ diuine ſapientie firmata ſm doc. ſubti. Et ſm hanc deſcriptionē applicātur ꝛ exponuntur tres ſtatus ſcꝫ Statꝰ nature inſtitute deſtitute et reſtitute. Scd̄a p̄ticula eſt oīm bonoꝝ aggregatione que principalr̄ ſunt tria. ſcꝫ viſio clara fruitio perfecta ꝛ tentio firma. ad que omīa alia reducuntur. Tercia particula eſt perfectus: quia nihil deeſt. q̄ ille eſt beatus qui habet quicq̄d vult et nihil mali vult. vt dicit Augꝰ. Alia eſt beatitudo ſcꝫ per carentiā oīs mali. Et eſt ſtatꝰ carens omni malo tam culpe q̄ꝫ pene. Et in iſto fuerunt creati angeli q̄ fuerunt creati innocentes. Nota q̄ duplex eſt voluntas ſcꝫ abſoluta ꝛ conditionata ſiue antecedens. Unde angelus vult ſaluari quos p̄ſcit ſi ipſe ſciat voluntate conditionata nō abſoluta.

Circa diſtinctionẽ duodecimã q̄rit᷑ primo ¶ Utrũ materia corp̱aliuꝫ creata ſit ĩ oĩmoda poſſibilitate. Reſolutio q̄ōnis ſtat in vna diſtinctione. ¶ Diſtinctio eſt ꝙ poſſumꝰ loqui duplr̄ ꝺ materia. Uno mō ſm ꝙ exiſtit ĩ rerũ natura. Scđo mō vt ꝯſiderat᷑ ab aĩa. ¶ Prima ꝓpō. Materia ſm eſſe qđ habꝫ in aĩa pōt ꝯſiderari abſq̧ omĩ forma ꝛ ſic pōt ꝯſiderari in oĩmoda poſſibilitate paſſiua ſupple ſubiectiua. patꝫ qꝛ intellectus pōt ꝯſiderare eſſenciã materie vt eſt nudata omĩ forma ꝛ vt potẽs recipere formã. ¶ Scđa ꝓpō. Materia ſm ꝙ exiſtit in rerũ natura nō eſt de facto ſine loco ꝛ ſine tempe ꝛ ſine motu vel q̄tete: nec eſt etiaꝫ ſeparabilis per agens naturale ab omĩ forma. ¶ Tercia ꝓpō. Implicat ꝯtradictionẽ materiã eſſe in rerũ natura ꝛ ipam eſſe ſeparatã ab omni forma et iō non pōt ſeparari ab omni forma etiã ꝑ diuinã potenciã. ¶ Scotꝰ hãc ꝓpoſitionẽ improbat. Arguitur ſic Q̄ñcũq̧ ſũt aliq̄ duo entia abſoluta realiter ꝛ eēntialiter diſtincta ꝛ vnum eſt prius alio deus pōt facere prius ſine poſteriori. Iſte eſt articulus ꝑiſieñ. ſꝫ materia eſt hmōi. ergo ꝛc̄. minor patꝫ qꝛ eſt receptiua forme ſubſtãtialis. ergo nō eſt reſpectus ꝛ diſtinguit᷑ realiter a forma ꝛ eſt prior forma. ergo ꝛc̄.

Scđo querit᷑. Utrũ materia illa ꝓducta ſit ꝑfecta actualitate.

Dico ꝙ aliq̄d poteſt eſſe in actu dupliciter. Uno mō quia pñtialiter exiſtit et ꝛ eſt actu exiſtẽs in rerum natura. Alio modo aliq̄d eſt in actu: quia eſt in actu cōpleto ꝛ perfecto. Exemplũ corpus humanũ dupliciter eſt in actu. primo quia pñtialiter exiſtit et ſic corpus mortuum ita bñ eſt in actu pñtialitatis ſicut corpus viuũ ſed nō eſt in actu cōpleto ꝛ ꝑfecto et ſpecifico niſi per aĩam rõnalem ſeu formã vltimã. ¶ Propoſitio. Omne ꝙ eſt in actu cōpleto actualiter exiſtit ſꝫ nō ecōtra. ¶ Scđa diſtinctio. Duplex ē actus ſcꝫ entitatiuus ꝛ trãſcendẽs. et eſt ille quo aliq̄d habet eſſe extra cauſaꝫ ſuam ꝛ actu principaliter exiſtit. vnde iſte actus non eſt niſi propria entitas rei et ſic dicit ſcotus Q̄ ſi deꝰ ſepararet materiã ab omni forma adhuc tamen eſſet in actu entitatiuo. hic actus dicitur trãſcendens quia conuenit omni rei. Et ſic non oĩs actus eſt a forma. Alius ē actus formalis ꝛ eſt ille quo res eſt in actu cōpleto ꝛ perfecto ꝛ ſpecifico De hoc actu eſt q̄ſtio preſens. Nam non eſt dubium quin fuerit creata ĩ actu imꝑfecto quia fuit terminus creationis. In hoc dubio eſt duplex opinio. Prima eſt Augꝰ. qui ponit ꝙ omnia fuerunt creata imperfecte actualitate. ꝛ allegat Eccleſiaſticuꝫ dicentẽ. Qui viuit in eternum creauit omnia ſimĺ. Alij (ſcꝫ omẽs doctores) dicũt ꝯtrariũ adherentes textui Geñ. ꝛ captiuantes intellectum ſuũ iugo fidei et ſacre ſcripture ꝙ deꝰ fecit omnia per ordinem vt cōtinetur in textu biblie. Creauit tamen deus quattuor in principio ſcꝫ celum empireum naturã angelicam tempus ꝛ materiam informẽ. Licet omnia entia fuerunt creata ſimul: nō tamẽ omnia entia fuerũt ſimul facta.

Tercio queritur. Utrũ materia illa corporalium creata ſit ſub aliqua formarum diuerſitate.

Querit᷑. Utrum de rigore ſermonis ſit concedẽdum ꝙ naturaliter et ſm phm materia poſſit eſſe ſine forma. Pro declaratione pono propoſitiones. ¶ Prima ꝓpoſitio ſm phm. Notandũ ꝙ ab omni forma realiter eſt ſeꝑabilis maetria: quia ab iſta et ab illa ꝛ ſic de alijs ꝛ nō eſt dabilis aliqua forma a qua non ſit ſeparabilis. ergo ꝛc̄. Ex quo ſequit᷑ ꝙ iſta eſt ꝯcedēda ¶ Scđa ꝓpoſitio. Materia poteſt eē ſine forma ꝛ ibi forma diſtinguit᷑ ꝛ confun

ditur rõne negatiõis incluſe in hoc ſin
cathegorematico ſine. ꝛ ptʒ ꝑpõ qꝛ p̄t eē
ſine hac foꝛa ꝛ ſine illa ꝛ ſic de aliis ꝗ ꝛc̄.
Et daꝛ exemplū ꝑ iſtam terciā ꝑpone.
¶ Tercia ꝑpõ. Corpꝰ p̄t eē ſine loco nō
loquēdo de p̄mo corpe. ¶ Quarta ꝑpõ.
Materia aūt nunq̄ eſt ſepata ſimul et
actu a forma ſic ſcʒ quin habeat aliquaʒ
formā ſicut de corpe i loco: impoſſibile
eſt enim materiā eē quin habeat aliquā
formā: immo qñ cūq̄ eſt ſub aliq̄ forma
pticulari. hʒ duas formas: vnā ſibi con
creatā ꝛ aliā ꝑ gñatiõʒ naturalē ꝛc̄. Po
teſt tñ deus facere materiā ſine forma.
¶ Quinta propõ. Materia põt exiſte/
re actu per diuinā potentiā ſine q̄cunq̄
forma. ptʒ qꝛ eſt ens abſolutū reale ꝛ nō
neceſſario depēdēs ineſſe ab aliq̄ creato
¶ Rñ. Dicendū eſt ꝙ iſta opinio eſt te/
nenda ꝑ q̄ ponūꝛ ꝑpões. ¶ Prima ꝑpõ
Materia illa ꝑfecta eſt ſub aliqua for/
ma incõpleta tamen que non dabat ſibi
eſſe ꝑfectuʒ: ideo dicebaꝛ infoꝛmis. Hec
aūt forma p̄t dici foꝛa corpeitatis p̄mo
in materia ꝗ cõcreata eſt quedaʒ forma
ſubſtātialis q̄ non põt gñari nec corrū/
pi ꝑ agēſ naturale: ſʒ ſolū ē a deo ānihila
bilis. Hec aūt forma diſponebat ad for
mas vlteriores. ¶ Scd̄a ꝑpõ. Quia ma
teria iſta hʒ appetitū ad multas foꝛas
ideo habet quandā diuerſitatē in ſe ꝛ in
ſuis partibꝫ: qꝛ q̄t ſunt forme receptibi
les in materia: tot habet appetitus di/
uerſos. In materia ſm Scotū: tot fue/
runt ꝑducte forme reſpectiue: quot po/
terāt recipi forme in ea. Sic ergo mate
ria fuit producta cū vna forma abſolu/
ta: fuit tñ creata ſub diuerſis formis re
ſpectiuis q̄ ſunt appetitus actuales ad
diuerſas formas. Et poniꝛ exemplū de
embrione. Tenendū eſt firmiter ꝙ ma/
teria non fuit producta ſub diuerſitate
formarū ſubſtantialium.

Quarto queriꝛ. Utrū celeſtium ꝛ terreſtrium vna ſit materia

q̄ſtum adeſſe. ¶ Notandū ꝙ corpora ce
leſtia ſunt que ſunt ingñabilia et incor/
ruptibilia ꝑ naturā ꝛ intrāſmutabilia
ad inuicē. Corpa autē terreſtria ſunt q̄
ſunt gñabilia ꝛ corruptibilia ꝛ ꝑ natu/
ram trāſmutabilia ad inuicem: vt ſunt
quattuor elemēta ꝛ omnia corpa mixta
ſiue ꝑfecta ſiue imꝑfecta. ¶ Reſolutio
qõnis ſtat in ꝑpoſitionibꝫ. ¶ Prima pro
poſitio. Materia corporū celeſtiū ꝛ ter/
reſtrium habet vnū ꝛ idē eē loquēdo de
eſſe qd̄ habuit añ productionē illoꝝ cor
porum. ptʒ qꝛ de eadē materia oia ſunt
facta. ¶ Scd̄a ꝑpõ. Materia nō hʒ vnū
ꝛ idē eē in corpibꝰ celeſtibꝫ ꝛ terreſtribꝫ
poſt productionē illoꝝ corporum. patet
quia in celeſtibꝰ non eſt gñabilis nec cor
ruptibilis nec trāſmutabilꝭ: i terreſtribꝫ
ſꝫo ecõtra. Loq̄ndo ſupple ꝙ ſit gñabilꝭ
ꝛ corruptibilis ſubiectiue: qꝛ nō poteſt
gñari terminatiue vl' obiectiue. ¶ Alia
ſolutio ſtat in diſtictionibꝫ. ¶ Prima di
ſtinctio eſt quadruplex vnitas in mate/
ria ſm eſſentiā ſcʒ eſſe incompletū ꝛ cõ/
pletū remotū. ¶ Scd̄a diſtinctio q̄dru/
plex eſt materia quedaʒ que ſolū ſubeſt
forme ſubſtantiali. Alia que ſubeſt for/
me ſubſtātiali ꝛ quātitati Alia q̄ ſubeſt
forme ſubſtātiali q̄ntitati ꝛ q̄litatibus
ꝯtrariis Alia q̄ ſubeſt p̄ter predictā for
mam vniformitati partiū. Exemplum
p̄mi vt materia in angelis. ¶ Pono pro
poſitionē ꝙ in ſpūalibꝰ ꝛ in corpalibus
vna eſt materia q̄ſtum ad eſſentiā. Exē/
plum ſcd̄i vt materia corpoꝝ celeſtiū.
¶ Scd̄a ꝑpõ. Oim corpaliū ſiue corru
ptibiliū ſiue incorruptibiliū vna eſt ma
teria. Exemplū tercij vt materia oium
corpoꝝ inferioꝝ. ¶ Tercia ꝑpõ. Capiē
do materiaʒ tercio modo ſcd̄m eſſe non
eſt eadē corpoꝝ celeſtiū ꝛ terreſtriū. Ex
emplū q̄rti vt materia ignis ꝛ aque non
aeris. ¶ Notādū ꝙ eē eēntie vniuſcuiuſ
q̄ rei eſt ipſamet eēntia rei penitꝰ cū ipſa
re. Differēs ſolū penes modū cõcipiēdi
qꝛ eſſe dicit ꝯcretū ꝛ eēntia abſtractū vt

bumanitas hominis eſt eſſentia ſua. Et
ſicut ſe habet eſſentia ſic ſe hꝫ eſſe actua/
lis exiſtentie. Et de vtroqꜫ eſt qō.

Quinto querit̾. Utruz
materia ꝓducta fuerit añ oēm diē. Re/
ſolutio. q. ſtat in ꝓpōnib᷒. ¶ Prima ꝓpō
Materia ſm ordinē nature fuit creata
añ oēm diē ſm oēs doctores. ¶ Scđa ꝓ/
poſitio. Inter creationē materie prime
ꝛ inter ꝓductionē lucis vel cuiuſcūqꜫ al
terius rei fuit aliqua mora tp̄is ꝛ in illa
mora vt fert̾ fuit factū ꝑliū in celo inter
bonos ꝛ malos angelos. Et qñ deus di/
xit: fiat lux: mali ceciderunt ꝛ boni fue/
runt confirmati.

Sexto querit̾. Utrum
materia illa ꝑma habuerit ſitum vel lo
cum. ¶ Rñſio. q. ſtat in ꝓpoſitionibus.
¶ Prima propō. Cum materia illa pri/
ma eſſet moles quedā habēs extenſionē
ꝛ habens celū empireū ambiens ipſam:
ipſa fuit de facto in loco. ¶ Scđa ꝓpō.
De facto materia illa cum eſſet ſubſtan
tia corpulenta ꝛ quanta erat in loco re/
pletiue. Nā repleuit totā cōcauitatē ce/
li empirei per modum nebule. ¶ Ter/
cia propō. Q᷒ in partib᷒ illius materie
ꝑme erat quedā diſtinctio ſm ſubtilita/
tem ꝛ groſſiciē: lꝫ non plene ꝛ perfecte ſed
imꝑfecte. Nam pars ſuperior de qua fa
cti ſunt celi erat ſubtilior: pars ꝟo infe/
rior de qua facta ſunt elemēta erat groſ/
ſior. ¶ Dicendū ꝙ duplex eſt locus qui
dā ſpūalis: alius corꝑalis. Scđa diſtin
ctio ſpūalis eſt duplex quidā cōſeruati/
uus locati vel loci. Alius limitatiuus
vel deſcriptiuus. Cōſeruatiuus eſt ipa
virtus diuina conſeruās ꝛ gubernans ꝛ
continēs oīa pro q̊ dico ꝓpoſitionē. Q᷒
cuilibet rei create ſiue ſpūali ſiue corpo/
rali virtus diuina eſt locus gubernans
ꝛ conſeruatiuus oīa hinc eſt qđ dr̄ ſapie
Spūs dñi repleuit orbē terrarū quia vt
ipe dicit celū ꝛ terram ego impleo. Spi
ritus dñi id eſt ſpūs qui eſt ipſe de᷒ hic

tenetur ſubſtātiue: hoc ens qđ eſt deus
continet oīa. Adhuc deus eſt in loco tri
pliciter. Uno modo ꝑ pñtiaꝫ. Alio mo
do per potentiā. Tercio modo ꝑ eēntiā
Illud dr̄ eſſe in loco ꝑ pñtiam qđ eſt p̄/
ſens oībus rebus: hoc mō de᷒ eſt in loco
pñtialiter: quia clare videt non ſolū fa/
cta ſed etiam fienda. Itē deus eſt p̄ſens
potentia ꝯſeruando oīa ꝛ eſt mihi itim
us ꝙ̄ anima mea. Illud dr̄ eſſe pñs per
eſſentiā qđ habet naturā ſuā propriam
veraciter in illa re cui dr̄ eſſe pñs. Iſto
modo preſens eſt deus cuilibet re nec ē
verius in celo per eſſentiā ꝙ̄ in inferno
vel alibi. Implicat ꝯtradictionē deuꝫ
facere aliquā rem de nouo et non eſſe in
eadē per eſſentiā. Alius eſt locus limi/
tatiuus vel deſcriptiuus ꝛ ſic ꝓpria li/
mitatio ꝓpa finitas vl̾ clauſio dr̄ locus
limitatiu᷒ cuiuſlibet rei. Uñ ꝓprius lo
cus limitatiuus angeli eſt ꝓpria ei᷒ na/
tura vel finitas ſue nature: nec eſt qō de
illa. Corꝑalis locus capit̾ dupl'r. Uno
mō fundamentaliter ꝛ nihil aliud eſt ꝙ̄
quedā ſuꝑficies ꝯcaua corꝑis cōtinētis
locatū. Alio mō capit̾ formal'r ꝛ eſt q̇dā
reſpect᷒ extriſec᷒ adueniēs fūdata in ſu
ꝑficie ꝯcaua circūſcripta ꝛ locāte: ꝛ tmi/
nat᷒ ad locatū ꝛ vocat̾ circūſcriptio acti
ua locus formal'r q̇ eſt hitudo circūſcri/
pti ad circūſcriptuꝫ. ¶ Notandū ꝙ ali/
q̇d eē in loco pōt intelligi q̇tuor mōis.
¶ Primo circūſcriptiue. Et e illud qđ eſt
ſic pñs ꝙ totū locatū corrñdet toto loco
ꝛ q̇libꝫ ꝑs locati corrñdet alicui ꝑti loci
Sēꝑ locū ꝛ locatū ſt̾ adeq̄ta ꝛ ſic ego ſū
in loco. Ex q̊ ſeq̇t̾ ꝙ de᷒ nō pt eē in loco
circūſcꝑtiue q2 de᷒ nō hꝫ ꝑtes. ¶ Scđa
ꝓpō Quicq̇d ē in loco circūſcriptiue hꝫ
ꝑtes. Ex q̊ ſeq̇t̾ ꝙ angl'i nō ſūt in loco
circūſcriptiue q2 nō hñt ꝑtes: q2 eē i loco
dimēſiue ꝛ occupatiue ſt̾ idē. Aīa rōalis
ꝙ̄tū eſt de ſe ꝛ etiā pūcta nō ſunt in loco
circūſcriptiue q2 non hñt ꝑtes. ¶ Scđo
mō capit̾ diffinitiue. Et eſt illud qđ eſt
pñs loco ꝑ realē exñtiā et pñtiā ſic tñ ꝙ

qn̄ eſt pn̄s vni loco nō pōt eſſe in alio lo/
co q᷑ ſunt entia limitata. Iſto mō ange
li ſunt in loco q᷑ ꝯ̄trū ē de natura ange
li nō p̄t eē in pluribꝰ locis niſi de poten/
tia dei. ¶ Tercio mō capit̄ ſacr̄alr̄. Et
eſt illō qđ eſt p̄n̄s ꝑ verā pn̄tiā alicui ꝑ
ſignū ſenſibile ſic tn̄ ꝙ qn̄ eſt pn̄s vni lo/
co p̄t etiā eē pn̄s alteri loco Iſto mō cor
pus xp̄i eſt in loco. Ex q̄ ſequit̄ ꝙ corpꝰ
xp̄i nō pōt eſſe ſub q̄libet re ſacr̄alr̄ ſed
oportet ꝙ ſit ſenſibile ſignū q᷑ in angl̄is
z aiabꝰ nō eſt ibi ſacr̄alr̄. ¶ Quarto mō
capit̄ immēſiue. Et eſt illud qđ neceſſa/
rio eſt in q̄libet loco ſi ponat̄ locus: vl̄ in
qualibet re ſi ponat̄: z ſic deus eſt in q̄li
bet re ſiue loco.

Circa decimam/
terciā diſtinctiōꝫ q̄rit̄ p̄mo.
¶ Utrū ꝑ illā lucē q̄ dr̄ eſſe
opus prime diei intelligat
ſcriptura lucē corꝑalē vel ſpūalē. Aug.
ponit talē ꝯcluſionē. Illa lux q̄ fuit pro
ducta: prima die nō eſt lux corꝑalis ſed
ſpūalis. pꝫ q᷑ illa lux eſt natura angeli/
ca q̄ ē natura ſpūalis. Aliꝗ ponūt ꝯclu/
ſionē ꝙ illa lux que facta eſt p̄ma die nō
erat ſpūalis ſꝫ mere corꝑalis. Et intelli
git̄ nō ſolū de luce q̄ eſt accn̄s: ſed cū dr̄
fiat lux id eſt corpus lucidum.

Secūdo querit̄. q̄liter
illa lux faciebat diē z noctē. Notādū ꝙ
nox capit̄ q̄druplr̄. ¶ Uno mō ꝓ ſpūs de
monibꝰ vt vult Aug. ſuꝑ Gen̄. ¶ Scđo
mō ꝓ pctō vt dr̄ a nocco ces. q᷑ pctm̄ plꝰ
oibꝰ nocet. Primo mō dr̄ a nictiꝗ qđ eſt
nigrū. ¶ Tercio mō capit̄ ꝓ abſentia il/
lumiatōis ſuꝑ emiſperiū nr̄m. z ſic capi
tur in qōne. Et h̄ mō capit̄ dupl̄r. Uno
mō ꝓ abſentia ſolis. Alio mō ꝓ abſētia
luīs cāti a nube lucida q̄ fuit fcā p̄ma
die. Quarto mō capitur pro tribulati/
one vt dicit gloſa ordina. ſuꝑ p̄mū ps̄.

Tercio q̄rit̄. Utrū lux
ſit corpꝰ vl̄ foīa corꝑis. ¶ Notādū ꝙ du
plex ē lux. ſ. ſpūal̄ z corꝑal̄. Spūalis eſt
duplex. q̄dā eſt icreata q̄ eſt eēntia diuā
dr̄ em̄ puriſſima lux ꝑ p̄uatōꝫ ſeu nega/
tionē cuiuſlibꝫ tenebroſitatꝫ z obſcuri/
tatꝫ z cuiuſlibet paſſibilitatꝫ materie z
cuiuſlibꝫ ignorantie z cuiuſlibꝫ pctōꝝ.
Quedā ē creata lux ſpūal̄ q̄ eſt triplex:
q̄dā eſt eēntialis: q̄dā ꝯſubalis: z q̄dam
accn̄talis. Pria ē natura āgelica. Scđa
eſt potētia intellectiua angl̄i vl̄ hoīs: q᷑
eſt idē eēntialr̄ cū eēntia angl̄i vel aīe.
Tercia eſt oīs intellectio z oīs cognitio
z oīs ſapia z ſcia. Et de iſtis nō ē qđ nec
ad ꝓpoſitū. Lux corꝑal̄ de q̄ eſt ad ꝓpo
ſitū ſic deſcribit̄. Eſt q̄dā q̄litas accn̄ta
lis realr̄ inhērēs corꝑi lucido cāṫiua z ꝓ
ductiua luīs tāq̄ ꝓp̄e ſue ſpēi in corꝑe
dyaphano. ¶ Rn̄ſio ꝙ in iſta. q. duplex
eſt opinio. ¶ Pria ſtat i diſtīctōe iſta ꝙ
duplex eſt corpꝰ ſcꝫ purū z non purum.
Purū corpꝰ eſt qđ non eſt cōpoſitum ex
materia z forma vt ſol: z tunc dicunt ꝙ
tale corpus eſt lux. Aliud eſt corpꝰ non
purū ſcꝫ qđ eſt compoſitū ex materia et
forma: tunc ꝙ tale corpꝰ nō eſt lux. Iſta
opinio eſt falſa ¶ Scđa opinio ponit eti
am diſtinctionē ꝙ lux pōt capi duplici/
ter ſcꝫ in abſtracto vel abſtractiue: vl̄ in
concreto vel concretiue tunc dicūt ꝙ lux
in abſtracto capta eſt forma corꝑis. licꝫ
in concreto eſt corpus.

Quarto querit̄. Utrūꝫ
lux ſit forma ſubſtātialis vel accn̄talis.
¶ Rn̄ſio. ꝙ in. q. duplex eſt opinio. Pri/
ma eſt ſcoti z vera ſcꝫ ꝙ lux eſt accidens
corpori luminoſo ſicut calidum accidit
corpori calido. Iſta ſe habent per ordi/
nem lux luminoſum z luciduꝫ. Lux eſt
qualitas corporis lucidi de tercia ſpe/
cie qualitatis. Lucidū eſt ipſum corpꝰ
habens lucem. Luminoſum eſt ip̄m cor
pus illuminatum.

Quinto q̄ritur Utrum
lumē qđ emittit̄ a corꝑe lumioſo ſit cor
pus an q̄litas corꝑalis. Notandū ꝙ lu/

men diuidit in lumē ſpūale z corporale.
Spūale ē duplex: qđdā increatū aliud
creatū. Lumē increatū eſt duplex qđdā
eſt eſſentiale ſiue eſſentialiter dictū. aliđ
eſt nocionale ſiue nocionalr̄ vel pſonalr̄
dictū. Eſſentialia i diuinis ſūt q̄ dicūt de
tribꝫ pſonis ſilr̄ z ſingillatim Et dicunt
eſſentialia eo ꝙ hn̄t ſilem modū pdican
di cū eēntia q̄ pdicat ſingillatim de ſin/
gulis pſonis in recto z de omnibꝫ ſimul
Nocionalia ꝟo ſiue pſonalia dicunt que
cōia tribus pſonis non ſunt: ſed cōueni/
unt vni ſoli et ad plus duabꝫ pſonis ſicͣ
ſpirare. Lumē ğ increatū eēntiale ē eēn
tia diuina z etiā oia eēntialia et ab h̄ lu/
mine fluit omē lumen creatū ſicut dicit
iacobus vocās ipm p̄rem luminum. Et
capitur pr̄ eēntialiter non nocionaliter
queadmodū in orone dn̄ica. Lumen au
tem nocionale eſt q̄liber pſona diuina et
ita ſunt tria lumia z ſic capit i ſimbolo
niceno: deū đ deo lumē de lumie. Et hec
tria lumina nocionalia ſunt vnū lumen
eēntiale. Et đ vtroqꝫ pōt intelligi illud
ps̄. In lumine tuo videbimꝰ lumē. Lu/
men ſpūale creatū eſt duplex: qđdā ē an
gelicū: aliud eſt aiaſticum. Angelicum
aūt lumen eſt triplex ſcꝫ eſſentiale ꝯſub/
ſtantiale z accn̄tale. Primū eſt ipa eſſen
tia angeli que ꝓpter ſui puritatē caret
opacitate z omi tenebroſitate z paſſibi
litate materie. Inde eſt ꝙ vocat a diony
ſio ſpeculū clarū. Lumen ꝯſubſtantiale
eſt ipe intellectus angelicꝰ Et pro regła
nota ꝙ oīs potētia cognitiua dr̄ lumen
potentiale. Lumē angelicū accidētale ē
duplex ſcꝫ actuale: aliud eſt habituale.
Primum eſt cognitio angeli qua cogno
ſcit aliqđ: vn̄ oīs cognitio p quā vere co
gnoſcit obiectū aliqđ dr̄ lumē accn̄tale.
Lumē ğ angelicū accn̄tale actuale ē du
plex .ſ. btificū q̄ ē clara viſio dei. Aliud
ē nō beatificū z eſt oīs alia vera intelle/
ctio angeli de quocunqꝫ obiecto alio a
deo vel noticia abſtractiua de deo ab in
tuitiua cognitiōe diuina. Lumē aūt ha
bituale angelicū dr̄ eſſe oīs habitꝰ intel/
lectualis exiſtēs in intellectu angelico q̄
determinate vere apphēdit omē intelligi
bile aggeneratus ex actibꝰ freq̄ntatꝫ vł
infuſus a deo vt ſunt ſapia ſcia pruden/
tia. Et oēs iſte diſtinctiones pn̄t dici de
aia pro declaratione luminis aiaſtice.
Lumen corpale accipit dupłr. Uno mō
ꝓ corpe illuminato actu z ſic aer illumi
natus dr̄ lumē et etiā ignis z cādela z h̄
mō vocat Aug. ſolē lucem z ignē. Hoc
mō capiēdo lumē ē ens p accidēs. Alio
mō capit proprie pro quadā forma cor/
poris illuminati per quā formaliter cor
pus dicit luminoſuꝫ. Lumē ğ ſic captū
pōt ſic deſcribi. Eſt quedam q̄litas cor
poralis accidētalis: ſubiectiue in corpe
dyaphano exiſtēs cāta z producta a lu
ce ipaꝫ lucē naturalit̄ repn̄tās tāqꝫ eius
naturalis z exp̄ſſa ſimilitudo et imago.
¶ Rū. ad qōnē. Dicendū ꝙ vera opinio
ſtat i vna diſtinctōe z tribꝰ dictis. ¶ Di
ſtinctio. Lumē vel radius ſolis capitur
dupłr. Uno mō ꝑ aere illumiato ſm li/
neā dyametralē z hoc eſt ſm rectā lineā
vel etiā ſm eius ꝓfunditatē et h̄ mo lu/
men captū eſt corpus. Alio mō capitur
ꝓprie z eſt quedā qualitas accidētalis z
corpalis exiſtēs ſubiectiue in corpe dya
phano z hoc modo lumen non eſt corpꝰ
ſed eſt accidens.

Sexto queritur. Utrū

lumē ſit forma ſubalis vł accn̄tal. ¶ Re
ſolutio. Obmiſſis falſis opinioībꝫ. Pro
ꝟa opinione ſcoti pono. ¶ Prima ꝓpoſi
tio. Q2 lumen eſt quedā qualitas acci/
dentalis reponibilis in tercia ſpecie q̄li
tatis que dicitur paſſibilis qualitas. pꝫ
in diffinitione luminis ſup̄. ¶ Scđa ꝓ/
poſitio. Lumē nō eſt ſolū ſpūaliter ſiue
intentionaliter in medio ſed etiā ꝯcretiu/
ue naturaliter et inheſiue eſt in medio.
pꝫ q2 lumē eſt in aere z eſt accidēs et nō
eſt ſubiectiue in ſole. ergo eſt ſubiectiue
in aere ſiue in medio.

Circa decimam/ quartā diſtinctionē querit̃. Primo. Utrū criſtallinū celum ſit de natura aq̄. Sciendū ꝙ duplex eſt celum ſcʒ ſpūale ꝛ corporale. Spūale eſt duplex ſcʒ increatū. Et ē ipſa trinitas beata de quo dicebat lucifer. Aſcendā in celū ꝛ ero ſimilis altiſſimo. Aliud celū ſpūale ꝛ creatū ē ipſe angelus btūs. Licet natura angelica ante peccatū poſſit dici celū. Unde cū dr̄. In p̄ncipio creauit deus celum. Ibi ſm Aug⁹. capit̃ pro natura angelica. Anima etiā q̄libet exiſtens in grā pōt dici celum ſpūale. ſm illud Celū mihi ſedes ē ꝛ aīa iuſti ſedes eſt ſapie. Uñ etiā. Celi enarrāt gloriā dei. i. apoſtoli. Celū corporale ſm Rabanū eſt ſeptuplex. ſcilicʒ Aereum. Ethereuʒ. Olimpiū. Igneū. Sydereū. Aqueū. Et celū empyreum. Phus autē ſolū locutus ē de octo celis ſiue ſperis de orbibus ſcʒ ſeptē planetarum ꝛ octaua ſcilicet vbi ſunt ſtelle fixe. Theologi autē ponūt cū p̄dictis celum aqueū. i. criſtallinū et empyreū. ¶ Celū criſtallinū de quo eſt ad ꝓpoſitū ſic deſcribitur. Eſt p̄mū mobile qd̄ mouetur vniformiter ab oriente in oriens ꝑ occidens: ꝛ ſuo motu ꝛ ꝟtute ſua rapit ꝛ trahit oēs alios orbes inferiores. Ita ſcʒ ꝙ in vna die naturali reuoluunt̃ ab oriēte in oriēs ꝑ occidens. Corpus ꝑſpicuū carens ſtellis: frigefactiuū ſiue refrigeratiuū. ¶ Notandū ꝙ aqua accipit̃ tripl'r Primo mō capitur pro informi materia que fuit creata cū angelis vt cū dicitur Spūs dn̄i ferebat̃ ſup aquas. ¶ Secundo mō capitur pro aqua tranſparenti et retētiua lumis ꝛ tūc eſt celū criſtallinū Geneſis p̄mo. Diuiſit aquas ab aquis. ¶ Tercio modo capitur pro polo aqueo Uñ ibidē dr̄ ꝯgregent̃ aque in locū vnū ꝛ appareat arida. Reſolutio qōis ſtat i ſequentibꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio. Ponēde ſunt aque corporales ſup celum ſtelliferū patet ꝑ Geñ. i. ¶ Scd̄a ꝓpō. Iſte aque ſuperiores nō ſunt eiuſdeʒ nature cuʒ aquis inferioribꝫ. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Iſte aq̄ q̄ ſunt ſup celos nomīnantur noīe aque ꝑpter ꝓprietatē quam habēt cū aqua elemētari. Habēt eīm ꝑſpicuitatē frigiditatē ꝛ grauitatē. Non ſolū eſt ꝑſpicuū receptiuū lumis ſʒ etiā retentiuū. Uñ rubini probant̃ in aqua de nocte: ꝛ tñ rubinus nō eſt lucidus: et nō eſt illa luminoſitas ex aere. ſʒ ex aqua quā retinet. Rñdeo. Notandū ꝙ ſupra celū ſydereū nullū eſt celum aqueū. Et ad ſcripturā dicunt ꝙ aque q̄ ſupra celum ſunt vocant̃ angeli ꝛ auguſtin⁹ videtur hui⁹ opinionis eſſe dicit ꝙ ille aque ſunt imobiles: debet intelligi de aq̄s ſpiritualibꝫ. Tamē ſcd̄a opinio eſt ꝙ ſuper celū ſydereū ſunt aque ſiue celū criſtallinum de natura aque ꝛ ponit̃ ibi ad refrigerium etheris. Et dicūt licet ille aque nō ſunt fluide ſunt tñ eiuſdē ſpeciei cum aquis inferioribꝫ. ¶ Querit̃ quid ē celū empyreū. Rñdeo. Eſt ſubſtātia corporea prima inter actiuas imobilis: vniformis: ꝑfecte lumioſa a deo creata ꝑpt̃ inhabitationē oim bonoꝝ. Celū ꝓo empyreū eſt vniforme ꝛ q̄lbet eius ps ē lucidior in centuplo ſole. Unde ſicut iuſticia dei equiſſima deputauit loca damnatorum turpiſſima. Ita p̄parauit celum empyreū ꝑpter conſolationē bonoꝝ. ergo celū empyreū eſt corpus nobiliſſimū p̄mū ꝛ maximū inter oīa corpora inanimata ꝛ celeſtia ſm ſe totū lucidū cuius aſtra ſunt angeli ꝛ hoīes beati ꝛ ſol eius eſt agnus dei. De iſto dr̄ Apocal'. Ciuitas illa non indiget ſole ꝛ luna ſed claritas dei illuminabit eam ꝛ agnus.

Querit̃ ſecundo. Utrū

firmamētū ſit eiuſdē nature cū igne elemēto. Notandū ꝙ firmamentū eſt illud celū i quo ſunt ſtelle fixe qd̄ in primaria rerū cōditione poſitū eſt in medio aquarum. Alio mō cōiter pro omnibꝫ orbib⁹

BIBLIOTECA ... VITTORIO EMANUELE

celoꝝ capitur ⁊ de vtroqꝫ eſt ꝙſtio nr̄a. Sciendū ꝙ q̄druplex eſt ignis quidē ꝙ accendit aqua ⁊ extinguit oleo ſicut patꝫ de calce viua. Alius ē vſtiuus ſed nō eſt cōbuſtiuus: moleſtiā ⁊ doloꝛem: ſed non cōſumptionē inferēs. ⁊ talis eſt foꝛte gladius verſatilis poſitus ante paradiſuꝫ terreſtrē. Et poſſet etiā dici ꝙ ignis infernalis eſt hmōi. Ideo aliqui dixerunt ꝙ ignis infernalis nō eſt eiuſdē rōnis cum igne elemēto. nō em̄ lucet ſicut nr̄. Alius eſt ignis ꝙ conficitur aliq̄bus cōfectionibus ⁊ ſi talis ignis eſſet in capillis alicuius illuminaret ſufficiēter comā ſed nullam infert leſionē. Alius ē ignis elementum ⁊ eſt triplex. ſcꝫ carbo. flāma. ⁊ lux. Lux in ſua regione. Si autē eſt in terra ſiue materia terreſtri dicit carbo. Si in aere dī flāma. Ignis autē infernalis eſt carbo. ¶ Rn̄deo. Dicendū ꝙ ſicut ſupꝛadictū eſt: ꝙ celum criſtallinū cenſeri pōt noīe aque qu a aliquā ꝓprietatē eius in ſe habet. Sic eſt in pꝛopoſito ⁊ intelligi pōt ¶ Triplex eſt em̄ ignis pꝛopꝛietas ſicut dictuꝫ eſt de aqua. Una luminoſitas. Altera caliditas. Et tercia leuitas: ꝑ quā mouetur motu qui eſt ſurſum.

Querit tercio. Utrum

in celo ſit ponere dextrū ⁊ ſiniſtrū. Sciendū ꝙ ſunt ſex differētie poſitionū ſiue ſitus. ſcꝫ ſurſuꝫ deoꝛſum. dextrū ſiniſtrū ante ⁊ retro. ¶ Reſolutio q̄ōnis ſtat in ſq̄ntibus ꝓpōnibꝫ. ¶ Pꝛima ꝓpoſitio. Quāuis ſurſum ⁊ deoꝛſum dicāt terminos longitudinis. dextrum ⁊ ſiniſtrū terminos latitudinis. ante ⁊ retro termios ꝓfunditatis. nō tn̄ nomināt illos pꝛeciſe ſed ꝑ cōparationē ad motū. Nam clarū eſt ꝙ in nullo coꝛpoꝛe ponit dextrū ⁊ ſiniſtrum niſi ꝑ cōparationē ad motū ꝓpꝛ ez vel foꝛtioꝛē. Unde quia oēs partes lapidis equaliter ⁊ indifferent mouētur ido non eſt lapidi dextrū ⁊ ſiniſtrum. Item dextrū ⁊ ſiniſtrū poſſunt eſſe in alijs dupliciter. Uno modo ex natura rei. Alio mō per comparatōnē ad aliud. Dextrū ⁊ ſiniſtrū et ſi in aiali ſunt ex natura rei. In alijs rebus eſt dextrū ⁊ ſiniſtrū ꝑ cōparationē ad animal vt dextrū coꝛnu altaris ⁊ ſiniſtrū coꝛnu. Dextrū eſt illa ꝑs aialis a qua incipit motus localis explicatiue ſicut patet qn̄ hō vult ambulare ꝓpus mouet pedē dextrū. ⁊ ſic de quolibꝫ animali perfecto. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Dextrū ⁊ ſiniſtrū non ſunt in celo empyreo: quia dextrū ⁊ ſiniſtrū accipiunt penes ꝯparationē ad motū. ¶ Tercia ꝓpō Q͞ꝛ dextrū ⁊ ſiniſtrū in celis ſoluꝫ eſt in celis vel oꝛbibus mobilibus.

Querit quarto. Utruꝫ

pꝛimū mobile a deo imediate ſit tm̄ aut medāte ꝟtute creata. ¶ Sciendū ꝙ pꝛimum mobile ſm theologos eſt celū criſtallinu ſed ſm phos eſt celū ſtellatum. ¶ Reſolutio q̄onis ſtat in ſequētibꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Pꝛima ꝓpoſitio. In omi opatōne ⁊ effectu ⁊ creatura deus operatur intime ⁊ imediate: patet quia deus eſt intime pꝛ̄ſens ſuo effectui ⁊ ſeipſo opatur. ergo ⁊c̄. Auguſtinus. Uoluntas dei imediate attingit effectuꝫ. ¶ Secunda ꝓpoſitio. In aliquibus operibꝫ deus ſic operatur ꝙ eſt tota cauſa ⁊ nulla ſecunda cauſa ſit cū eo. In alijs autē ſic opatur ꝙ cauſa ſecunda cauſat cū eo. Exemplum pꝛimi: vt in creatōne angeloꝛum ⁊ iuſtificatione impioꝝ. Exemplū ſecūdi vt ignis cū deo pꝛoducit ignem. ¶ Tercia pꝛopoſitio ē. Pꝛima opera que fiunt a ſolo deo dicuntur mirabilia. Alia ꝟo dicuntur voluntaria ſiue naturalia. patet quia iuſtificare impiū eſt mirabile. ¶ Reſolutio queſtionis. Pꝛimū mobile nō mouetur a deo ſolo ſed mouetur a deo ⁊ ab aliqua creatura. Et cōgruum eſt quia ille motus eſt ſucceſſiuus ⁊ hoc poteſt cōpetere creature. ergo congruit ꝙ cum deo creatura moueat ipſum celū ¶ Sciendū ꝙ deum eſſe cauſam immediatam alicuius effectus poteſt intelligi

duplíciter. Uno modo ꝙ deus intime
ꝛ per ſeipſum agat ꝛ producat ipm̄ effe-
ctum. ꝛ ſic deus eſt cauſa cuiuſlibet crea
ture. Hoc etiã modo mouet omnia imo
bilis. Alio modo quia ſe ſolo cauſat et ē
totalis cauſa ꝛ ſic cuiuſlibꝫ effectus pre/
ciſe producte per creationē deus eſt cau
ſa imediate. Et ſic capitur in queſtione
vt anima angelus materia prima ꝛc̄.

Queriť quinto. Utruꝫ

motus celoꝝ ſit a propria forma vel in-
telligentia. ¶ Intelligentia capiť multi
pliciter. Primo modo ꝑ aliqua natura
intellectuali vel rõnali mere ſpūali nata
per ſe exiſtere: ꝛ hec eſt duplex. Quedaꝫ
eſt increata vt deus. ꝛ capitur duplr̄ ſcꝫ
eſſentialr̄ ꝛ ſic deꝰ ē vna intelligētia. Se
cundo nocionalr̄ ꝛ ſic ſunt tres intelligē
tie. Quedã creata. ꝛ eſt duplex. ſcꝫ ange
lica ꝛ aiaſtica. De angelica eſt queſtio.
¶ Reſolutio qōnis ſtat in vna ꝓpoſitio/
ne. ſcꝫ. ¶ Deus mouet celū mediante in-
telligentia creata vel mediante angelo
ꝛ ſunt tot angeli mouentes quot ſunt or
bes. Opinio iſta ē verior ¶ Nota ꝙ mo
tus naturalis diciť qui eſt a ṗncipio in-
trinſeco. motus violentus qui eſt a prin
cipio extrinſeco. Et ſic opinio pħoꝝ di/
centiū Q͛ celi habent aias ꝛ cōponun/
tur ex aniaꝛ corpore ſicut homo. repro
batur tanꝗ heretica.

Queriť ſexto. Utrum

luminaria poſita ſint in eodem corpore
continuo: an in diuerſis. ¶ Reſolutio
queſtionis Cōmunis opinio que funda
tur Geñ. ṗmo. vbi dicitur. Fiant lumi/
naria in firmamēto celi (ꝛ nulla mentio
fit de aliꝭs ſperis) ponit ꝙ omnes orbes
faciūt vnū corpus. Et hec opinio ſtat in
q̄tuor ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. ſm oīm
opinionē tam pħoꝝ naturaliū ꝗ mathe
maticoꝝ aliq̄ lumiaria celi locanť in di/
uerſis orbibꝫ. ¶ Scđa ꝓpō. Diuerſitas
orbiū nō venit ex diſtinctōe formarū ſub
ſtantialiū nec venit ex diſcōtinuatōe ſu/
perficiei ſed venit ex diuerſitate motuū.
Aliq̄ pñt diſtingui tribꝫ modis. ¶ Prio
per ſuas formas ſpecificas. vt hō ꝛ aſinꝰ
¶ Scđo ꝑ diuerſas ſupꝑficies vt duo la-
pides. ¶ Tercio ꝑ diuerſitatē motuū vt
ꝑtes maris cuiꝰ vna pars vadit ad vnã
partē. alia in aliã partē. ¶ Tercia ꝓpō.
Diuerſitas ſola motuū non tollit conti
nuitatem corporis ſubtilis rarefacti ad
motū. patet qꝛ aqua moueť ad oēs diffe
rentias poſitionū ꝛ tñ eſt vnum corpus.
¶ Quarta ꝓpoſitio. Licet luminaria ce-
li ſint poſita in diuerſis orbibus ſunt tñ.
omnia in vno corpore locata quod voca
tur firmamentum.

Queriť ſeptimo. Utrū

luminaria moueanť in orbibꝫ ſuis moti/
bus ꝓpriꝭs. ¶ Duplicia ſunt luminaria
ſcꝫ fixa ꝛ erratica. Oīs planeta eſt ſtella
ꝛ nō ecōtra. de ſtellis fixis nō ē dubium.
¶ Reſolutio ptholomeꝰ dicit. Q͛ firma-
mentū moueť tribꝫ motibꝫ ſcꝫ motu diur
no ab oriente ꝑ occidēs in oriēs: ꝛ hic nō
eſt ꝓprius motꝰ: ſed ē ꝓprius motꝰ ṗmi
mobilis. Moueť ṗterea ſm eū motu ac
ceſſus ꝛ receſſus ſuꝑ ṗma puncta libre ꝛ
arietis ꝛ illo motu complet vnū gradū.
octingētis ãnis. Preterea dicit ꝙ firma/
mentū mouetur motu ꝓprio qui eſt con/
trariꝰ motui diurno ab occidente in ori/
ens ꝛ complet vnū graduꝫ illius motus
in centū annis. Et ſunt trecenti gradus
in circulo zodiaco. Et ſic complet ſuum
circulum in trigintaſex milibus annis.
Secundum aſtrologos planete mouen
ꝓpriꝭs motibus ſcindendo celum: ſicut
auis qui mouetur in aere vel piſcis in
aqua. ¶ Alia opinio eſt philoſophoruꝫ
cum quibus eſt Bonauētura qui dicūt
Q͛ planete non mouētur niſi motu ſuo
rum orbium: Nam non eſt imaginabile
ꝙ ſtelle mouentur in celo ſicut piſcis in
aqua ſcindendo aquam: quia celum nō
poteſt ſcindi nec eſt frangibile.

Queritur octauo. Utrū

conueniat alicui orbi moueri abſqꝫ ſtellis. Notandū ꝙ duplex eſt celū qđ caret ſtellis quoddā quieſcens vt celū empyreū. Aliud eſt mobile ꝛ hoc eſt criſtallinum. Et de iſto ē. qō. ¶ Reſolutio ſtat ī vna ↄcłone q̄ eſt. Qꝛ pter celū ſtellatū oportet ponere vnū celū ſine ſtellis qđ eſt primū mobile. Et hoc pꝫ p rectores ſacre ſcripture.(.moyſen.pphete ꝛ apl'i poſuerunt illud. Et ſi dicas ꝙ ſcriptura non ponit celū aqueū mobile dicendū ꝙ doctores theologi rōne neceſſaria ↄcludūt celū illud eſſe mobile.

Queritur nono. Utrum

na ꝑmiſſione. Nā ſm auguſtinū. Non li
cuit oīmode diabolo temptare hoiem q̄
vellet ⁊ poſſet: q꞉ nō ē ꝑtās ſup terrā q̄ ei
cōparet'. ¶ Scđa ꝯcluſio. Diuina ſapia
q̄ oīa gubernat ꝑmiſit vt diabolus tem-
ptaret hoiem in effigie aīalis bꝛuti non
cuiuſcūꝗ̄ ſed ſerpētis ſicut exigebat cō-
gruētia oꝛdinis ¶ Tercia ꝯcluſio. Tri
plex cōgruentia oꝛdinis exigebat pˀmo
reſpectu operis: q꞉ hō naturalr' inclinat'
ad bonū vt nūc. ḡ ꝯgruū fuit ꝙ tēptaret'
in ſpē bꝛuti aīalis. ¶ Scđo reſpectu fi-
nis intenti: q꞉ diabolus intendebat ho-
minē facere ſimilē bꝛutis cū ꝯtēpto bo-
no incōmutibili adhereret bono cōmu-
tibili ſicut beſtia. ¶ Tercio reſpectu di-
uini iudicij cōgruū fuit q꞉ deus ē pius ⁊
miſericoꝛs ⁊ nō ꝑmittit nos tēptari ſup̄
id qđ poſſumꝰ: ideo noluit ꝙ diabolꝰ ap
pareret in ſpē hūana: ſed ſerpētis vt mo-
nitionē ſerpētis haberet ſuſpectā ḡ ip-
ſe temptauit ſuggeſtione que ſuggeſtio
ſerpit ad coꝛ.

Queritur tercio de tem

ptatione pˀmoꝝ parentū ꝗ̄tū ad oꝛdinē
⁊ ꝓgreſſum. Et dicit ſcꝑtura ꝙ ſerpens
acceſſit ad mulierē quā decepit ⁊ ꝑ mu-
lierē ſupplantauit virū. ¶ Querit' ergo
Utrū iſte modus fuit cōueniens diabo
lice aſtucie ⁊ diuine ꝑmiſſioni. ¶ Reſo-
lutio ſtat in tali ꝯcluſione. Non ē dubi-
tandū quin tēptatio diaboli a muliere
inceperit ⁊ ꝑ eā ꝑuenerit ad virū. Et eſt
duplex ratio. ¶ Prima ſumit' ex ꝑte di-
uine ſapie: q꞉ deus ꝑmiſit ꝓpter triplicē
rōnē. Prima ē ꝓpter viri exercitationē
Scđa ne mulier haberet excuſationem.
Tercia ꝓpter noſtrā eruditionē. ¶ Ex
parte diaboli aſtucie ſumit' etiā triplex
rō. Quia diabolus attendebat mulierē
Minoꝛis ſapie. Debilioꝛis cōſtantie.
Et impoꝛtunioꝛis adherentie.

Querit' quarto. Utrū

carnis ſit tēptare. ¶ Rn̄deo ꝙ tēptatio
fit q̄tuoꝛ modis. ſcꝫ A deo. Ab homine
A diabolo. Et a carne. ¶ Primo modo
tēptat deus ad pꝛobandū ad appꝛoban

dum ꝛ pꝛobatū oſtendere. ¶ Scdo modo ab hoie. Aut ille pulſus pōt eſſe ad pꝛobandū ꝛ ad habenduꝫ experimentū de ignoto. ꝛ ſic hō tēptat hoiem. vñ Ecci. iij. Ex multis loquelis interrogabit te. ¶ Tercio mō a diaboloꝛ eſt tactus quo aliqs tāgit mentē ad pbandū repꝛobandum ꝛ repꝛobatū oſtendenduꝫ. Hec eſt tēptatio diaboli. ¶ Quarto mō a carne ꝛ pōt eſſe pulſus ſic ꝙ pulſans nō intendit pꝛobare nec repꝛobare nec appꝛobare: ſed tñ ad hunc pulſum ſeqtur pbatio appꝛobatio ſiue repꝛobatio. Et hec eſt tēptatio carnis. Seqtur Coꝛrelatiū reſponſiuum ad queſtionē ſcꝫ ꝙ carnis eſt temptare.

Querit̄ quinto. Utrū

cōtingat tēptationē carnis a tēptatione diaboli ſeparí. ¶ Rñdet̄ ꝑ diſtinctioneꝫ ꝙ tēptationē eſſe ab hoſte vel carne pōt intelligi dupl'r. Uno mō tanꝗ̄ a mouente pꝛincipali ꝛ remoto. Alio mō tanꝗ̄ a mouēte pꝛimo. Si loqmur de pmo pono pꝛimū dictū ſcꝫ ꝙ tēptatio carnis nō eſſꝫ ſine tēptatione hoſtis: licet bñ econtra. pꝫ quia ois tēptatio carnis ſeqtur coꝛruptionē ipſi⁹ ad inſtinctū demonis in pmis parentibꝫ. Qꝫ bene econtra pꝫ qꝛ hoſtis bñ temptauit xp̄m. gr̄c. ¶ Secundū dictum. Qñ tēptatio diaboli ad pctm̄ nos trahit tūc tēptatio diaboli et carnis ſe concomitant̄: qꝛ cū conſentim⁹ diabolo tēptanti ducimur per carnē ad delectabilia ſiue ad honoꝛes ſciētias voluptates ſiue diuicias. ꝛ ſic omne pctm̄ mūdi eſt a ꝯcupiſcētia q̄ oꝛitur a carne. ¶ Tercīū dictū. Si loqmur de tēptatione vt eſt a mouente pꝛimo: ſic tēptatio carnis ꝛ hoſtis ſepant̄ ab inuicē nō ſoluꝫ diſtantia foꝛmali ſed etiā diſtantia tempoꝛali. ꝙ diſtātia foꝛmali patet qꝛ caro nō eſt diabolus. Diſtantia tpali ſepant̄ quia vna pōt eē ſine alia: qꝛ hō habens liberū arbitriū pōt peccare abſqꝫ alicuius inſtinctu: vel ſolū ad inſtinctum carnis vł demonis. ¶ Quartū dictū. Temptatio diaboli pōt ſeperari a tēptatione carnis ꝛ econtra.

Querit̄ ſexto. Cui harum

duarū tēptationū ſcꝫ carnis ꝛ diaboli difficilius ſit reſiſtere. ¶ Rñdetur. Diſtinctio eſt ꝙ tēptatōnē eſſe ab hoſte vel carne pōt intelligi dupl'r. Aut reſpectu eiuſdem peti. aut reſpectu diuerſoꝝ peccatoꝝ. Si reſpectu peti carnalis tūc pono Dictū pꝛimū ꝙ reſpectu eiuſdem peccati carnalis vt gule vel luxurie ad qḋ inſtigat caro ꝛ diabolus difficilius ē carni reſiſtere. Hoc mō dicit magiſter in lr̄a ꝙ tēptatio carnis interioꝛ difficilius vincitur: quia nulla peſtis efficacioꝛ ad nocenduꝫ ꝗ̄ familiaris inimicus. ¶ Scdm dictū. Si cōparatio fuit reſpectu diuerſoꝝ peccatoꝝ ſcꝫ carnaliū ꝛ ſpiritualiū tunc habent ſe iſte tēptationes ſicut excedentia ꝛ exceſſa. ¶ Terciū dictum. In illis hominibꝫ q̄ ſunt pꝛoni et inclinati magis ad carnalia ꝗ̄ ad ſpiritualia. difficilius ē reſiſtere pctis carnalibus. ¶ Quartū dictū. In hoibus pꝛonis ad peccata ſpūalia eſt reſiſtere difficilius tēptationi diaboli. vt patet in ſuperbis ꝛ inuidis qui aliqñ parū tēptant̄ de carnalibꝫ. ¶ Quintū dictū. Tēptatio carnis ſimpl'r loquēdo eſt difficilioꝛ ad reſiſtendum. Unde ſcriptum eſt. Omnis caro coꝛruperat viam ſuam. Geneſis octauo.

Querit̄ ſeptimo. Utrū

temptatio carnis ſit ſemper cum culpa. ¶ Reſpondetur ꝙ opinio fere omnium doctoꝛum ꝛ etiam ſancti Bonauēture. in dubijs litteralibus eſt ꝙ temptatio carnis ſemper eſt cum veniali peccato. Tamen iudicio meo iſta opinio eſt nimis rigoꝛoſa et falſa. Ideo dico ꝙ poſſibile eſt. Et quandoqꝫ ſtat ꝙ ſit tēptatio q̄dā carnis q̄ oīno non ſit pctm̄ quia nō eſt in ptāte nr̄a tēptari vel non temptari.

carnis in homie abſq culpa veniali. Et probat nullus peccat in eo qđ vitare nō pōt: ſed hō nūq nō pōt vitare tēptationem carnis. ḡ in illa tēptatione nō ē aliquod pctm̄. maior pꝫ quia nemo peccat niſi libere ꝯſentiat. In neceſſarijs nō eſt pctm̄. minor patet q tēptatio carnis nō eſt in ptāte hois. ḡ. antecedēs pꝫ q multi ſancti ſuſtinent tēptationē carnis cum magna triſticia. Itē omē pctm̄ eſt adeo voluntariū qđ ſi nō eſt voluntariū nō ē pctm̄: ſꝫ tēptatio carnis mltotiēs nō eſt volūtaria. pꝫ in paulo q habuit ſtimulū carnis. Et gregorius dicit ꝙ tēptatio n̄ eſt pctm̄ niſi ei cōſentiat: ſed eſt materia virtutis exercende ſed hō frequēter non cōſentit tēptationi carnis. ḡ ꝛc. Itē illđ ꝑ qđ qs poteſt mereri vitā eternā nō eſt pctm̄ nec veniale nec mortale. quia charitas nō agit perperā ſed ꝑ tēptationem carnis aliquis meretur vitā eternā fortiter reſiſtendo. ḡ vide bonauēturā in prima qōne ſcđi articuli. diſt. xli.

Queritur octauo. Utrū

peccatū ꝑmoꝝ parentū potuerit eſſe veniale. ¶ Rn̄deo ꝗtū ad primā opinionē q eſt ſcoti. ¶ Prima ꝓpoſitio. Licet primū peccatū ade fuit mortale: tn̄ potuit peccare venialit. ¶ Scđa ꝓpō. Lꝫ adā potuit peccare venialit i ſtatu inocētie. nō tn̄ oi pcti gn̄e venial. ¶ Tercia ꝓpō. Duplex ē pctm̄ veniale. Quoddā dr̄ veniale ex genere act⁹. Aliud eſt veniale ex ſurreptione ꝛ pronitate. Exemplū ꝑmi vt verbū ocioſum. riſus diſſolutus. mendaciū iocoſum. Exemplū ſcđi. vt mot⁹ carnales et ſenſuales. ¶ Quarta ꝓpō. Licet adā nō potuit peccare venialit ſecundo genere pcti venialis. potuit tamē peccare venialr ꝑmo genere pcti venial. Prima ps patet. q ſenſualitas omnino erat ſubdita rōni. Scđa ps pꝫ. q potuit dicere vbū ocioſum. ¶ Scđa opinio dicit ꝙ adā in ſtatu innocētie nō potuit peccare venialr: ſꝫ bn̄ mortalr. Pria opinio eſt ſcoti ꝛ modernoꝝ et ſecurior. Et probat quia iuſticia originalis vel ille ſtatus nō magis vniebat hoiem ad deū ꝗ gr̄a in ſtatu nature lapſe: ſed homo ī iſto ſtatu exiſtens in gr̄a peccat venialit ergo ꝛc. Maior pꝫ q ſummū bonū donum dei eſt eius gr̄a. ſm omes doctores pariſieñ. plenarius cōſenſus in pctm̄ veniale non eſt niſi de veniali pctō. ¶ Prima ꝓpō. Omne pctm̄ acciñale eſt deuiatio ab aliqua lege naturali vl diuina vl humana recte poſita. ¶ Scđa ꝓpoſitio Quelibet lex iuſta ꝛ recta habet quādā vim cohercitiā ꝛ coactiuā ꝑ penas patet quia fruſtra eſſet lex q nō poſſet punire trāſgreſſores. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Secundū vnāquāq legē illud pctm̄ vocat mortale: qđ punit mortis pena. illud vocatur veniale qđ punitur pena leuiori: ꝛ vt ſm legem humanā homicidium eſt peccatum mortale. q lex humana punit illud pena mortis. Pena pecuniaria eſt pctm̄ veniale ꝗtum ad legē humanam. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Sicut peccatum mortale eſt deuiatio a lege diuina qua quis meret puniri pena mortis eterne: Ita pctm̄ veniale eſt deuiatio a lege dei qua quis meret pena nō eterna ſed leuiori ꝛ tꝑali. Corrolarium. Quodlibet pctm̄ actuale ſiue mortale ſiue veniale ē contra deum.

Queritur nono. Utrū

peccatū quod ſecutum eſt primo ex illa tēptatione fuerit remiſſibile vel irremiſſibile. ¶ Reſolutio ſtat i iſta ꝯcluſione. Q pctm̄ primi parentis ſimplr fuit remiſſibile ꝛ de facto eſt ſibi remiſſum. ¶ Querit circa hoc q̄re pctm̄ hois ē remiſſibile. ꝛ peccatū angeli fuit irremiſſibile. ¶ Rn̄det ꝙ pctm̄ hois fuit remiſſibile ꝛ nō angeli ꝓpter tres rōnes. ¶ Prima eſt mortalitas carnis. ¶ Secūda eſt vertibilitas voluntatis. ¶ Tercia eſt excuſabilitas trāſgreſſionis quia diabol⁹ nullo ſuggerente peccauit: ꝛ hō ſuggerē-

te diabolo. ideo ⁊c.

Queritur vltimo vtrū qđ ex illa tētatiōe ſubſecutū eſt fuerit grauiſſimū oim pctōꝝ. ¶ Reſolō. q. ſtat in ꝓpoſitionib9. ¶ Prima ꝓpō. Unū pctm̄ pōt dici grauius altero trib9 modis. primo mō ꝓpter maiorē libidinē. ſcđo ꝓpter maiorē ingratitudinē. tercio ꝓpter maiorem corruptionē ſiue leſionē. ¶ Scđa ꝓpō. Peccatū pmi hoīs nō fuit maximū ſimplr nec fuit maximū pctōꝝ oium ꝗ̄tū ad maiorē libidinē. pꝫ qꝛ diabol9 peccauit maiori libidine. Et etiam filij adam ex maiori libidine peccauerūt ꝗ̄ adā. Capit libido pmo ſm Aug. Nihil videm9 in toto malefaciēdi gn̄e niſi libidinē dn̄andi ħ eſt improba voluntas q̄ fuit in diabolo. ¶ Scđo. Libido eſt immoderata delectatio cuiuſlibet delectamenti vt cupiditas vindicte pecunie et honoris. ¶ Tercio capit libido ſtricte ⁊ ſic eſt corruptio viciosa exiſtēs in vi generatiua. ¶ Tercia ꝓpō. Pctm̄ ade non fuit maximū ſimplr ſed ꝗ̄tum ad ingratitudinē: fuit tn̄ maximū oim peccatoꝝ humanoꝝ: qꝛ plura dona acceperat a deo: nō fuit alteri homini ab adam tāta gr̄a facta quāta ade. nō eīm habebat inclinatiuā rebellionē ſicut nos habemus hoc dico ꝓpter xp̄m ⁊ beatā virginē qui habuerūt maiorē graꝫ. ¶ Quarta ꝓpō Peccatū ade ꝗ̄tum ad leſionem vel corruptionē quā fecit qđdāmō fuit grauiſſimū ⁊ qđdāmodo non. ¶ Quinta ꝓpō. Aliqđ peccatū eſſe magis leſiuū alio poteſt intelligi dupliciter. Uno modo intenſiue. Alio modo extēſiue. Intenſiue qn̄ intenſius ledit. Extēſiue qꝛ plurib9 ledit vel nocet. ¶ Sexta ꝓpō. Peccatū ade nō fuit maximū intēſiue. pꝫ qꝛ non maxime corrupit eius volūtatē ⁊ ſm doctores pctōres obſtinati multo grauius modo peccant ꝗ̄ fecerit adā vt blaſphemi ſodomite. Un̄ ſi adā pro illo pctō fuiſſet damnatus nō fuiſſet tm̄ punitus ſicut multi peccatores mō morientes ſm Scotū. ¶ Septima ꝓpō. Peccatū ade ꝗ̄tum ad leſionē extenſiue fuit maximū humanoꝝ peccatoꝝ. pꝫ qꝛ pluribus ledit ⁊ nocuit ꝗ̄ pctm̄ cuiuſlibet hoīs.

Circa viceſimā ſecundā diſtinctionē queritur primo. Utrum mulier peccauit pctō ſupbie. ¶ Reſponſio. q. ſtat in propoſitionib9. ¶ Prima ꝓpō. Principale peccatū hoīs ꝑ qđ homo lapſus eſt ⁊ per qđ deriuatur mors in poſteros fuit peccatum inobediētie. ¶ Scđa ꝓpō. Nemo appetit malū aſpiciēs ſb rōne mali neqꝫ appetit malū niſi ſb ſpē boni. pꝫ qꝛ q̄ aſpicit ſub rōe mali nō appetit ſed fugit. Si hō apprehenderet malū ꝙ euenit ei pro pctō nunꝗ̄ peccaret. ¶ Tercia ꝓpō. Diabolus clare depꝑhendēs ꝙ nō poſſet mulierē ꝓcipitare in peccatū niſi oſtenderet ſibi aliqua delectabilia et appetibilia ꝓpoſuit ſibi illa ad q̄ oīs homo naturaliter inclinatur. ¶ Quarta ꝓpō. Sicut oīs homo naturaliter appetit beatitudinē q̄ eſt bonuꝫ glorioſum copioſum ⁊ delicioſum: ita appetit naturaliter excellentiā ſufficientiam ⁊ leticiā qꝛ tria vltima includuntur in tribus primis. ¶ Quinta ꝓpō. Qꝛ in ordinato appetitu excellentie ſufficientie ⁊ leticie ꝯſiſtit iuſticia ⁊ virtus. Sic in inordinato ⁊ imoderato appetitu illorū triū ꝯſiſtit culpa ⁊ viciū. ¶ Sexta propō. Sicut ſupbia eſt immoderatus appetitus excellentie: ita auaricia ē immoderatus appetitus ſufficientie ⁊ habūdātie: ⁊ gula immoderatus appetit9 cibi ſuauiter reficiētis. ¶ Septima propoſitio. Diabolus volens ꝓcipitare mulierē in culpā ꝓmiſit ſibi tria. Primo dignitatis excellentiā. Scđo cognitionis abundantiā. Tercio experientiā ſiue dulcedinē. ¶ Octaua ꝓpō. Qn̄ mulier ſuggeſtioni diabolice ꝯſenſit iō pmo fuit ſuperba. ſcđo auara. tercio guloſa. qrto

fuit pctō inobis inuoluta. ¶ Nona ppō. Pctm̄ mlieris inchoatū eſt in ſupbia: pgreſſuꝫ in auaricia ⁊ ꝯſummatū i gula. ¶ Correlariū. Supbia fuit p̄mū peccatum mlieris lꝫ non principale. ¶ Decima ppō. Mulier comedēdo de fructu ligni vetiti fuit inordinata q̄ꝫtū ad tres potentias ſcꝫ q̄ꝫtum ad iraſcibilem duꝫ appetijt alta: q̄ꝫtum ad rōnalem dū appetijt ſcientie occulta ⁊ q̄ꝫtum ad concupiſcibilem dū voluit guſtare ſuauiſſima Iſtis tribus generib⁹ peccatoꝝ t̄ētauit diabolus xp̄m lꝫ non eodē modo.

Scdo q̄rit. Utrum qḋ

mulier appetijt vir et iam concupierit. ¶ Rn̄ſio ꝙ lꝫ vir fuerit cōformis in tranſgreſſione p̄cepti diuini non tamē fuit ſibi cōformis in appetibili ⁊ p̄ncipali motiuo. Prima ps patꝫ qꝛ ſm aplm adam non fuit ſeductus nec credidit ſuaſionē ſerpentis eſſe verā nec comedit pomum propter ſcientiaꝫ nec propter ſuauitatē gule. Scda pars ptꝫ quia vterq̄ inobediens fuit. Peccauit etiā vterq̄ ſupbia auaricia ⁊ laſciuia. ¶ Nota ꝙ aliq̇s poteſt deſiderare equalitatē dei dupliciť. Uno mō formaliter vt ille q̇ nullo modo vult ſubijci deo ⁊ ſic nec angelus nec adam deſiderauit equalitatē dei. Alio mō interp̄tatiue ⁊ ſic oīs peccans mortaliter ſe tamen non oſtēdit equalem deo: ſed ſuperiorē inq̄ꝫtum voluntatē ſuam p̄ſupponit volūtati diuine: ⁊ iſto mō angelus et adam appetierūt equalitatem dei ⁊ rapere diuinitatem.

Tercio q̄rit. Quis eorum

grauius peccauit. ¶ Reſolō ſtat in dictis. ¶ Primū dictuꝫ. Unū pctm̄ pōt dici vel eſſe grauius altero trib⁹ modis vt ſ.q.nona.ij.diſtin. ¶ Scdm̄ dictum. Pctm̄ mlieris fuit ḡuius pctō ade q̄ꝫtū ad libidinē. pꝫ qꝛ peccauit ex maiori impba volūtate ⁊ maiori conatu ⁊ ardētiori. ¶ Terciū dictū. Pctm̄ viri fuit ḡui⁹ q̄ꝫtum ad leſionē inq̄ꝫtū cā p̄ncipalis ledēs. ptꝫ qꝛ pctm̄ ade fuit cā tranſitionis pcti originalis ⁊ nō peccatū eue. ptꝫ qꝛ adā accepit ſolus iuſticiā originalē p ſe et ſuis poſteris. Eua habuit p ſe ſola et non p poſteris. Adā recepit immediate a deo. Eua ῧo ab adā intermedio. Auguſtin⁹ dicit ꝙ peccauerūt impari ſexu ſed pari faſtu. ḡ pari pctō dereliquerūt ¶ Reſolō diſtinguo qꝛ eq̄litas pcti pōt capi dupliť. Uno mō q̄ꝫtū ad interiorē affectionē ⁊ ſic nō pari faſtu peccauerūt qꝛ eua inteſius peccauit. Alio mō q̄ꝫtū ad exteriorē actionē ⁊ ſic eq̄li faſtu peccauerūt: qꝛ adā ſilr comedit de fructu ſicut eua. Sꝫ quid fuiſſet factū ſi adā nō peccaſſꝫ mlīre peccāte. Utrum fuiſſem⁹ nati in pctō originali ¶ Rn̄. ꝙ nō. Dico tn̄ ꝙ eua fuiſſet eiecta extra padiſum et de⁹ creaſſet aliā mulierē ⁊ dediſſet ade. ¶ Utrū pctm̄ p̄moꝝ parentū fuerit ex ignorātia. ¶ Rn̄ſio. q. ſtat in iſta diſtinctione. Aliqḋ pctm̄ eē ex ignorātia pōt intelligi dupliť. vno mō p̄prie. alio cōiť. Illud pctm̄ p̄prie fit ex ignorātia qḋ fit et diſtinguiť ꝯ pctm̄ qḋ fit ex induſtria ⁊ malicia ⁊ infirmitate. Illḋ pctm̄ dr̄ eē ex ignorātia cōiter qḋ ꝯmittiť aliq̄ neſciētia exiſtēte circa peccantē rōne cui⁹ peccās nec ꝯſiderat grauitatē culpe nec pene. ¶ Primū dictū. Pctm̄ p̄moꝝ parētū nō potuit eē ex ignorātia p̄prie loq̄ndo. ptꝫ qꝛ ignorātia p̄prie loquēdo ē negatio ſcie cū debito habendi eam: ſed in ſtatu innocētie nō habebāt ignorātiam alicui⁹ qḋ debebāt ſcire. Item hec ignorantia eſt pena inflicta p̄pter pctm̄ p̄morū parentū. ḡ nō fuit in ſtatu innocētie. ¶ Scdm̄ dictū. Pctm̄ p̄moꝝ parentum fuit ex ignorātia cōiter dicta: ptꝫ qꝛ circa ipos erat neſcientia grauitatis culpe et pene.

Quarto querit. Utruꝫ

ignorātia in aliq̄ hoīe poſſit eſſe culpa. ¶ Rn̄. ſtat in ppōnibus. ¶ Prima ppō.

Ignorãtia q̃ nõ eſt ꝑuatio cognitõis neceſſarie ad ſalutẽ nõ eſt culpa nec pctm̃ vt ignorare agriculturã vel artẽ mechanicarũ: ſed q̃ dicit priuationẽ cognitionis ad ſalutẽ neceſſarie manẽte tẽtatiõe in nobis eſt culpa ⁊ pctm̃ in nobis. patꝫ q2 ql̃ibet adultus ſane mentis tenet̃ ſcire neceſſaria ad ſalutẽ ſ3 qñ ds obligat̃ ⁊ tenet̃ eſt mortale peccatum ⁊ nõ excuſat. ¶ Scd̃a ppõ. Ignorantia que dicit priuationẽ cognitionis neceſſarie ad ſalutem nõ remanente tẽtatione non eſt culpa nec pctm̃ in hmõi ignorãtib9 vt in infantib9 vel amẽtibus. Alius modus dicendi ſtat in vna diſtinctione vicꝫ ꝙ triplex eſt ignorantia ſcꝫ erronea: affectata craſſa vel ſupina. Itẽ duplex eſt ignorãtia iuris ⁊ facti. Cognitio ignorãtie pẽdet ex cognitione ſcientie. vide Bonauenturam.

Quinto querit̃. Utrũ

ignorantia ſit culpe excuſatoria. Queſtio eſt de ignorantia Et eſt duplex: quedam inuincibilis: alia eſt vincibilis: inuincibilis eſt reſpectu eorum que non poſſum9 ſcire nec tenemur vt ſcire diem iudicij ⁊ iſta excuſat a peccato. Alia inuincibilis eſt culpabilis vt inebrioſo nec excuſatur. Ignorãtia vincibil' ẽ duplex quedã ẽ iuris. alia facti. Prima eſt eoꝝ operabiliũ que tenemur ſcire ⁊ poſſumus ſcire et hoc in generali. Scd̃a eſt in ſpeciali ſcꝫ eorum opabilium que tenemur ſcire in pticulari. Exemplũ primi vt quis ignorat ꝙ ql̃ibet ſemel tenet̃ confiteri in anno: vel ceſſante legittimo impedimẽto quilibet debet ieiunare q̃drageſimã. Exemplum ſcd̃i: vt cum qs ignorãs ꝙ primũ diem q̃drageſime comedit carnes feria quarta cinerũ. Dico ꝙ ignorãtia affectata nõ excuſat ſed aggrauat pctm̃ De ignorãtia ſupina dicit Aug. licet aliqualiter excuſet culpã nõ tñ ſic excuſat quin eterno igne exurat̃. ¶ Concluſio rñſalis eſt ꝙ omnis ignorantia diminuit peccatum ⁊ rationẽ culpe. patet quia diminuit grauitatẽ culpe ꝙ auferr rõnem voluntariam ſed omnis ignorantia eſt hmõi. quia nihil volitum niſi precognitũ. Intelligendũ tamen ꝙ ignorantia affectata inq̃tum ignorantia excuſat inq̃tum affectata aggrauat. ¶ Queritur vtrum infirmitas magis excuſet q̃ ignorãtia. ¶ Rñſio ꝙ vtraqꝫ excuſat tñ igñatia ſimplr̃ magis excuſat: poſſet tamen eſſe ſm Bonauenturã tanta infirmitas ꝙ magis excuſaret. ¶ Quero vtrũ ebrioſus faciens homicidiũ: facit peccatũ homicidij. Sꝫ nõ cum ſe inebriat: quia tunc non facit homicidiũ. Non etiam cum actu occidit: q2 non vtitur ratione. ergo nullo modo peccat. ¶ Rñ. ꝙ lꝫ nõ vtat̃ rõne pro tũc tamẽ vtebat̃ rõne ⁊ dedit operã rei illicite ſe inebriãdo. Ex hoc ſequit̃ ꝙ loth in cognoſcendo filias excuſat̃ a tanto non a toto. Et dico ꝙ iacob cognoſcẽs lyam excuſat̃ a toto credebat habere rachel: tamen ſm Scotũ non excuſatur a toto.

Circa viceſimam

terciam diſtinctionẽ querit̃ primo. ¶ Utrũ de9 debuit hoiẽ facere inexpugnabilẽ an talẽ ꝙ poſſet expugn̄ri. ¶ Rñſio. De9 nõ debuit facere hoiẽ ipeccabilẽ nec inexpugnabilẽ per grãm. ſꝫ expugnabilẽ ⁊ peccabilẽ: hui9 ratio non põt dari a priori. Nam diuina opatio nõ indiget approbatione nr̃a: ſed volũtas dei eſt ſumma ratio eius operis: poſſunt tamẽ aſſignari aliq̃ perſuaſiones ⁊ congruitates: prima ratio eſt manifeſtatio diuine ſapientie. ſcd̃a diuine potentie. tercia diuine miſericordie: q̃ ad longum ponunt̃ in textu.

Scd̃o querit̃. Utrũ de

buit deus pmittere hominẽ impugnari Iſta q̃o differt ab alia: q2 illa eſt de potentia ⁊ iſta eſt de facto. ¶ Rñſio ſtat in

hac concluſione. Licet deus potuiſſet co
hibere aduerſariū ne hominē impugna
ret: decuit tamen permittere temptari ⁊
ideo ꝯdeſcendere pōt ſiue ex rationibus
alteriꝰ queſtionis. Et pter illas pñt aſ
ſignari quattuoꝛ alie rōnes. ¶ Prima
attendit ex oꝛdine qui eſt ex cōpatione
virtutis ad pꝛopꝛiū actū: quia vtrunqꝫ
permiſit agere qꝺ voluit ſiue hunc ad tē
tandum ſiue illū in ꝯſentiēdo. ¶ Scōa
ratio ſumitur ex oꝛdine qui attenditur
per compatione boni ad ſuū oppoſitū
in q̄ manifeſtanda erat foꝛtitudo ⁊ emi
nentia charitatis. ¶ Tercia ratio ſumi
tur ex oꝛdine qui attendit ex compatio
ne moꝛbi ad remedium: ſic deus debuit
hoīem ꝑmittere peccare: quia decebat
eidem ipm redemptoꝛē ꝑ ſtare. ¶ Quar
ta ratio ſumit ex oꝛdine qui attendit ex
compatione meriti ad pꝛemiū: quia nō
eſt dignꝰ coꝛonari niſi qui legittime cer
tauerit.

Tercio q̄rit. Utrū ten

tatiōis īpulſio debeat deſiderari a viro
iuſto. ¶ Rñſio. Dicendū q ſūt due opi
niones. Pꝛima ſtat in ꝓponibus. ¶ Pꝛi
ma pꝛopoſitio. Triplex eſt tentatio ſcʒ
a deo a diabolo ⁊ a carne. ¶ Scōa pꝛo
poſitio. Tentatio que eſt a deo ſimplici
ter appetenda eſt a viro iuſto. ptʒ quia
oē bonū eſt appetibile ſed tentatio dei
eſt bona quia ipſe intentatoꝛ maloꝝ eſt
ergo ⁊c. ¶ Tercia ꝓpō. Tentatio q̄ eſt
a carne ſimpliciter eſt fugienda ⁊ nō ap
petenda. patet q2 illa non pōt eſſe abſqꝫ
culpa. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Tentatio
que eſt a diabolo aliquibus eſt fugien
da et aliquibus appetenda. ¶ Quinta
pꝛopō. Tentatio a diabolo eſt appeten
da ab his q̄ ſūt foꝛtes in charitate: infer
nus ꝓo minime eſt appetendꝰ. ¶ Sexta
pꝛopoſitio. Licet tentari a diabolo non
ſit malum tamen in tentationem induci
ſemper eſt malum. Dicit durandus q
nulla tentatio pꝛopꝛie capta debet appe
ti: quia tētatio eſt declinatio vel motus
ad illicitū. Scōa opinio ſtat in ſequen
tibus dictis. ¶ Pꝛimum dictū Duplex
eſt tentatio: quedā a diabolo: alia a deo
Tentatio a diabolo ſemper eſt impul
ſus ad aliquod illicitum. Tētatio que
fit cōiter fit per flagella ſiue in pꝛopꝛio
coꝛpoꝛe vel in filijs vel in rebus. Et hoc
modo dicit. Tentauit deus ſanctos ſup
ple permiſſiue et inuenit eos dignos ſe.
De hac tentatione dicit Jacobus. Om
ne gaudiū exiſtimate fratres cum in va
rias tētationes incideritis: pſ. imple fa
cies eoꝛum ignomina ⁊ querēt nomē tu
um domine. ¶ Scōm dictum. Tenta
tio diaboli poteſt capi dupliciter. Uno
modo ſub pꝛopꝛia rōne ⁊ ſm ſe vt ſcʒ eſt
tentatio abſolute. Alio modo vt eſt ma
teria exercēde virtutis. ¶ Tercium di
ctū. Tētatio diaboli ſub ꝓpꝛia ſua rōe
⁊ ſm ſe nullo mō eſt appetenda ſed hoꝛ
renda: patet quia oīs impulſus ad ma
lum eſt fugiendus: ſed tentatio diaboli
eſt hmōi ergo. ¶ Quartū dictum. Ten
tatio diaboli conſiderata vt eſt materia
exercende virtutis. Et ſi poſſet appeti
a viris perfectis non tamen eſt deſiderā
da ab imperfectis infirmis ⁊ debilibus in
charitate. ¶ Quintū dictū. Uiri perfe
cti ⁊ iuſti maxime appetūt illud genus
tentationis qꝺ eſt in flagelloꝝ perpeſſio
ne vt patet de Thobia Job ⁊ martyri
bus ⁊c.

Quarto querit. Utrū

ſi hō ſteriſſet ī ꝯgnitōe, pfeciſſet p tpm in
terualla. ¶ Reſolō ſtat ī ſeqntibꝰ ꝺictꝭ.
¶ Pꝛimū dictum eſt. Q2 pfectꝰ ſcien
tie tripliciter poteſt ꝯſiderari. Uno mo
do ex parte ſcibiliū. Scōo ex parte mo
doꝛum cognoſcēdi. Tercio ex parte ma
ioꝛis habilitationis in cognoſcendo. Il
le pꝛoficit in ſcientia ex parte ſcibilium
qui modo plura ſcit q̄ pus ſciuit. Coꝛ
relarium. Anima chꝛiſti nunq̄ pꝛofecit
ex parte ſcibilium: patet quia non plu

ra ſciuit in plena etate ꝙ̃ ſciuit in vtero matris. ¶ Scd̃m correlariũ. Adam nõ profecit ex parte ſcibiliũ patet quia adã a p̃ncipio cognoſcebat oĩa ſcibilia et hoc loquẽdo de ſcibilibꝫ incõplexis quia nõ fuit res quã nõ cognoſceret; patet quia cognouit deũ ꝛ angelos ꝛ oẽs res corporales quibꝫ noĩa impoſuit. Profectus ex parte modoꝝ cognoſcẽdi eſt qñ aliquis cog̃ſcit pluribꝫ modis cog̃icendi aliquã rem ꝙ̃ p̃us cognouit. ¶ Primũ correlarium. Anima xp̃i ꝛ ipſe xp̃s profecit ex parte modoruꝫ cognoſcendi patet quia eaſdẽ res quas p̃us cognouit abſtractiue poſtea cog̃uit intuitiue ꝛ ꝑ experientiam. ¶ Scd̃m correlariũ. Adam etiaꝫ hoc mõ profecit. Profect⁹ ſcientie ex parte maioris habilitatõnis ꝛ habitus ẽ qñ aliquis intendit habitũ ſcientie quẽ habet. ¶ Primũ dictũ. Xp̃s nõ potuit proficere iudicio meo ꝙ̃tũ ad maiorẽ intenſionẽ habitus vel habituũ infuſorũ ſibi patet quia ſm̃ ſcotũ. Xp̃s habuit oĩnes gratias ꝛ virtutes in ſummo. ¶ Scd̃m dictũ. Triplices ſunt res ſcibiles. Alie ſunt ſcibiles curſu naturali. Alie ſunt ſcibiles q̃ fiũt curſu mirabili. Alie ſunt res ſcibiles q̃ fiunt curſu volũtario. Exemplum primi vt ort⁹ ſolis. riſus hoĩs: deſcẽſus g̃uis. Excẽplũ ſcd̃i vt ſuſcitatio mortui; illũiatio ceci: mũdatio leproſi. Exemplũ tercij vt ſunt actus voluntatis qui ſcꝫ dependent a libero arbitrio. ¶ Terciũ dictuꝫ. In cognitione rerum que fiunt curſu naturali adam nõ profecisset ſi ſteriſſet ꝙ̃tum ad noui habitus acquiſitionẽ; patet quia qñ aĩa ade fuit creata fuit repleta ſpeciebꝫ omniũ reruꝫ ¶ Quartũ dictũ. In cognitione que naturali curſu fiunt adam profeciſſet ſi ſteriſſet ꝙ̃tum ad alium modũ cognoſcendi ꝛ ꝙ̃tum ad maiorẽ habitum ꝛ habilitationem ſciendi. Prima pars patet q̃a illud qd̃ cognoſcebat noticia abſtractiua poſtea nouiſſet intuitiue ꝛ experimẽtaliter. Secunda pars patet quia adã frequenti meditatione ꝛ conſideratione rerum ſemper intendiſſet habitum noticie. ¶ Quintũ dictuꝫ eſt. In cognitione rerum que fiunt curſu voluntario ꝛ admirabili et ſupnaturali ſimpliciter adã potuiſſet proficere ſi ſteriſſet non ſolum ꝙ̃tum ad modũ cognoſcendi ſed etiam ꝙ̃tum ad nouam cognitioneꝫ rei. patet quia nõ potuit ſcire incarnationem filij dei niſi per reuelationẽ nec potuit futura contingentia nec ſecreta cordiũ ſcire. ¶ Sextum dictuꝫ eſt. Cognitio rerum que fiunt curſu mirabili et voluntario nõ repugnat ſtatui beatitudinis nec ſtatui innocentie. Nam multi angeli q̃tidie cognoſcunt que prius non cognoſcebant. Unde apoſtolus. Ut innoteſcat principibꝫ ꝛ poteſtatibꝫ ꝛ virtutib⁹ multiformis ſapientia dei. Gloſa dicit. Ꝯ multi angeloꝝ adiſcerũt per apoſtolos paſſionẽ chriſti quia neſciebant fuiſſe.

Queriť quinto. Utruꝫ

ſi ſteriſſent in ſtatu innocentie aliquãdo decipi potuiſſent. ¶ Reſolutio catholica ſtat in ꝓpõnibꝫ ſequentibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio eſt. Si in ſtatu innocẽtie fuiſſꝫ in homine alicui⁹ neſciẽtie imperfectio tamẽ nulla fuiſſet in eo deceptio. Prima pars patet quia adam habuiſſet neſcientiam de multis puta nõ ſciuiſſet cogitationes vxoris ſue. Secunda pars patet quia iudiciũ rationis eius nõ fuiſſet obliquatus. i. inordinatus. i. nõ iudicaſſet verum falſum ꝛ ecõuerſo. ¶ Secũda ꝓpoſitio eſt. Sicut in adam ĩ ſtatu innocẽtie nulla fuiſſet paſſio corporalis neq̃ ab intrinſeco neq̃ ab extrinſeco: ſic ĩ anima ipſius nulla fuiſſet deceptio intellectualis neq̃ ab extrinſeco neq̃ ab intrinſeco. Prima pars patet quia nunq̃ mortuus fuiſſet nec habuiſſet febres. Secũda pars patet quia nullum malum iudiciũ feciſſet de proximo. Pro p̃mo argumento. ¶ Prima ꝓpõ. Sciendũ ꝙ tam vir ꝙ̃ mulier fuerũt ſeducti licet alio et

alio modo. ¶ Secūda ppō. Licet ſeductio tam eue ꝙ̄ viri pcederet peccatū inobedientie ⁊ ſuperbie in ambobꝫ: tamen ſecuta eſt peccatū pſumptionis. Ideo dico ꝙ primū peccatū pmoꝝ parentū fuit ſuperbia pſumptionis: ⁊ ex illa preſumptione ſecuta eſt pſumptio.

Querit̃ ſexto. Utrum adā cognouerit in ſtatu innocētie eo genere cognitionis quo expectamus deuꝫ cogſcere in ſtatu glorie. ¶ Rñdet̃ pmo ponēdo pambulum ſcꝫ ꝙ oēs doctores dicunt adā habuiſſe cognitionē mediaꝫ inter beatos ⁊ homies viatores. Et opinio catholica ſtat in ſequentibꝫ ppōnibꝫ ¶ Prima ppō eſt. Cognitio ſtatꝰ innocentie media eſt inter cognitionē ſtatus glorie ⁊ cognitionē ſtatus miſerie. Sicut paradiſus terreſtris eſt locus mediꝰ inter vallem hanc miſerie ⁊ paradiſum celeſtem: quia eſt in loco altiſſimo terre vnde aque diluuiȷ̄ nō appropinquerūt. ¶ Scda ppoſitio. Queadmodū paradiſus terreſtris plus ſe tenet cū terra ꝙ̄ cum celo. ſic cognitio ſtatus innocentie plus eſt conformis cognitioni ſtatus miſerie ꝙ̄ cognitioni ſtatus glorie. ¶ Tercia ppoſitio eſt. In ſolo ſtatu glorie videbitur deus immediate ⁊ in ſua ſubſtantia. ita ꝙ nulla erit ibi obſcuritas.
¶ Quarta ppoſitio. Tam in ſtatu innocētie ꝙ̄ in ſtatu nature lapſe videtur deus nō in ſe ſed mediante ſpeculo differenter tamen in vtroqꝫ ſtatu. ¶ Quinta ppoſitio eſt. Licet cognitio ade quā habuiſſet de deo fuiſſet ſpecularis et clara ⁊ nō enigmatica. Noſtra tamē cognitio licet ſit ſpecularis tamen eſt obſcura et enigmatica. Scōm Auguſtinū. Enigma eſt ſimilitudo obſcura. Hec cognitio vel noticia enigmatica eſt fides nr̃a. ¶ Sexta ppoſitio. Quadruplex eſt genus cognoſcendi deū ſcꝫ per fidem: per contemplationē. per apparitionē. et per apertam viſionē. Primꝰ modus eſt communis gratie ⁊ conuenit omnibꝫ chriſtianis. Scōs eſt excellentis gratie. Terciꝰ eſt ſpecialis gratie. Quartus eſt cōſummantis glorie. ¶ Septima ppoſitio eſt Primū genus cognitionis ⁊ vltimū non competebat ſtatui innocentie. Primum ppter perfectionē. Scōm ppter imperfectionem. ¶ Octaua ppoſitio. Duo genera intermedia ſcꝫ ɔtēplationis ⁊ apparitionis poſſunt competere vtriqꝫ ſtatui ſcꝫ innocentie ⁊ miſerie. ¶ Nona propoſitio. Licet genꝰ contemplationis ſit in ſtatu miſerie multo tamē excellentiꝰ viguiſſet in ſtatu innocentie.

Circa vigeſimāquartam diſtinctionē queritur pmo. De adiutorio homini collato per qđ poſſit reſiſtere. ¶ Reſolutio ſtat in tali concluſione. Impoſſibile fuit hominem vel aliquā creaturā rationalem per naturā habere liberum arbitriū inflexibile ad malum: per naturā dico: quia per gratiam aliqua creatura fit inflexibilis ſiue ipeccabilis. Non ꝙ gratia mutet naturā ſed ſunt impeccabiles per gratuitā dei manutenentiā quia deus nō vult eis cooperari in peccatū ſed continue ſuſtentat in bono.

Querit̃ ſecundo. Utrū datum fuerit homini adiutoriuꝫ per qđ poſſet abſqꝫ omni gratia tēptationi reſiſtere. ¶ Reſolutio ſtat in vna diſtinctōe. ¶ Diſtinctio. Aliqđ poſſe reſiſtere temptationi virtute ppria abſqꝫ omni gratia poteſt intelligi dupliciť. Uno modo ita ꝙ excludatur continuatio diuine influentie. Alio modo vt excludatur appoſitio noue gratie. ¶ Prima propoſitio. Impoſſibile eſt ſimpliciter hominē reſiſtere temptatōni diabolice niſi deus ſue bonitatis influentia cōtinua in bono cōſeruaret. patet pma pars qa liberū arbitriū ñ reſiſteret niſi diuina bonitas con

ſeruaret in bonitate. Scda pars patet: quia adam in ſtatu innocentie potuiſſet reſiſtere] abſq noue gratie appoſitione diabolice tēptationi. patet quia adā habuit liberum arbitriū perfectū ſimilr̄ intellectum z voluntatē z nō inclinātes ad malum. Ideo nō eſt ſimile de nobis: z de adā in ſtatu innocētie. q2 in ſtatu illo nulla infirmitas fuiſſet in potentiis aie.

Quertur tercio. Utrū intellectus z affectus ſiue ratio z voluntas ſint potentie diuerſe p eſſentiā. ¶ In anima duplex eſt potentia. Quedā eſt q̄ eſt cognitiua vt intellectus z ratio. Alia eſt affectiua z eſt voluntas. Utrum iſte potentie diſtinguanẜ eſſentialiter z vtrū diſtinguātur realiter ab eſſentia anime ¶ Reſolutio ſtat ī trib9 ſequētib9 ꝓpoſitionibus. ¶ Prima ꝓpoſitio eſt. Potentie anime nō ſunt ita idē ipſi ſubſtantie anime ſicut ſunt idem principia eius intrinſeca z eſſentialia. patet quia quādo aliqd eſt idē alicui ſicē ei9 ꝑncipiū intrinſecū eſſentiale eſt idē cū illo qdditatiue z in ꝑmo modo dicendi p ſe z ab ipſis ꝑncipiis dependet. Hoc dicit Scotus ſub aliis ỽbis ꝙ potentie nō ſunt eiuſdē anime formaliter quia eſſentia anime nō habet intellectū z voluntatē in ꝑmo modo dicendi p ſe. ¶ Scda ꝓpoſitio. Potētie anime non ita ſunt diuerſe nec diſtincte ab ipſa eſſentia anime ꝙ ſint accidentia ſibi inherentia realiter ab ipſa anima diſtincta ſed reducunẜ ad ꝑdicamētū ſubſtantie cū ipſa ſubſtātia anime. Hoc dicit ſcotus ꝙ anima z eius potentie ſunt idem realiter. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Licet intellectus z voluntas et eſſentia anime non ſint diuerſe eſſentie ſimpliciter neq3 diſtinguanẜ eſſentialiter: intellectus tamen z voluntas ſunt diuerſe potentie in genere potētie z iſtius opinionis eſt ſanctus Bonauentura.

Querif quarto Utrum ſuperior portio anime z inferior ſint diuerſe potentie. ¶ Reſolutio qōnis ſtat in ſequentib9 ꝓpoſitionib9. ¶ Prima ꝓpoſitio. Portio ſupior z portio inferior nō ſolū differūt per diuerſos aſpect9 ſed etiā differūt penes diuerſas diſpoſitiões z diuerſa officia. Habēt diuerſas diſpoſitiones: quia ſuperior eſt fortis. inferior debilis. Differunt penes diuerſa officia quia portōnis ſupioris eſt regere: z inferioris eſt regi. Unde ſuperior dicit vir. Inferior mulier. ¶ Scda ꝓpō eſt. Iſta diuerſitas diſpoſitionū in portione ſuperiori z inferiori nō habet ortū ex diuerſitate nature ſicut nec diuerſitas officiorum ꝓuenit ex diuerſitate naturarū ſed magis diuerſitas officiorū prouenit ex diuerſitate diſpoſitionū. ¶ Correlariū In angelo non eſt portio inferior z ſuperior. patet quia non ſolum diuerſitas iſta oritur penes diuerſos aſpectus ſed ſm diſpoſitionē fortiorē et debiliorem que diſpoſitiones nō ſunt in angelo.

Querif quinto. Utrū iſta diuiſio voluntatis per naturalem z deliberatiuā ſint diuerſe potētie. ¶ Reſponſio ſm bonauenturā. Uoluntas naturalis z deliberatiua non ſunt due potentie ſed vna. Et dicif voluntas naturalis vt tendit immutabilr̄ z neceſſario in aliquod bonum vt voluntas que diligit propriam beatitudinē eſt naturalis Uoluntas deliberatiua eſt voluntas q̄ tendit contingenter z mutabiliter in aliquod bonū modo adherendo modo deſerendo vt voluntas in dando elemoſynam. in celebrādo miſſam: z ſtatim poſt nolo. Ex quo ſequitur ꝙ voluntas deliberatiua ſemꝑ eſt reſpectu oppoſitorū. ¶ Correlarium. Uoluntas naturalis inq̄tum naturalis nō eſt actus elicitus ſm ſcotū ſed inclinatio naturalis. Doctores ponunt ſex differentias diuiſionum potentiarum anime primo diſtinguunẜ potentie anie vt diſtinctio eſt in

natura anime: ⁊ ſic eſt diuiſio ꝙ triplex eſt potentia aīe ſcꝫ vegetatiua ſenſitiua et intellectiua. Item etiā eſt alia duplex potentia aīe ſcꝫ affectiua ⁊ intellectiua. ¶ Scōs modꝰ ſumendi diuiſionē potentiarū eſt penes officia ſm ꝙ hn̄t diuerſa officia tal' eſt illa ꝙ aīe duplex ē portio: ſcꝫ ſuperior ⁊ inferior. ¶ Terciꝰ modus ſumit̄ penes diuerſos ſtatꝰ ⁊ ſic dr̄ ꝙ duplex ē intellectꝰ ſcꝫ practicꝰ ⁊ ſpeculatiuꝰ differūt penes ſtatū: qꝛ ſtatꝰ practicꝰ eſt dirigere voluntatē ad debitū opꝰ. Status intellectꝰ ſpeculatiuꝰ ē ꝑ ſe ꝯficere et nō dirigere ad opus. ¶ Quartꝰ modus eſt penes diuerſos aſpectꝰ. Hoc mō magiſter ⁊ auguſtinꝰ diuidūt intellectū in rōnē. intellectū ⁊ intelligētiā. Eſt rō cū aſpicit inferiora. Cū aſpicit eq̄le dr̄ intellectꝰ. Cū intelligit ſuꝑiora ſe dr̄ intelligentia. ¶ Quintꝰ modꝰ ſumit̄ penes diuerſos actꝰ ⁊ ſic dicit boetiꝰ ꝙ intellectꝰ hꝫ duas ꝑtes ſcꝫ inuētiuā ⁊ iudicatiuā ⁊ ideo diuidit nouā logicā in inuētiuā et iudicatiuā ſcꝫ in dialecticā ⁊ demonſtratiuā ¶ Sextꝰ modus ſumit̄ penes diuerſos modos mouēdi ⁊ ſic ē diuiſio voluntatis in naturalē ⁊ deliberatiuā.

Queritur ſexto. vtrum

intellectꝰ agēs ⁊ intellectꝰ poſſibilis ſint vna potentia vel diuerſe. ¶ Reſolutio qōnis ſtat in ſequētibꝫ ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio ē. Qꝫ intellectꝰ agēs ⁊ intellectus poſſibilis nō ſunt penitꝰ vna potentia ⁊ eadē: ſed ſunt due potētie. ¶ Secunda ꝓpoſitio ē. Qꝫ intellectꝰ agens hꝫ magis rōnē potentie habitualis. Intellectus vero poſſibilis ratoinē potentie paſſiue vel receptiue licet vtrūqꝫ reſpicit totū compoſitū dicit̄ habitual' ⁊ actiuus: quia oīs habitꝰ eſt actiuꝰ ſed potētia que dr̄ intellectus agens ē actiua. ꝗ. ¶ Tercia propoſitio eſt. Qꝫ intellectꝰ agens ⁊ intellectus poſſibilis non diſtinguuntur ſicut due nature nec ſicut due ſubſtantie. nec realiter: nec eſſentialiter

Licet ſint due potentie ¶ Scoti opinio in ꝓpoſito eſt duplex. Nam ſm aliquos ſcotiſtas intellectus agens et poſſibilis ſunt due potentie. Et hi diuerſificātur quidē dicunt ꝙ intellectus agens ſolum cauſat omnē intellectionem ſiue ſpecies intelligibiles in intellectu poſſibili: et nihil plus facit ſed poſſibilis receptam ſpeciē intelligit ⁊ eſt illud Ariſtot' ꝙ intellectꝰ agens eſt quo eſt oīa facere. verum eſt qꝫtū ad actū primū. Alij dicunt ꝙ intellectus agens cauſat omnē intellectionē ⁊ poſſibilis recipit omnē ſpeciem intelligibilem tm̄ ⁊ nō intelligit. Alij dicunt ꝙ intellectus agens ⁊ poſſibilis ſolum ꝓducit intellectionē ſeu ſpēs intelligibiles in intellectu poſſibili ⁊ nihil plꝰ facit. Alij dicunt ꝙ intellectus agens ⁊ poſſibilis nō ſūt due potētie nec due nature et nullo mō diſtinguunt̄ nec re nec realitate ſed ſunt idē penitus cum quibus magiſter ſtephanus Brulefer ſtat. ¶ Qualiter pctm̄ per vires anime progreditur ad ꝯſummationē. Et ē qſtio.

Querit̄ ſeptimo. Utrū

in ſuꝑiori parte rōnis habeat eſſe peccatum ſm ſe. ¶ Opinio ſtat in tribꝫ dictis ¶ Primū dictū eſt. Duplicia ſunt peccata ſcꝫ carnalia ⁊ ſpūalia. ¶ Scōm dictū eſt. Nulla peccata carnalia poſſunt eſſe in ſuperiori parte vel portione rationis abſqꝫ inferiori. Ideo de ſe nō peccat peccato carnali. Hoc probat Auguſtinus dicens. Ratio noſtra deduci ad conſenſum peccati non poteſt: niſi cum delectatio fuerit mota in illa parte animi q̄ debet obtemperare rationi: tanqꝫ rectori viro ſuo: ergo nunqꝫ peccat ratio ſuperior niſi peccatum ꝑcedat in parte inferiori. Loquitur de progreſſu in ꝑpetratione peccatorū carnaliuꝫ. ¶ Tercium dictum ē. Peccata mere ſpiritualia poſſunt eſſe in portione ſuperiori ſm ſe ⁊ abſolute abſqꝫ inferioris cooperatione: vt patet in peccato hereſis. Blaſphemie.

Similiter in odio dei. Deus pōt odiri in ſe ſm oēs noiales ⁊ hoc ē grauiſſimū pctm̄ ⁊ ptinet ad portionē ſuperiorē.

Querit̄ octauo. Utrū

in ſupiori portione rōnis poſſit eſſe peccatū veniale. ¶ Opinio vera ē ꝙ in portione ſupiori pt̄ eſſe pctm̄ veniale.

Queritur nono. Utrū

aliqd̄ pctm̄ habeat eſſe in inferiori parte rōnis abſqꝫ ſenſualitate. ¶ Rn̄detur ꝑ quinqꝫ dicta. ¶ Primū dictū eſt. Senſualitas capit̄ dupl'r. Uno mō pro quadam vi q̄ appetit bonū vt nūc. Ubi aduertēdū ꝙ duplex eſt bonū ſcꝫ bonū ſimpliciter ⁊ hoc eſt de⁹. Aliud eſt bonū vt nūc vt bonū creatuꝫ. Hoc mō capiendo ſenſualitatē ipſa nō ſoluꝫ eſt in carne ſed etiā in volūtate. Alio mō capit̄ ſenſualitas ſtricte ⁊ ſic ē q̄dā vis aīe ſenſitiue vt ſenſitiua ē ⁊ ſic viſus audit⁹ guſt⁹ dicuntur opationes ſenſuales. hec non inuenit̄ in parte rōnali. ¶ Scd̄m dictū eſt. Non ꝯtingit pctm̄ eſſe in inferiori parte rōis abſqꝫ motu ſenſualitatis pmo mō dicte pꝫ qꝛ qn̄ voluntas peccat inq̄tuꝫ portio inferior appetit bonū vt nūc. ¶ Terciū dictū eſt. Cōtingit aliqd̄ pctm̄ eſſe in inferiori pte rōnis abſqꝫ ſenſualitate pꝰe dicta ⁊ hoc intelligēdo de pctis ſpūalib⁹ ¶ Quartū dictū eſt. Q⁊ vix aut nūqꝫ ē pctm̄ in inferiori portione loquendo de pctis carnalib⁹ quin etiā ſit pctm̄ in ſenſualitate. pꝫ qꝛ pctm̄ carnale ortū hꝫ a ſenſualitate tanqꝫ a ſerpēte. ¶ Quintū dictū q̄rit. Quid eſt inferiorē portionē rōnis comedere. ¶ Rn̄detur. Portio inferior ratōnis dicitur comedere de cibo vetito non propter delectationē ſenſitiuam ſed quia condelectat̄ appetitui ſenſitiuo ⁊ ꝯſenſit ipſi delectationi. ¶ Correlarium. Incipit tranſire a ſenſualitate ad inferiorē partē rationis cum ipſa ratio incipit condelectari appetitui ſenſitiuo.

Querit̄ decimo. Utrū

ps inferior poſſet peccare mortal'r abſqꝫ ſupiori. ¶ Reſolutio ſtat in ſequentib⁹ ꝓpōnib⁹. ¶ Prima ꝓpoſitio. Poſſibile ē mulierem ſine viro comedere. i. poſſibile eſt inferiorē partē ſine portionē comedere ſine ſupiori potione. ¶ Scd̄a ꝓpō. Impoſſibile eſt portioneꝫ inferiorē ſine viro. i. ſine portione ſupiori pctm̄ mortale cōmittere. ¶ Tercia ꝓpō. Aliud ē pctm̄ mortale cōmittere ⁊ aliud cibū vetitū guſtare. ¶ Scd̄a ꝓpō. Pꝫ qꝛ pctm̄ mortale hꝫ q̄ndā auerſionē a deo ⁊ ꝯtemptum dei: qꝛ q̄ peccat mortaliter peccat ꝯ legē dei ⁊ auertit ſe a lege et ꝑ ꝯſequēs a legiſlatore. ¶ Quarta ꝓpoſitio. In oī tēptatione ad aliqd̄ pctm̄ in q̄ tēptatus delectat̄ eſt talis ꝓgreſſus ꝙ pmo delectabile offertur ſiue pcipitur. Scd̄o delectatio ſentit̄. Tercio ꝯſentitur.

Querit̄ vndecio. Utrū

in ſenſualitate poſſit eſſe pctm̄ veniale. ¶ Rn̄ſio ſtat i iſta diſtictōe ¶ Diſtictio Senſualitas dupl'r pt̄ ꝯſiderari. Uno mō in ſe. Alio mō ꝑ ꝯpationē ad rōnem inq̄tū ſcꝫ eſt ordinabil'a rōneꝫ ſub rōne ¶ Propoſitio ē talis. Q⁊ etſi in ſenſualitate ſm ſe cōſideratā pctm̄ eſſe nō poſſit poteſt tamen in ea eſſe peccatū vt eſt ad rationem ordinata.

Querit̄ duodecio Utrū

in ſenſualitate poſſit eſſe peccatū mortale. Reſolutio ſtat in vna ꝓpōne. ¶ Propoſitio eſt. Q⁊ peccatū mortale nec inq̄tum culpa nec inq̄tū viciuꝫ ponendū eſt in ſenſualitate. Et ratio eſt hui⁹ quia peccatū viciat ⁊ deordinat de ordinatōe ꝑfecta: ſed hec ē in auerſione a deo ⁊ contemptu que ſolum competunt portioni ſuperiori. ergo ⁊c̄. ¶ Correlariū. Omne peccatuꝫ mortale in ratione ponitur ⁊ nullum in ſenſualitate. Et hoc ꝓbant rōnes in oppoſitū ⁊ concedende ſunt.

Tredecimo querit Quanta mora temporis faciat quod erat veniale eſſe mortale. ¶ Rñdeo. Dicendum quod mora temporis quantum eſt de ſe nō facit vt quod prius erat veniale fiat mortale: ſed ſolū occaſionaliter. videlicet quia inducit conſenſum verū vel interpretatiuū. Tūc aūt inducit conſenſum verū quando ex diuturnitate delectationis creſcit libido adeo vt homo velit omnino in vicioꝝ delectatōne perſiſtere et morari. Tūc vero inducit conſenſum interpretatiuū quando homo aduertens periculū delectationis retentē negligit eā reprimere. Hoc enim nō est abſque contemptu ſalutis, propter quod quia diſcrimini ſe exponit. Illa enim delectatio ſubintrat ſicut ſerpens et venena diffundit per quam rōnalis ſpūs interit morte culpe Sicut igitur ſalutē ſuā corporalē negligeret qui ſerpentē iuxta ſe ſcienter collocaret ſic in tali delectatione auertēs periculum vel debens auertere voluntarie perſtatur: exponit ſe diſcrimini quando negligit repellere et pro tanto dicit magiſter ipm peccare mortaliter.

Circa viceſimam quintā diſtinctionē queritur primo. ¶ Utrū liberū arbitriū ſit in ſolis habētibus rōnē: an etiā ſit in brutis aialibus. ¶ Rñſio eſt quod liberū arbitriū nō reperitur nec reperiri pōt in brutis: ſed ſolū in naturis rationalibus et in oibus illis reperitur ſcilicet in deo in angelis in hoibus et in aiabus ſepatis. Prima rō ſumitur ex parte libertatis. Scōa ex parte arbitratōis. Rō prima in octo dictis ſequētibus ſtat. ¶ Primū dictū eſt. Quod libertas opponitur ſeruituti. Illa ſola potentia dicitur libera que dominiū habet plenū tam rōne obiecti quam rōne actus proprij. ¶ Scōm dictū eſt. Illa potentia dicitur habere dominiū ex libertate reſpectu obiecti que nō eſt artata ad aliquod genus appetibilis: ſed ipſa eſt nata appetere oia appetibilia et fugere oia fugibilia. ¶ Terciū dictum eſt. Tria in genere ſunt appetibilia ſcilicet bonū honeſtū. bonū cōferens ſiue vtile. et bonū delectabile. Et mala his cōtraria ſunt fugibilia ſcilicet malū inhoneſtum inutile et triſtabile. ¶ Quartū dictum eſt. Licet bonū vtile et delectabile nata ſint appeti a brutis bonū tamen honeſtum a ſolis rōnalibus natum eſt appeti. ¶ Quintū dictū eſt. In ſolis ſubſtantijs rōnalibus reperitur virtus habēs perfectā libertatē reſpectu obiecti. ¶ Sextū dictū eſt. In ſolis ſubſtātijs rōnalibus reperitur virtus habens perfectā libertatem reſpectu actus proprij. ¶ Septimū dictū eſt. Uoluntas in ſubſtātijs rōnalibus nō ſolū compeſcit et refrenat manū vel pedē ſed etiā ſeipſam et odit quod naturaliter diligit vel ecōtra ex proprio imperio. ¶ Octauū dictū eſt. In brutis animalibus licet ſit aliquo modo reperiri dominiū reſpectu actus exterioꝝ nunquam tamen eſt dñiū reſpectu actus interioꝝ. patet quia canis cohibetur virga ne comedat carnes quamuis nō poſſit cohiberi eius appetitus quin velit et appetat. ¶ Scōa ratio ex parte arbitrationis pro cuius declaratione ponuntur propoſitōnes. ¶ Prima propoſitio. Quod liberū arbitriū eſt iudicium ad cuius nutū cetere virtutes mouentur et obediunt. ¶ Secūda propoſitio Iudicare eſt illius ſolius potētie ſecundum rationē completam cuius eſt diſcernere quid iuſtū quid iniuſtū. quid honeſtū quid inhoneſtum. ¶ Tercia propoſitio. Nulla potentia nouit quid iuſtum et iniuſtum honeſtum et inhoneſtū niſi ſola potentia que intellectiua eſt.

Queritur ſecundo. Utrū liberum arbitriū ſit potentia diſtincta contra rationē et voluntatē. ¶ Reſolutio ſtat in iſta que eſt vera opinio. ¶ Prima propoſitio. Sicut mens accipitur dupliciter cōmuniter et proprie. Ita liberū arbitrium accipitur dupliciter ſcilicet cōiter et proprie ¶ Ubi ſciendū quod mens vel pōt dici ab eminēdo et ſic includit tres potentias in quibus eſt imago dei. vel mens dicitur a memi

niſti ꝛ ſic accipit̃ ꝑprie ꝛ dicit vnā illarū
potentiarū ſcꝫ ipſam memoꝛiam. Unde
Aug⁹. in. xiiij. de trinitate dicit qḋ ima
go dei eſt mens noticia ꝛ amoꝛ. Sic pa/
riformiter liberū arbitriuꝫ cōiter ē ipſe
intellectus ꝛ voluntas. Alio modo capi
tur ꝑprie ꝛ ſic dicunt liberū arbitriū eē
terciā potentiā diſtinctā ab intellectu ꝛ
voluntate. ¶ Scḋa ꝑpō. Liberū arbi/
triū eſt virtus ſeu potentia aie diſtincta
ↄtra intellectū ꝛ voluntatē imperās in/
tellectui et voluntati ꝛ vtrūqꝫ regens et
mouens cui⁹ actus nō eſt diſcernere nec
velle. ſed eſt quidā actus reflexus ſuper
velle ꝛ diſcernere. ¶ Tercia propō. Iſte
actus quo quis vult diſcernere aliqḋ et
vult ſe velle eſt ꝑprius actus liberi arbi
trij vt diſtinguit̃ contra voluntatē ꝛ ra/
tionē qui eſt ꝑmus tam ad diſcernere qꝫ
ad velle. ¶ Quarta ꝑpoſitio. Ex parte
potentiarū motiuarū aie in iſtis tribus
potentijs ſcꝫ rōne voluntate ꝛ libero ar/
bitrio conſiſtit quedā imago trinitatis
increate. patet quia. Ratio repſentat fi/
lium ꝛ voluntas ſpm̄ſanctū ꝛ liberū ar/
bitrium patrē. Et ſicut pr̄ eſt principiū
totius productionis. Ita liberum arbi
triū ꝑductiuū toti⁹ effect⁹. Bona ↄclō.

Querit̃ tercio. Utrum

liberū arbitriū cōplectat̃ ſimul rōnem ꝛ
voluntatē. ¶ Rn̄deo. Notandū ꝙ liberꝫ
arbitriū ſimul compꝛhendit ꝛ rōnē ꝛ vo/
luntatē. Et hoc nō ſolū manifeſtat ipſa
noiatio ſed etiā ipa notificatio ꝛ ſue pro
prietatis inquiſitio. Nomiatio manife/
ſtat dicit̃ eñ liberū ꝛ dr̄ arbitriū: ꝛ arbi/
triū eſt ipſi⁹ rōnis. libertas vero ipſius
volūtatis ad cui⁹ nutū ꝛ imperiū: moue
ri habēt cetera q̄ ſunt in nobis ꝛ hoc eſt
ꝙ dicit Aug⁹. Liberū dr̄ ab arbitrando
quia a rōnali parte qḋ eligat qḋue recu/
ſet nomē accepit. Hoc etiā ꝑ eius notifi
cationē patet. dicit̃ eñ eſſe facultas ra/
tionis ꝛ voluntatis ſiue ↄſenſus rōnis ꝛ
voluntatis. Poſtremo manifeſtat̃ ꝑ ſue
ꝑprietatꝫ inqſitionē li. eñ ar. ſiue noiet ha
bitū ſiue potētiā noiat ipſaꝫ potentiā vt
dominā vl̃ dn̄iū illi⁹ potētie ꝛ hꝫ planū ē
ex ipſo noie libertatis ꝛ pꝫ ꝙ complectit̃
rōnē ꝛ voluntatē. Et ꝙ liberū arbitriū
ſit quedā ptās ſiue quoddā dominiū re/
ſultans ex ↄiunctione iſtarum duarū po
tentiarū ſcꝫ rōnis ꝛ volūtatis qḋ optime
noiatur ꝑ hoc ꝙ dr̄ liberū arbitriū non
vno noie ſed cōpoſito vt vnū nomen. re/
ſpondeat rōni ꝛ alterū voluntati.

Querit̃ quarto. Utrū

liberū arbitriū complectat̃ rōnem ꝛ vo/
luntatē per modū potentie an ꝑ moduꝫ
habit⁹. Potentia vt hic capit̃ eſt illud
quo poſſumus exire in actum. Habitus
vt hic capit̃ eſt quedā habilitas vel faci
litas qua potentia prompte et faciliter
exit in actū ſuū. Differunt quia habens
potentiā ꝛ non habens habitū pōt exire
in actū ſuū: ſed nō faciliter. Habens au
tem habitū exit faciliter in actum ſuuꝫ.
Itē differunt quia potentie ꝑprie ſemꝑ
ſunt cōſubſtātiales ꝛ ſunt idē p̄rice cum
eo cui⁹ ē potētia. Habit⁹ vo aliqñ diſtin
guit̃ ꝛ ſeꝑatur qꝛ acqrunt̃ per exercitiū.
Ideo habitus eſt accidens. Reſolutio
vt ſupꝛa penultimo argumēto.

Querit̃ quinto. Utrū

liberū arbitriū addat aliquid ſuꝑ rōnē
ꝛ voluntatē. ¶ Reſolutio patet quia il/
lud nō includit additionē alicui⁹ quali
tatis noue ſuper rationē: ſed ſolū conco
mitantiam voluntatis: quoniā ſine vo/
luntate: ratio libera nō eſſet vel econuer
ſo. Si autem iſte due potentie ponantur
in aliquo quantūcunqꝫ nude: neceſſe eſt
ponere in eo arbitrij libertatē: ꝛ ſic pla/
nium eſt ꝙ liberum arbitrium et ſi dicat
habitum complectentē rationem ꝛ vo/
luntatem: non tamen dicit habitum acci
dentalem ſicut gratia vel virtus: immo
potius dicit illarum duarū potentiarū
dominiuꝫ naturale reſpectu eius actus

qui eſt eligere ſiue ꝯſentire. Et ꝓpterea
ſcti magis vocant liberi arbitriȷ̄ faculta
tem: vel ptātē ꝙ̄ vocent habitu oſtēden
tes differentiā eius ad alios habit⁹ aie.

Queritur ſexto. Utrū

liberū arbitriuꝫ ſit habit⁹ ſiue facultas
reſidens penes rōnē ꝛ voluntatē coniun
ctim vł penes quā iſtarū potētiarū pnci
palius nobis inſit. i. Utrū ſit eq̄liter in
oibꝫ in q̄bꝫ eſt. ¶ Rñſio dicendū ꝙ cū li
beri arbitriȷ̄ facultas ſiue dominiuꝫ cx q̄
reddit potētia facit: nō ſolū ad mouēdū
ſed etiā ad mouēdū ſeipſam ſicut rō mo
uendi ſe inchoat in rōne ꝛ ꝯſumat in vo
luntate ſic arbitriȷ̄ libertas reſidet pe
nes rōnē ꝛ voluntatē: ita ꝙ in vna illarū
potentiarū inchoat ꝛ in alia ꝯſumatur.
Ideo autē dico motū inchoari in rōne:
qꝛ non mouet appetit⁹. i. voluntas: niſi
pambulo cogitatu. neq̄ꝙ̄ eīn̄ poſſum⁹
amare niſi cognoſcam⁹: et ideo ad hoc ꝙ
motus fiat pꝛeit cognitio diſponens et
ſubſeq̄tur voluntas ꝑficiens: ꝙ̄tūcunꝙ̄
eīn̄ p̄cedat cogitat⁹. i. recta rō nūꝙ̄ mo
tus ſeq̄tur niſi ipm̄ impet volūtatis affe
ctio: ꝛ ſicut volūtas nō hꝫ moueri ad ob
iectū in acceptando vel refrenādo illud:
niſi p̄ambulo cogitatu: ſic etiā nō hꝫ ap
probare vel reſpuere ſiue eligere ꝛ refre
nare actū ꝓpriū niſi rōnis act⁹ p̄cedat q̄
ipm̄ dictet eſſe bonū vel malū ꝑficiendū
vel refrenandū. ex tali eīn̄ actu p̄ambulo
volūtas in actu ſuo incipit complacere
vel diſplicere. Et ſic pꝫ ꝙ libertas arbi
triȷ̄ ſiue facultas q̄ dicit liberū arbitriū
in rōne inchoat ꝛ in volūtate ꝯſumatur

Querit ſeptimo. Utrū

in omnibꝫ in q̄bus eſt liberū arbitriū ſit
equaliter aut ſm̄ magis aut min⁹: q̄rit
de libero arbitrio ꝑ cōparationē ad ſub
iectum. ¶ Rñdeo. Dicendū ꝙ in libero
arbitrio intellectu tria claudunt videli
cet a coactione imunitas. excellentie di
gnitas. ꝛ ptās ſiue facultas. Quātū ad
p̄mū liberū arbitriū in omnibꝫ in q̄bus
eſt eq̄liter ſe habꝫ ſicut dicit Bernard⁹
in libro d̄ libero arbitrio. Manet liber
tas voluntatis tam plena in bonis ꝙ̄ in
malis: ſed in bonis ordinatior: tam inte
gra q̄ꝫ ſuo mō in creatore ꝙ̄ in creatu
ra: pro eo ꝙ in om̄i in q̄ ponit ſimplr̄ et
vniuerſalr̄ oēm excludit coactionē. Et
ꝓpterea dicit bernardus ꝙ ita plena eſt
arbitriȷ̄ libertas in creatura ſuo modo:
ſicut in creatore. ¶ Quātū ad ſcōm ſcꝫ
excellentie dignitatē eſt eq̄liter in cōpa
tione creaturarū adinuicē ꝛ ineq̄liter in
compatione creaturarū ad creatorē. Di
gnitas eīn̄ liberi arbitriȷ̄ increati ſupex
cellit omnem dignitatem liberi arbitriȷ̄
creati. qꝛ illa eſt dignitas ſumma: ꝛ om
nis dignitas creata eſt dignitas infra il
lam: ꝛ propter illam. et ſic ineq̄lis eſt in
libertate arbitriȷ̄ ꝙ̄tū ad dignitatē ꝓut
conſideratur in creaturis et creatore.
¶ Quātū ad tercium. ſcꝫ facultatē aut
ſeruande iuſticie poteſtatē: ſic ineq̄litas
repitur non ſolū in creaturis ꝛ creatore
ſed etiā in creaturis cōpatis ad inuiceꝫ
Una eīn̄ creatura multo potentior ē ꝙ̄
altera in rectitudine ſeruāda ſicut bea
ta: ꝙ̄ miſera. Et ſic pꝫ rñſio ad p̄dicta.
De liberi arbitriȷ̄ ꝑ ꝯpatione ad actum

Querit octauo. Utrū

ſit actuū contingentiū ꝛ neceſſariorū an
ꝯtingētiū tm̄. ¶ Rñdeo. Dicendū ꝙ in
libero arbitrio ē ꝯſiderare. i. actu volen
di et ipm̄ volitū. Et inꝙ̄tū liberū arbi
trium eſt deliberans neceſſe eſt ꝙ contin
gentia ſit circa vtrūꝙ̄ iſtoruꝫ: vel circa
alterum. Circa alterū vt cum quis deli
berat vtrū debeat ſibi placere vel diſpli
cere malū q̄d fecit: vel vtrū debeat con
ſentire vel diſſentire appetitui naturalr̄
inſerto: vtpote appetitui beatitudinis.
Circa vtrūꝙ̄ vt cū quis delibrat vtrū
velit intrare religionē vel diligere inimi
cum. Sic igitur actus liberi arbitriȷ̄ de
liberantis ꝙ̄uis poſſit eſſe circa neceſſa
rium: ſemꝑ eſt contingens: actus vero li

beri arbitrij vt liberū eſt non ſolū poteſt
eſſe circa neceſſariū: ſed etiā neceſſari⁹ in
ſe: z per h̄ pz̄ rñſio ad ꝓpoſitā qōnem.

Nono querit. Utrū li-

beruz arbitriū ſm ꝙ liberū eſt poſſit in
malū: hoc eſt q̄rere. Utrū malū ſit in ob
iectum. ¶ Rñſio ſtat in ꝓpoſitionibus.
¶ Pria ꝓpō. Liberū arbitriū pōt capi
duplr̄. Uno mō gn̄aliter z cōiter. Alio
mō ſpāliter z ſtricte. Primo mō liberuz
arbitriū eſt cōe oibus deo angelis z hoi
bus. Scdo mō liberū arbitriū ſolū ca/
pit in creatura. ¶ Scda ꝓpō. Obiectū
liberi arbitrij gn̄aliter z cōiter capti eſt
iſtud bonū z equū ſiue iuſtū et non ipm
malū. ¶ Tercia ꝓpō. Obiectū capit ibi
pro eo vt ad h̄ intendit potēcia vl' qđ fa
cit potēcia: z nō accipit vt pro eo qđ re/
ſpuit vl' deteſtat malū qz etiā deus dete
ſtatur malū. ¶ Quarta ꝓpō. Liberū ar
bitriū creatū ſiue ſpāliter captū in q̄tū
eſt liberū natū eſt exire ſolū in actū eq̄/
tatis ſuſceptibilē z eq̄tate informatū. pz
qz non eſt potēcia niſi potēs ſeruare re/
ctitudinē. ¶ Correlariū. Liberū arbi/
triū in q̄tū liberū non pōt exire in actuz
iniquū. ¶ Quinta ꝓpō. Liberū arbitri
um creatū ſiue ſpāliter in q̄tuz deficiēs
exit in actū deformatū z malū tā mora/
liter q̄ȝ demeritoriū. ¶ Sexta ꝓpō. Li/
cet malicia nō ſit obiectū liberi arbitrij
ſiue a libero arbitrio ſm ꝙ liberū ē ſen/
ſus deficiens: actus autē ubſtratus exit
a libero arbitrio ſm ꝙ liberū eſt in quo
libet pctō cōmiſſionis. Duo ibidē ſunt
ſcz actus ſubſtratus malicie et ipſa ma/
licia formaliter: vt volo fornicare. Iſte
actus volendi eſt act⁹ ſubſtrat⁹ et ē ibi
malicia formalis q̄ eſt quedā diſcordia
a volūtate diuina: z iſta diſcordia dī pri
uatio cōcordie: z iſta ꝑuatio eſt ſp̄ pctm̄
Et hoc eſt qđ dicit ſine ipō factū ē nihil
id eſt diſcordia priuationis.

Decimo querit. Utrū

liberū arbitriū ab aliquo agente creato
poſſit cogi. ¶ Reſolutio. q. ſtat in ꝓpo/
ſitionib;. ¶ Prima ꝓpō. Duplex ē act⁹
liberi arbitrij: vnus exterior: ali⁹ interi/
or ſiue ꝓprius ſiue alien⁹. Actus interi
or liberi arbitrij eſt velle z vocat a ſcoto
actus elicitus: z de iſto iudicat ſol⁹ de⁹:
ideo dr̄ interior. Exterior ſiue alien⁹ eſt
actus aliarū potētiarū quib; voluntas
impat vt pedib⁹ vt ambulent. ¶ Scda
ꝓpō eſt. Qz in actibus exteriorib; libe/
ri arbitrij pōt interuenire ſimplr̄ coactio
pz qz aliq̄s p̄t cōpelli ꝯtra cōſenſum vt
flectat genua corā idolis. ¶ Tercia pro
poſitio. Liberū arbitriū q̄tū ad actuz
interiorē q̄ eſt velle eligere vel ꝯſentire
non pōt cogi ſimplr̄. pz ꝑ Bern̄. Clarū
eſt etiā qz liberū arbitriū de rōne ſua in
cludit immutabilitatē ab oī coactione:
ideo non pōt cogi. ¶ Quarta ꝓpō. Tā
tā dignitatē habet liberū arbitriū nr̄m
vt in q̄tum liberū arbitriū nulli agenti
creato ſubijciat: ſed ſoli deo. Ex hoc ſeq̄/
tur ꝙ immenſas gr̄arū actiones debem⁹
referre dō nr̄o de tanta dignitate nobis
data. ¶ Quinta ꝓpō. Liberū arbitriuz
pōt induci ad ꝯſentiendū in aliquid taz
ꝑ blādicias q̄ȝ etiā ꝑ minas z tormēta.
¶ Sexta ꝓpō. Iſta inductio q̄ pōt indu
ci liberū arbitriū nr̄m pōt ſimplr̄ impe
diri ne exeat in actū ꝓpter ꝯiūctionē ſui
ad corp⁹. ¶ Septima ꝓpō. Impeditio
liberi arbitrij tollit ſimplr̄ vſum liberi
arbitrij nō tamē talis impeditio z liga/
tio eſt coactio liberi arbitrij qz coactio
ponit actum nolitū. ¶ Octaua ꝓpō. Li
cet liberum arbitriū poſſet induci ad cō
ſentiendū in aliq̄d: etiam poſſet impedi/
ri ab aliquo creato: nullum tamē agēs
creatum pōt ipſum cogere ſimpliciter.
¶ Nona ꝓpoſitio. Nullus metus poteſt
cōpellere aliquez ad peccatum mortale
ſm rectam rōnem propter quācunq̄ȝ pe/
nam vitandā: quia non eſt tam mala pe
na ſiue tempalis ſiue eternalis: ſicut pe
na peccati mortalis. Mors corporalis:

mutilatio enormis: ſtuprum ⁊ ſeruitus.
Iſta q̄tuor cadūt in conſtantē virū .i.
virtuoſū. Ex hoc ſequit᷑ q̄ metus pcti
mortalis nō eſt inconſtantē virū qꝛ pro
annihilatione oīm creaturarū nō debe-
mus deū offendere mortaliter.

Undecimo q̄rit᷑. Utrū
liberū arbitriū poſſit cogi a deo. Deus
dr̄ primū mouēs immobile. Rn̄ſio ſtat
in ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. Liberū
arbitrium poſſe cogi a deo pōt intelligi
dupl'r. Uno mō auferendo libertatē ab
eo ⁊ ſuperinducēdo coactionē. Alio mō
pōt intelligi manēte libertate eiꝰ ⁊ ſal-
ua natura libertatis eiꝰ. ¶ Scđa ꝓpō.
Qꝛ deꝰ ex immēſitate ſue potētie pt co-
gere liberū arbitriū libertatē auferēdo
ab eo ⁊ ſupinducēdo coactionē: quia co-
actio non repugnat libero arbitrio niſi
rōne libertatis: ḡ auferendo libertatē h̄
mō nihil repugnat ſupinduci coactōez.
Itē deꝰ poteſt facere quicq̄d eſt impoſſi-
bile ⁊c̄. ¶ Tercia ꝓpō. Cū liberū arbi-
trium manēte libertate in eo ſimplr̄ co-
gi nedum ſit impoſſibile: verūetiam in-
telligibile: ſed nō deus nō pōt cogere li-
berum arbitriū. ¶ Quarta propoſitio.
Liberum arbitriū manens liberū ſim-
pliciter cogi īplicat in ſe duo contradi-
ctoria oppoſita. ¶ Quinta propoſitio.
Cum impoſſibile ſit qđ intra ſe claudit
vtranq̄ partē ɔtradictionis: non tamē
eſt impoſſibile creature verūetiam crea-
trici eſſentie: quia deus non poteſt ſim-
pliciter cogere liberū arbitriū. ¶ Pro-
batur. quia ſi rationale auferat᷑ ab hoīe
tolletur homo. cū ergo libertas ſit de eſ-
ſentia liberi arbitrij: ergo nō poteſt eſſe
ſine eo. quia eſt de quidditate alicuiꝰ ſi-
ne quo illud non pōt intelligi. ſed liber-
tas eſt de eſſentia liberi arbitrij. ergo ⁊c̄.
¶ Primū dictū eſt. Qꝛ differt dicere vo-
luntatē induci ab aliquo voluntatē mu-
tari ⁊ voluntatē cogi ab aliquo. ¶ Se-
cundū dictum. Qꝛ licet volūtas noſtra
poſſit induci ab agēte creato ⁊ a ſolo ta-
men deo poſſit immutari a nullo tamē
neq̄ a deo neq̄ ab angelo neq̄ ab homi-
ne aliquo poteſt cogi. De comparatiōe
ad corpus coniunctum.

deus nō pōt cogere liberum arbitrium

Duodecimo queritur.
¶ Utrū liberū arbitriū ꝓpter ineptitu-
dinē corporis ligari habeat q̄tum ad
vſum. ¶ Rn̄ſio q̄ experientia hoc plane
docet qđ ligatur in puulis ⁊ dormienti-
bus ⁊ furioſis. ¶ Utrū pollutio noctur-
na ſit peccatū. ¶ Rn̄ſio ſtat in ꝓpōnibꝫ.
¶ Prima propoſitio. Nulla pollutio in-
choata et perfecta in ſomnis eſt pecca-
tum mortale: quia nullū peccatuꝫ mor-
tale eſt actuale niſi ſit voluntariū cū eti-
am nullus poteſt peccare mortaliter ni-
ſi habeat vſuꝫ liberi arbitrij. ſed in ſom-
no q̄diu eſt in ſomno non habet vſum
liberi arbitrij: ⁊ dicitur inchoata qꝛ ali-
quis poſſet habere cogitationē immun-
dam qua vigente poſſet labi in ſomno ⁊
tunc illa radix mala eſſet. ¶ Scđa ꝓpō.
Pollutio corporalis in ſomnis pōt contin-
gere nedū abſq̄ pctō mortali: ſed etiam
cū magno merito: qꝛ aliquando ꝓuenit
ex arcta abſtinentia. ergo licet illa pol-
lutio nō ſit meritū ꝓuenit tamē ex meri-
to: vt etiā eſt confeſſoribꝰ qui audiūt cō-
feſſiones abſq̄ tamen ɔſenſu. ¶ Tercia
ꝓpoſitio. Nulla immūdicia corporalis
quecūq̄ ſit illa eſt impeditiua ꝑ ſe a ce-
lebratione miſſe. Licet aliq̄n ſit ꝑ accn̄s
impeditiua ꝓpter aliquā ſequelā in aīa
vtpura ebetudo mentis ⁊ depſſio ad car-
nalia vel indeuotō. ¶ Quarta ꝓpoſitō.
Poſſibile eſt abſq̄ rephēſione immo cū
magno merito pollutum tractare ſacro
ſancta myſteria precioſi corporis et ſan-
guinis xp̄i. patet qꝛ ad debite celebran-
dum eo mō q̄ poſſumus ſufficit q̄ nō ha-
beat ɔſciētiā de pctō mortali ⁊ q̄ nō ha-
beat legittimū impedimentū vt ſi quis
h̄ret ſtomachū oneratū. vel alio mō ⁊ſꝑ
talis ꝑparatio nō excludat totaliter de

notionem: ſed poſſibile eſt ꝙ polluꝰ iſta tria habeat. ergo ꝛc.

Circa viceſimam ſextam diſtinctionē querif. ¶ Utrū gratia ſit aliqd circa acceptantē vel circa acceptatū. ¶ Grā dei aliqd ponit circa gratificatū: dicif em̄ Joh. pmo. De plenitudine eius accepimus omnes gratiā pro gratia. Si igif qð accepimus in nobis eſt gratia diuina in gratificatis ſiue acceptatis a deo habet eſſe. In diffinitione ponunf quattuoꝛ pticule. Prima dicitur habitus q̄ gratia ꝛ charitas ſunt idem. Ex quo ſequitur ꝙ gratia eſt accidens per quā eſt digna vita: quia non eſt mediū inter gratiā ꝛ peccatū: quia niſi quis ipſe ſit in gratia: eſt in pctō moꝛtali: ꝛ ſi ſit in gratia eſt extra peccatum. Quandocūqꝫ habemus gratiā tria occurrunt ſcꝫ acceptās id eſt deus qui omnes diligit, Acceptatus id eſt ille homo qui habet gratiā ꝛ qui eſt in gratia. Et eſt foꝛma per quā acceptatur ſcꝫ gratia gratūfaciens. Require in quarta diſtinctione. q. ij. ſup. ¶ Nota ꝙ omnes gratie gratiſdate date ſunt ad adiuuandū ſe ad acquirendā gratiā gratumfaciens. Gratia gratiſdata eſt triplex. Quedā habitualis ꝛ eſt quoddā donū habituale iuuans et preparans ipſam ad habendum gratiā gratumfacientem vt ſcientia acquiſita bonitas. Quedam actualis eſt quoddam donum actuale ſuper additū naturalibꝰ eſſentialibus ipſius creature rōnalis etiam iuuans quicūqꝫ em̄ actus inductionis ad diligendū deum: et dicitur gratia gratiſdata actualis. Et ſunt duplices iſte gratie: quedā conſolatoꝛie: quedam afflictiue. Prima vocatione fuit vocatus Johānes euangeliſta et iſti poꝛtantur inter brachia at trahantur em̄ per conſolationes ſpirituales. Scdā vocatione vocantur peccatores et duros per flagella. Quedā eſt motiua ꝛ eſt ſpeciale dei auxilium quo ipſe mouet ſpecialiter voluntatē noſtraꝫ ad bene operandum. Et de iſta grā gratiſdata non eſt qō: ſed de gratia gratumfaciente. ¶ Reſponſio ſtat in ꝓpoſitionibꝰ ¶ Prima ꝓpoſitio. Nullus de potentia dei oꝛdinata poteſt eſſe amicus dei ꝛ dignus vita eterna niſi habeat habituꝫ gratie gratūfacientis. Probaf per paulum. Si linguis loquar hoīum ꝛ angeloꝛum: ꝛ omnes virtutes habeā nihil ꝓſunt ſupple ad vitam eternam. ¶ Scdā ꝓpoſitio. Aliquis pōt eſſe de potentia dei abſoluta amicus dei et dignus vita eterna abſqꝫ ꝙ habeat gratiā gratūfacientē Et in hoc dimittif opinio aureoli qui dicit contrariuꝫ. Probatur Oēm dignitatem quā creatura pōt dare ad vitam eternam omnē talem dignitatē deus pt ſeipſo dare: quia quicquid deus poteſt facere mediante cauſa ſcdā. pōt per ſeipm̄ ꝛc.

Scdō queritur. Utruꝫ gratia ſit quid creatum vel increatum. ¶ Notandū ꝙ duplex eſt gratia: quedā increata et capitur tripliciter. Uno modo pro grata dei prouidētia quā omnibus rebus gratis impēdit eis qui ꝯueniunt: quia omnia q̄ habemus a deo habemus. Scdō capitur pro gratuita cōdeſcenſione volūtatis diuine qua ſpecialiter condeſcendit ipſi creature rōnali gratis in aliquo ope ſpeciali. Et de iſta Augu. dicit. In rebus per tempus oꝛtis nulla maioꝛ eſt q̄ꝫ ꝙ deus homo fieret ꝛ homo deus. ¶ Tercio capitur gratia increata pro ipemet deo liberaliter ſe facientē gratis pſentem alicui rei ſpeciali preſentia ꝛ ſingulari vt in ſacramēto altaris. nō eſt ad ꝓpoſitū. Gratia creata poteſt capi tripliciter. Primo cōmuniſſime ꝛ capif pro q̄cūqꝫ dono nobis collato a deo ſiue ſit accn̄tale ſiue eēntiale. Et ſic oīs creatura ē grā dei: ꝛ de iſta apl̄s loqf. Quid habes ꝙ nō accepiſti.

Scḋo capit̃ cõiter pro aliquo dono accidẽtali ſupadditо nature ꝛ gratis dato a ḋo vt opatio miraculoꝝ ꝛ eſt manifeſtatio ſpũs ad vtilitatẽ iſto ſcḋo mõ vt eſt grã ꝓbl:ꝛ grã faciẽdi miracula. Tercõ capit̃ ꝓprie ꝛ eſt grã gratũfaciẽs vt ſ̃ dictũ eſt. Vel eſt forma nobis a deo grat̃ data ſine meritis p̃cedẽtib:gratũfaciẽs habentẽ:ꝛ ei⁹ opus bonũ reddens. Grã dr̃ operãs inq̃tũ reddit aĩam gratã deo vel inq̃tũ dirigit interi⁹. Cooperãs aũt inq̃tuꝫ dirigit in opus exterius ſiue inq̃tum dirigit ad bonũ opus ꝛ eſt eadeꝫ grã. Qḋ ſpũs ſctũs in ꝓpria pſona dat ſeipm̃ hoĩ:qꝛ ꝯſtat ꝙ ille dat in pſona alteri q̇ offert ſe q̃tũ poſſibile eſt ad faciẽdũ oẽs petitiões ei⁹ iuſte petitas q̃s ali⁹ facit. Sed ſic eſt de ſpũſctõ reſpectu iuſtoꝝ ꝗ ꝛc̃. Vñ dicit Jo. xv. Ad eũ veniemus ꝛ mãſionẽ apud eũ faciem⁹. Duplicia ſunt in diuinis ſcꝫ propria et appropriata. Propria ſunt illa que conueniũt vni pſone vel duobus ad plus et nunq̃ tribus. Appropriata conueniũt omnibus pſonis licet appropriant̃ vni.

Tercio q̃rit̃. Utrũ grã ſit in gñe ſubſtãtie vel accidẽtis.

¶ Ad maiorẽ declarationem ſciendũ ꝙ grã vt eſt q̇d cõe grẽ gratiſdate ꝛ grẽ gratũfacientis cõparat̃ tripliciter ſcꝫ q̃tuꝫ ad ſuum principiũ ſcꝫ deũ ꝛ ſic oĩe donũ eſt grã. Scḋo cõparat̃ ad ſubiectũ ſuũ id ẽ ad aĩam. Tercio ad oppoſituꝫ circa qḋ eſt penes principiũ cõpata. Et eſt q̃druplex. Primo eſt gratia p̃deſtinationis: vocationis: iuſtificationis ꝛ magnificationis Rom. viij. quos pſciuit ꝛc̃. Prio a deo creatore p̃parat̃. Scḋo offertur. Tercio confert̃. Quarto complet̃. Grã p̃deſtinatõis eſt ordinatio creature rõnalis ad grãꝫ ꝛ gl̃iaꝫ:ꝛ iſta fuit ab eťno. Ro. ix. Cũ nondũ nati eẽnt pueri eſau ꝛ iacob. Jacob dilexi eſau odio habui. Grã vocationis eſt illa q̃ grã nob̃ offert̃ a deo p aliq̃s monitiones vel flagellationes. Grã iuſtificatiõis eſt illa q̃ de⁹ nobis infundit grãꝫ gratumfacientẽ. Grã magnificatiõis eſt collatio gl̃ie eťne pro meritis p̃cedẽtib. Alio mõ compat̃ ad ſubiectũ in q̇ eſt ꝛ eſt triplex ſcꝫ cogitationis volitionis ꝛ pfectiõis. Et hec diuiſio ſumit̃ a btõ Bernñ. primã de⁹ opat̃ in nob̃. ſcḋaꝫ nobiſcũ. terciã p nos. Vñ ẽ triplex potẽtia in aĩa intellectiua. volitiua ꝛ motiua q̃ exequit̃ imperiũ voluntatis:qꝛ nõ ſolũ eſt meritũ audiẽdo ꝟba dei ſed etiã ponendo in ope. ¶ Pro p̃ma potẽtia eſt grã cogitationis ꝛ eſt vna bona cogitatio:de q̃ paulus:nõ ſum⁹ ſufficientes cogitare aliq̇d boni tanq̃ ex nobis ſed ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt. Grã voluntatis eſt bona volitio ꝛ iſtã de⁹ operat̃ nobiſcũ: qꝛ volũtas eſt libera ꝛ ita deus nõ cogit eã. Vñ Aug. Qui fecit te ſine te nõ ſal. te ſi. te. Grã pfectiõis eſt qñ exequit̃ factũ q̇ eſt potẽtia motuũ et iſtam opat̃ de⁹ p nos qꝛ ſum⁹ inſtrumẽta. Grã ad oppoſitũ circa qḋ eſt q̃druplex. ſ. protectionis liberatiõis extractiõis ꝛ ſaluationis. Et iſta diſtinctio ſumit̃ penes diuerſa mala a quib per grãm dei liberamur. Vñ eſt q̃druplex malũ: ſcꝫ pugne pene culpe ꝛ ſeq̃la pcĩi mortalis. Et ſm̃ q̃ttuor iſta ſunt iſte q̃ttuor grẽ. Pria. ſ. ꝓtectionis eſt reſpectu pugne diabolice a qua deus nos protegit. Exemplum ſi duo hoĩes eſſent eiuſdẽ complexionis. ſ. ſanguinei ꝛ vnus illoꝝ temptaret̃ forti⁹ altero de peccato carnis. Ille qui min⁹ temptat̃ habet gratiaꝫ protectionis:tamen omnes protegunt̃ ſm̃ illud apoſtoli:deus fidelis qui faciet cum temptatione pro. ꝛc̃. Gratia liberatiõis eſt illa q̃ deus liberat nos a malo miſerie et pene perfecte ꝛ hoc erit quando erimus in patria:minus perfecte in iſto mũdo. Gratia extractionis eſt illa qua extrahimur a malo culpe poſtq̃ peccauimus. Pſ. Eduxiſti ab inferno animã meam. Gracia ſaluationis eſt quãdo aliquis nõ habet amplius ſequelã peccati: et iſta erit

perfecte in gloria. Sequela peccati eſt fo/
mes z deordinatio z multe alie ſūt. Iſte
gratie ſumūtur ab Iſaia. xij. Proteget
dñs deus exercituum caſtra bierlm libe
rans extrahens zc̄.

Quarto querit. Utrū

gr̄a ſit in genere accñtis corruptibil' an
incorruptibilis. ¶ Reſolutio. q. ſtat in
quattuor dictis. ¶ Primū dictū eſt. Q
gr̄a eſt aliqđ accidēs corruptibile: quia
oē accidēs qđ hȝ oppoſitū potens ineſſe
ſuo ſubiecto eſt corruptibile ſed gr̄a eſt
hmōi. ergo zc̄. ¶ Utrū gratia ex natura
ſua repugnet culpe mortali. Rñdet per
alia tria dicta. ¶ Primū dictuȝ eſt. Q
de potētia z lege dei ordinata gr̄a z cul/
pa mortalis quecūqȝ repugnāt z oppo
nunt. Nā deus ſic ordinauit q quicūqȝ
haberet culpā mortalē ſiue originalē ſi/
ue actualē nūqȝ habebit gr̄aȝ. ¶ Scđm
dictū. Potentia dei abſoluta nullā im/
plicat ɔtradictionē q aliqs hō ſit q nec
ſit in gr̄a nec in culpa. ¶ Terciū dictū.
Ex natura rei nulla culpa mortalis vi/
detur repugnare gratie quia ſolum op/
ponuntur de lege dei ordinata. Sicut
gratia ex nihilo producitur ſic in nihilū
redigitur qñ corrumpit. ptȝ quia omis
entitas que immediate creatur a đo ab
ipo ſolo eſt annihilabil' ſed gr̄a ē hmōi.
Talis modus corrumpendi ſcȝ in nihi/
lum redigi ſimpliciter nō competit ſolū
gratie rōne ſui initij ſed etiā ratione ſui
proprij eſſe: vel ratione modi exiſtendi:
quia gratia habet deū pro cauſa et non
eſt ex proprijs principijs noſtris. Inter
omnes corruptiones rerum corruptibi
liū nulla corruptio tm̄ diſplicet đo ſum
mo auctori et conſeruatori omniū ſicut
corruptio gratie: qr tam benigne crea/
uit illam in aīa noſtra vt ſimus ipſi ſi/
bi acceptabiles. ¶ Nota q peccatū mor
tale deſtruit gratiam demeritorie et nō
poſitiue z effectiue: qr gr̄a a ſolo đo cre/
atur z annihilatur.

Quinto querit. Utrū

gratia pmo inſit ſubſtantie anie vel po/
tentijs. Sciēdū pro declaratiōe qm̄ia
Q cū gratia ſit nobiliſſimus habitus
q eſt in anima nr̄a pro pñti vita ſequit q
iſte habitus nō eſt in anima ſm illā par
teȝ quā aīa intellectiua habet que eſt cō
munis nobis z beſtijs. Nā nobiliſſima
pfectio debet habere nobiliſſimū pfecti/
bile. Notandū q anima intellectiua ha
bet tria: ſcȝ ſubſtantiam potentiam co/
gnitiuam qui dicitur lumē naturale vt
eſt intellectus. pſ. Signatū eſt ſup nos
lumen tuum domine. Preterea eſt potē/
tia affectiua ſiue voluntas. Ex quo ſeq/
tur q gratia eſt nobiliſſim' habit' ani/
me: z ponitur in anima ex parte intelle/
ctiua. Querit in quo ponit ſubiectiue
gratia hoc eſt in ſubſtātia anime vel in
potētijs. Thomas dicit q intellectus et
volūtas ſeparāt realr ab aīa. Scđm ali
os. Intellectus z volūtas ſunt idē cum
anima. Scotus dicit q potentie aīe ſcȝ
intellectus z volūtas diſtinguunt ſolū/
modo formalr z nō realr vide in textu.
¶ Utrū gr̄a cōparet ad aīam in ratione
motoris. Motor eſt aliqđ agens: moue
re ē aliqđ cauſare in alio ppriē: cauſans
aliquē effectū in mobili Aliquod agēs
ponit loco gn̄is: qr oīs motor eſt agens
z nō omē agēs eſt motor. Ex quo ſequit
q deus non pōt eſſe mouēs reſpectu ſui
ipſius. ptȝ qr nihil pōt cauſare in ſeipſo.
Scđo ſequit q de' eſt prim' motor cu/
iuſlibet creature Tercio ſequit q nullū
agens aliud a deo pōt eē motor reſpectu
dei. Quarto ſequit q deus eſt primum
mouens immobile. Igitur eſt queſtio.
¶ Utrum gratia cauſet in aīa motum.
Et reſpondetur p tres propoſitiones.
¶ Prima ppō. Liberum arbitriū habȝ
moueri a gr̄a z ab ea excitari. Nam mo
uere nihil aliud eſt q̄ȝ cauſare aliqđ in
mobili: ſed gr̄a hȝ aliqđ cauſare in libe/
ro arbitrio; qr inclinat aīam noſtrā ad

bonū.ergo ꝛc. ¶ Scda ꝓpō. Liberū ar/bitriū noſtrū a gratia operāte pꝛeuenit ꝛ a gratia cooperāte ad bonū opus me/ritoꝛiū eleuat: dicit gratia operās eo ꝙ facit aīam gratā deo: ꝛ de inimicis facit amicos: eo aūt ꝙ īclinat ad bona opa dī ſubſequēs ſiue cooperās. ¶ Tercia ꝓpō Reſpectu opis meritoꝛū grā ē ſicut pn/cipalis motrix: et volūtas ſicut pediſſe/qua: qꝛ nunꝗ̄ deus acceptaret bonas vo litiones nr̄as niſi mediante gratia. Re/gula gn̄alis. Oblatio nō accepti nō eſt accepta ex parte offerētis. vt ptꝫ de abel ꝛ cayn. Scotus. Qn̄cūqꝫ ſunt due cau/ſe cōcurrentes ad vnuꝫ effectū: quarum vna eſt naturalis: ꝛ alia libera: totus ef fectus ſequens erit voluntarius ſiue li/ber. ¶ Nota. Motoꝛ non motus eſt de/us: quia non poteſt moueri a ſeipſo nec ab alio agente libero ſm illud Boecij. Stabilis permanes das cūcta moueri. Motoꝛ autē motus dicit omne illud ꝙ mouetur ab alio.

Circa viceſimam ſeptimam diſtinctionē que/ritur. ¶ Utrū gratia gratū faciens diuidi habeat ꝑ dif/ferētias diuerſas ꝑ ꝯ̄ntiā. ¶ Gratia ha bet cōparari pꝛimo ad ſuū pꝛincipium ꝛ tunc diffinit ab Iſidoꝛo ſic. Eſt donū miſericoꝛdie diuine per qd̄ eſt bone volū/tatis exitus .i. bona opatio. Due ſunt particule ꝛc. Diffinit ſcdo per cōparati onem ad ſuum ſubiectum: et eſt quidaꝫ nitoꝛ anime id eſt quedā pulcritudo cō/ſilians ad amoꝛem ſctm̄ ſcꝫ dei. ¶ Ter cio comparatur gratia gratumfaciens ad oppoſitū. Et ſic diffinitur ab expo/ſitoꝛibus. Gratia eſt iuſtificatio ꝛ remiſ ſio peccatoꝛuꝫ: quia gratia et culpa op ponuntur de lege dei cōmuni. ¶ Quar/to diffinitur per comparationē ad effe/ctum et eſt ſanitas mētis et ē delectatio coꝛdis ꝛ datur a criſoſtomo. ¶ Quinto eſt ſimilitudo gloꝛie. Ex iſtis omnibus ſumit diffinitio magiſtralis q̄ eſt. Grā eſt foꝛma ꝛc. Queſtio nr̄a eſt. ¶ Utrum ſint plures gratie gratūfacientes .ſ. vna in intellectu ꝛ vna in voluntate ꝛ vna in eſſentia anime. ¶ Rn̄ſio ꝙ in vna anima non opoꝛtet ponere niſi vnam gratiam gratumfacientem per quā anima et to/ta ꝑſona efficit grata ꝛ deo cara. ¶ Diſ/finitio magiſtralis gratie gratūfaciētis Grā eſt foꝛma nobis a deo ḡtiſdata ſi/ne meritis pꝛecedētibꝫ: gratūfaciens ha bentem ꝛ eius opus bonum reddens.

¶ Utrum hoc ſit verum ꝙ deus non ac ceptat hoīeꝫ ſm q̄d. ſed ſi acceptat totū acceptat. Rn̄deo ꝙ ſic: qꝛ ſm ꝯſuetudi/nē eccleſie cōfeſſus ſimplici ſacerdoti ab oībꝫ pctis abſoluit. ¶ Nota ꝙ aliq̄d dī gratuitum a gratia gratūfaciente et ſic omnia opera facta ex charitate dicūtur gratuita et etiam virtutes exiſtentes cū gratia.

Scdo q̄rit. Utrū gra/tia gratūfaciens et virtus gratuita dif/ferant per eſſentiā id eſt Utrum gratia diſtinguat a charitate fide ꝛ ſpe. ¶ No/ta ꝙ gratia nō eſt fides nec ſpes: ſed cha ritas ſm ſcotū licet n̄ ſm antiq̄s. Uirtꝰ capitur tribus modis. Uno mō cōmu/niſſime ꝛ ſic extendit ſe ad omnes virtu/tes tam moꝛales ꝙ̄ naturales et theolo/gicas. Uirtus naturalis eſt vltimū de potentia id eſt attendit in potentia aliq̄ ſm id ſm qd̄ poteſt in vltimum ꝛ ſupꝛe/mum ſui actus debiti: vt ſi homo poſſet ferre centum libras in qua depoꝛtatio/ne eſſet actus debitus ſibi vltra ꝙ̄ vlte/rius pꝛogredi non poſſet. Et alius non poſſet poꝛtare q̄nq̄ginta a nō vltimo de potentia haberet. ¶ Regula generalis. Omnis potentia eſt perfecta quādo po teſt in vltimū ſui actus debiti. Uirtus etiam ſm pħum. Eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Alio modo capit cōmunī ter ꝛ ſic cōpꝛehēdit v̄tutes moꝛales (vt ſūt iuſticia hūilitas) ꝛ theologicas. Uir

tus moralis in ſcdo ethico. Eſt quidam habitus qui habentē perficit: et ei⁹ op⁹ laudabile reddit. Alia diffinitio. Eſt habitus electiuus immediate ꝯſiſtens: recta ratione determinatus ſm ꝙ ſapiens determinabit. Alio modo capitur virtus ꝓprie ꝛ ſic cōtinet ſolūmodo virtutes theologicas vel aſſociata virtutibus theologicis. Et ſic deſcribitur ab Aug⁹. Eſt recta ratio perducēs ad vltimum finē. Et ſunt tres ſcꝫ fides ſpes ꝛ charitas. Alia diffinitio Aug⁹. Eſt bona qualitas mentis qua recte viuitur: ꝛ qua nullus male vtitur: ꝛ quā de⁹ operatur in nobis. Alia diffinitio virtutis ſm Aug. Eſt ordinatus amor qua nullus ꝛc. ¶ Nota ꝙ aliqd pōt dici tripliciter gratuitum. Uno modo quia ē donum gratiſdatum a deo vt intellect⁹ voluntas hec ſunt dona gratuita ¶ Scdo modo dicitur gratuituꝫ ex eo ꝙ eſt aliq̄ dono ſupaddito nature gratis collato a deo vt ꝓpbia ſiue ſit naturale ſiue ſit ſupnaturale. ¶ Tercio mō aliqd dicit̄ gratuitū vt gratie ḡtiſdate cuꝫ grā gratūfaciente et ſic omēs virtutes exiſtētes in nobis cuꝫ gratia dicunt̄ gratuite: ſic fides ꝛ ſpes dicuntur gratuita qn̄ fiunt cū charitate ſiue gratia: quia gratia eſt forma virtutū. ¶ Rn̄ſio dicendū ꝙ virtus que ē habilitatio potētie abſꝗ gratia gratūfaciente in formis eſt: ſicut ſine lumine: ſed ea adueniēte ex qua tota anima in ſe ꝛ ſuis potentijs decorat̄: formari ꝛ viuificari dicuntur habitus virtutum ꝛ effici deo accepti.

Tercio querit̄ de grā ī

comparatione ad gloriam. Et eſt q̄ſtio ¶ Utrū differāt per eſſentiā eſſentialr. Reſolutio qōnis ſtat in propoſitionib⁹. ¶ Prima ꝓpō. Gratia gratumfaciens nominat diuinam influentiam per quā anima habet deū et deus habitat in anima: de⁹ dicitur habitare in nobis quia eſt paratiſſimus exaudire ꝑces noſtras. Longe autem a peccatoribus quia ſm Aug. Peccator nō eſt dignus pane quo veſcitur: ꝛ anima dicit̄ habere deū quia eſt in gratia eius. ¶ Scda ꝓpō. Anima dicitur habere deū dupliciter. Uno modo perfecte. Alio mō ſemiplene. Perfecte in ratione quieſcētis. Semiplene in ratione tendentis. Duplex eſt ſtatus ſcꝫ vie ꝛ patrie. Status vie ſcꝫ merendi et demerēdi. Et eſt ſtat⁹ patrie ſcꝫ beatitudinis. Unde inquietū eſt cor meū (inq̄t Aug.) dn̄e donec requieſcat i ꝛc. Et nota ꝙ peccatores nulloꝝ iſtorum modorum habent deum. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Quia quies competit ſtatui patrie: ꝛ tēdentia competit ſtatui vie: ideo primuꝫ eſt glorie: et ſcdm eſt gratie ꝛ meriti. ¶ Quarta propō. Qm̄ idem poteſt eſſe per eſſentiam magis perfectuꝫ et minus perfectum. hinc eſt ꝙ gratia ꝛ gloria ſm qd diſtinguunt̄ ſm modum habendi deum differunt ſolum ſm ſtatum: quia in ſtatu vie eſt imperfecta: ſed in ſtatu patrie erit perfecta. ¶ Quinta propoſitio. Quia nos habere deum nō eſt aliud q̄ꝫ deum habitare in nobis.

¶ Sexta propoſitio. Cum dicitur deum habitare in homine: duo dico. Primum dignationem diuinam qua hoīeꝫ acceptat ꝛ ſibi confederat. Scdo humanaꝫ exaltationē ex qua homo ea que dei ſunt excellenter participat. Hoc prope erit in patria in participando habundā ter dona dei. ¶ Septima propoſitio. Illa influentia ſcꝫ illum habitum infuſuꝫ a deo per quam deus in nobis inhabitat ſcdm comparationem id eſt ſm diuinam dignationem: illa dicitur gratia et eſt pignus gratie ſm ꝙ nos exaltat.

¶ Octaua propoſitio. Gratia et gloria vt diſtinguuntur ſm modum habitandi deum in nobis non dicunt̄ per eſſentiam ſed ſola comparatione.

¶ Nona propoſitio. Uita eterna nominatur gloria et gratia. Roma. vi. Gratia autem dei vita eterna.

¶Decima ppõ. Gratia gratũfaciens et glĩa nõ dĩnt p eſſentiã: ſʒ dĩnt aliq̃ mõ: hoc eſt ſm aliã ⁊ aliã rõʒ: ſi ſint ſil' ſicut in btis: qꝛ dĩ grã ſm ꝙ aĩa eſt deo grata ⁊ dĩ glĩa ſm ꝙ ipa aĩa eſt exaltata ⁊ glorificata: vel differũt ſm aliũ ⁊ aliũ ſtatũ ſi inſunt ſucceſſiue eidẽ qꝛ in ſtatu vie ẽ imꝑfecta in patria aũt ꝑficietur. ¶Nota ꝙ angeli nõ cognoſcunt in iſto ſtatu ⁊ cognoſcũt in patria nec ſequit ex hoc ꝙ differant eſſentialr. Nullus põt ſcire ſe eẽ in ſtatu grẽ ꝗtũcunq̧ ſit iuſtus certitudinaliter abſq̧ reuelatione. Et oĩa ſigna a doctoribꝫ aſſignata ſunt fallibilia: licet coniecturalr aliquo mõ poſſit ſciri nõ tñ certitudinaliter.

Quarto querit. Utruʒ

p gratiã cõtingat mereri ipm gratie donum. Sicut puer q̃ habet gratiã ⁊ facit multa bona opa p illaʒ gratiã. Querit. Utrũ p illa bona mereat gratiã habitã ¶Et rñdet ꝙ non ꝯtingit mereri habitum gratie p̄cedentẽ nec ꝗtuʒ ad meritum ꝯgrui nec ꝗtũ ad meritũ ꝯdigni. ¶Sciendũ ꝙ meritum ſic diffinit. Eſt actus a volũtate mediante dono gratie elicitus vel imꝑatus: libera volũtate diuina accept⁹: tanq̃ p̄miabilis vita eterna vel btitudine: actus ponit loco gñis ¶Ex quo ſequit p̄ma particula. Nulla obmiſſio alicuius mali põt dici act⁹ meritorius ꝓprie loquẽdo. ¶Scđa particula. Nullus meret nihil agendo qꝛ meritum eſt actus ⁊ nullus eſt actus meritorius niſi eliciat ex charitate vl' gratia. ¶Tercia ꝑticula. Nullus actus põt dici meritorius niſi ſit imputabil' ad p̄miuʒ: ſed nullus actus eſt imputabilis ad p̄miũ niſi ſit in nr̃a ptãte. ğ mediãte dono grẽ effectiue ꝯcurrẽte ⁊c̃. ¶Quarta ꝑticula. A diuina volũtate null⁹ act⁹ eſt meritorius niſi accepteꝛ a diuina volũtate. ¶Meritũ capit gñaliter. Et eſt q̃ðcunq̧ opus factũ a nobꝫ ordinatũ ad p̄miũ vel ad ſuppliciũ reddendũ pro co. Aug. diffinit dicẽs. Lex diuina ẽ q̃dam ratio ſumma intelligẽda cui ſp obtem peradũ eſt. p quã bonivitã: ⁊ mali mortem merent eternã. Alio mõ ſumit ſtricte ⁊ tũc eſt aliq̃d opus q̃d ſolũ ordinat ad bonuʒ meritũ. ¶Correlariũ. Nulla eſt cõdignitas ex natura rei operũ nr̃oꝝ ad vitam eternã qꝛ niſi placeret deo nos p̄miare pro illis ⁊ illa acceptare nõ eẽnt merita. Triplex eſt meritũ. ¶Primum congrui eſt Quãdo aliq̃s peccator facit q̃d in ſe eſt: pro ſe vt ipe ꝑcipiat graʒ: deus nõ deficit ſibi. ¶Scđm digni ẽ. Quñ aliq̃uis vir iuſtus ſiue exñs in grã facit aliq̃d pro alio hoie peccatore vt ipſe accipiat grãm. Et dĩ de digno: qꝛ eſt q̃dã indignitas in petõre ⁊ dignitas in iuſto ¶Terciũ ꝯdigni ẽ. Quãdo aliq̃s orat pro ſe ⁊ ſua ſalute. Reqre multa de merito in q̃rta diſtinctione ſuperius.

Quinto q̃ritur Utrum

mereamur hui⁹ grẽ augmentũ. i. Utrũ ꝯtingat p grãm mereri ipius cõplementũ ſcʒ celeſtẽ glĩaʒ: hoc ẽ ipm p̄miũ glĩe. Ponunt due diſtinctões pro declaratione q̃õnis. ¶Prima diſtinctio. Cõtingit aliquid augeri per additionẽ ſcʒ per cibozũ ſumptionẽ et ſic gratia auget per additionẽ graduũ: quia eſt intenſibilis et iſte modus eſt famoſior inter doctores. Alio modo contingit aliquid augeri per magnificationẽ rei: et ſic coſta ade fuit augmẽtata. Et etiã quinq̧ panes: et iſte modus eſt ſatis probabilis. Ultimo contingit aliquid augeri p acceſſionem ad ſummũ bonũ. ¶Scđa diſtinctio. Meritum de condigno non eſt niſi plene ⁊ cõpleta reperiat ratio meriti. Nullus pro ſtatu vie põt mereri de condigno augmentũ gratie. Reſtat ğ ꝙ ſi meret meretur de congruo. Eſt meritum de cõgruo: quãdo eſt aliqua diſpoſitio cõgruitatis reſpectu ei⁹ ad q̃d diſponitur et ordinatur que tñ deficit a ratione congruitatis.

Queritur ſexto. Utrũ

contingat p gratiã mereri ipſi⁹ cõplemẽtũ Hoc ĩpm pmiũ glorie ẽ ſcʒ celeſtẽ gloriã. qꝛ grã ꝛ gloria nõ differũt niſi ſm̃ perfectum ꝛ impfectũ penes diuerſum ſtatuʒ hoc eſt q̃rere. Utrũ cõtingat p grãm mereri gloriã ꝛ hoc merito cõdigno. Sunt due opiniones. prima ſtat in iſta ppõne ¶ Prima propõ. Nullus purus viator q̃ntũcunq; purus ꝛ pfect⁹ ſit põt mereri celeſtem gloriã de cõdigno: ſed ſi merer̃ tm̃ meretur illã de cõgruo ꝛ iſta opinio eſt valde deuota ꝛ fulcir̃ multis autoritatibꝫ primo Auguſtini. Juſticie nr̃e ſicut pãn⁹ mẽſtruate. Et luc. xvij. Quis veſtrũ habet ſenſum poſtq; feceritis oia dicite ſerui inutiles ſumus. ¶ Secũda opinio. Eſt q nõ ſolũ contingit hominẽ mereri vitã eternã de cõgruo ſed etiam de cõdigno. ¶ Prima ppoſitio. In quolibet ope meritorio vite eterne eſt aliq̃d de merito cõgrui ꝛ cõdigni ſm̃ diuerſas operationes. patet quia meritũ põt comparari primo ad pncipiũ a quo exigit. i. ad voluntatẽ ꝛ ad fineʒ pro quo fit. i. ad deũ ꝛ ad ſtatũ in quo fit. pꝫ ergo q opus meritoriũ ↄſideratũ in cõparatione ad voluntatẽ libertatẽ ꝛ diſpẽſatoris liberalitatem ꝛ tpis oportunitatẽ eſt meritoriũ merito congrui ꝛ condigni.

Circa viceſimam

octauã diſtinctionẽ querir̃ primo. Utrũ liberum arbitriũ abſq; grã gratũfacientẽ poſſit a culpa reſurgere. Capitur ibi culpa pro pctõ mortali ¶ Pro rñſione pono talem q̃õnẽ ſm̃ oẽs doctores. Q nullus viator q̃diu eſt in peccato mortali põt reſurgere a culpa per ſeipſum: ſed ad hoc qd̃ reſurgat neceſſe eſt habere gratiã: q̃cunq; bona opera faciat. ¶ Ad reſurgendũ a pctis tria requirunr̃. Primo gratuita dei voluntas q̃ eſt cauſa pncipalis quare reſurgit. ¶ Secd̃o eſt liberalis paſſio xp̄i. Unde nullus vnq; reſurgit a pctõ niſi mediante paſſione xp̄i tanq; meritoria. ꝛ licet ante aduẽtũ ſuũ non fuiſſet exhibita erat tñ preuiſa: ꝛ ex illa ſemper deus remiſit culpas noſtras ¶ Tercio cõcurrit grã infuſa in aĩa ita q due pme nõ ſufficiũt cõditiones abſq; grã ſm̃ legem dei ordinatam: quia expellit peccatum in rõne forme. Alia duo ſe habent in rõne efficientis. Iſta q̃ſtio põt perſuaderi tali exemplo. Ponar̃ q aliq̃s habeat gladiũ in manu ſua: p illud põt ſe occidere ſi vult. poſtq; tñ fixit gladiũ ſuũ in corde ꝛ ſe occiderit. nõ põt per ſemetipſum reuerti ad vitã. Sic põt praticari de peccatore: q̃a in poteſtate ſua eſt peccare: non tñ eſt in ſua poteſtate reſurgere. Simil'r põt dici de aliquo qui proijcit ſe in puteo aliquo.

Querir̃ ſecundo. Utrũ

liberũ arbitriũ abſq; grã gratũfaciente poſſit aduerſariũ ſuum vincere. ¶ Reſpondeo. Dicendũ q iſta tria differunt in quocunq; bello ſpũali vel corporali. ſcʒ. Reſiſtentia. tropheum. ꝛ triũphus. ¶ Reſiſtentia eſt qñ non vincir̃ ab inimico ſuo nec etiã vincit eũ. ¶ Tropheũ eſt qñ pars aduerſa fugit ſana ꝛ nõ leſa alia parte nõ ↄſequente. ¶ Triũphus eſt qñ pars aduerſa ꝛ inimica penitus deſtruitur nullo tñ detrimento vel minimo habito in alia parte. Et de iſta victoria eſt queſtio ¶ Reſolutio ſtat in ſequentibus ppoſitionibꝰ. ¶ Pria ppoſitio. Differt dicere aliquẽ reſiſtere diabolo aduerſario: ꝛ vincere diabolũ aduerſariũ. pma pars patet. q̃a reſiſtentia eſt in hoc q nõ ↄſentimus tẽptationi eius. patet ſecũda ps: quia victoria ẽ in hoc q habem⁹ oppoſitum de hoc qd̃ volebat diabolus. ¶ Scd̃a ppoſitio. Cũ diabolus tẽptãs hominẽ intendebat ipm facere inimicũ dei ꝛ dignum pena eterna. Tunc vincit ipm qñ in vincendo efficitur maior amicus dei. q̃ ante victoriã: ꝛ aſſeq̃tur oppo-

ſitum eiᵉ ꝙ diabolus intendebat ¶ Tercia ꝑpō ē. Licet aliqͥs ſine grā gratūfaciente poſſit reſiſtere diabolo. Non tñ ſine grā gratūfaciente pōt eū vincere. prima ps patet vt aliquis pōt reſiſtere diabolo ne faciat furtū homicidiū ⁊c̄. ſcḋa pars patet quia peccatoꝛ reſiſtēdo abſq̧ gratia non reddit vincentem in maioꝛi amicicia dei.

Queritur tercio. Utrū

abſq̧ grā gratūfaciente liberū arbitriū poſſit oīa mandata implere. ¶ Aduertendum ſm yſidoꝝ ꝙ mandatū dī quaſi manuductū. Iſta tria differūt ſcʒ mandatum. pꝛohibitio. ⁊ pꝛeceptū. Mandatum eſt qḋ cōmune ad pꝛohibitionē ⁊ pꝛeceptum. Pꝛeceptū ꝓpꝛie loquēdo ē mandatū pceptiuū. Pꝛohibitio eſt mādatū de negatiuis. Sunt decē pcepta. ſed mādata tria ſunt in gñe iudicialia cerimonialia ⁊ moralia. Et de iſtis eſt queſtio. ¶ Reſolutio ſtat in diſtinctōe. ¶ Diſtinctio. Mandata cōtingit dupl'r adimplere. Uno mō ꝗtum ad genus operis. Alio modo ꝗtuʒ ad intentionē mandantis et dei pcipientis. Intentio dei eſt vt ꝑ impletionē mandatoꝝ ſuoꝝ ꝙ per illa opera ꝑueniamᵉ ad vitam eternam. Si vis ad vitā ingredi ⁊c̄. ¶ Pꝛima ꝑpoſitio ē. Qꝛ ſola grā gratiſdata abſq̧ grā gratūfaciente pōt hō implere oīa mandata dei ꝗtū genus operis quia hō pōt facere illa opa. i. que pcipiunt̄ per mandata ſicut per fideʒ mandatuʒ de adoꝛatione ſecluſa grā gratūfaciente. ¶ Scḋa ꝑpō ē. Nullus viatoꝛ ꝗtūcunq̧ habeat habūdantiā gratiarū gratiſdatarū poteſt implere mādata dei ſm intentioneʒ dei pcipientis abſq̧ grā gratūfaciente. Et fundatur iſta ꝑpoſitio pme ad Coꝛinth. xiiȷ. Si linguis hoīm loquar ⁊c̄. ¶ Dicere ꝙ hoīes tenent̄ adīplere pꝛecepta ex charitate eſt ꝑuertere ⁊ retrahere homines a bonis fiendis. In omni pꝛecepto ⁊ mandato duo ſunt ꝯſideranda. ſcʒ materia pcepti ⁊ eſt illud opᵉ ſiue or ſum qḋ pcipitur. Finis pcepti ⁊ ē illud ad qḋ ꝑuenit̄ ꝑ obſeruātiā pcepti. Materia pcepti ſemꝑ cadit ſuꝑ obligatione quia q̄libet tenet̄ facere materiā pcepti. Ad finē autē pcepti nō tenet̄ niſi ad intentionē mandātis. Materia pꝛecepti. Unū deū adoꝛabis. ſabbata ſanctifices honoꝛa parentes ⁊c̄. Et iſta cadunt ſub obligatione ⁊ nō ſunt dimittenda ꝑpter peccata. Finis pceptoꝝ eſt ꝙ impleamᵉ illa vt ꝑ illa mereamur vitam eternam. ¶ Tercia ꝑpō. Nullus viatoꝛ tenet̄ ſub pena peccati moꝛtalis adimplere oīa pcepta ꝗtū ad intentionē mādantis ſic ſcʒ ꝙ illa intentio cadat ſub obligatione quia deus nō dixit. honoꝛa parentes ex charitate licet intendebat ⁊ illa intentio nō obligat. Ex iſtis q̄ſtionibꝫ eliciūtur due ꝑpoſitiones. ¶ Pꝛima ꝑpō. Gratia gratūfaciens eſt neceſſaria ad remiſſionem peccatoꝝ: ⁊ reſiſtentiā tēptationū ⁊ obſeruantiā diuinoꝝ pceptoꝝ ſm intentionē mandātis. ¶ Scḋa ꝑpō. Deuote imploꝛanda eſt a nobis vt habeamᵉ remiſſionē peccatoꝝ ⁊ reſiſtentiam ꝯ tēptationes ⁊ obſeruemᵉ diuina pcepta: quia facienti qḋ in ſe eſt nunq̄ deus deficiet. Regula theologicalis eſt.

Querit̄ quarto. Utrū

liberum arbitriū deſtitutū a gratia gratiſdata poſſit ad gratiā gratūfacientem ſufficienter ſe diſponere. ¶ Pꝛo quo notandū ꝙ grā gratiſdata eſt omne illud ꝙ eſt additū eſſentialibus creature rōnalis iuuans ⁊ pparans ipſam creaturā rationalem ad habendū gratiā gratūfacientem ſiue ad vſum gratie gratūfaciētis ſiue illud gratiſdatū ſit habitᵉ ſiue etiā ſit actus ſiue ſpeciale dei adiutoꝛiū mouens voluntatē noſtrā ad gratiā. ¶ Reſolutio ſtat in ſequētibus ꝑpoſitionibꝫ. ¶ Pꝛima ꝑpoſitio ē. Uix autē nunq̧ hō habēs vſum liberi arbitriȷ reperitur ſine grā gratiſdata aliq̄ ſed cōiter hʒ aliquā

et patet p diffinitionē gratie gratiſdate
pcedentē. Ex hoc ſeqtur φ multū obli/
gamur deo q ſemp vocat nos ad ſalutez
ex quo ſeqtur φ quāto plus habz de gr̄as
gratiſdatas tanto plus obligatur deo.
¶ Correlariū. De quāto plus qs hz gr̄as
gratiſdatas de tanto etiā tenetur magis ſe
diſponere ad gratiam gratumfacientē.
¶ Scda ppō ē. Q timor ſeruilis ē do/
num ſpūſſcti z bonꝰ vt eſt q timore pene
eterne ambob oculis declinat a malo et
facit bonū. tn̄ eſt minimus. Alius ē inicial
z eſt ille qui reſpicit penā oculo ſiniſtro:
ſed oculo dextro reſpicit offenſaz. p ocu/
lum ſiniſtrū intelligit cōſideratio minꝰ
pncipalis. per dextrū magis pncipalis.
Et iſte timor ē melior pcedenti. Timor
filialis eſt caſtus z eſt q oculo dextro re/
ſpicit amorē dei ſed oculo ſiniſtro reſpi/
cit offenſam. De pmo. Confige timore
tuo zc. De ſcdo. Iniciū ſapie. De tercio
Timor dn̄i ſanctus pmanet in ſeculū ſe
culi. Et iſte optimus eſt z ſpeciale donū
dei. ¶ Tercia ppoſitio eſt. Sine aliqua
gratia gratiſdata nō poteſt homo pecca
tor ſe ſufficienter diſponere ad gratiam
gr̄ūfaciētē. vt pz in iſta Collecta. Deus
in te ſperantium zc. Et quia nihil poteſt
mortalis infirmitas: quia eſt mediū ad
gratiam gratumfacientem. ¶ Quarta
ppoſitio eſt. Donum gratie gratiſdate
eſt donuz medians inter gratiam gratū/
facientem z voluntatez noſtram. Ut eſt
exemplum de illo qui eſſet in puteo qui
eleuatur mediante fune. ¶ Quinta z vl/
tima ppoſitio eſt. Si liberum arbitriū
excitetur per aliquod donū gratie gra/
tiſdate poteſt ſe pparare ad gratiā. Si
non excitetur nō poteſt reſurgere. Nul/
lus viator ex puris naturalibus quātum
cunq fuerit preditus ingenio poteſt co/
gnoſcere ſuam beatitudinē in ſpeciali.

Queritur quinto. Utrū

liberum arbitrium ſcz tam gratiſdata
quā gratūfaciens omni gratia deſtitutuz
poſſet alicui tēptationi reſiſtere. ¶ No/
tanduz φ temptatio ſic deſcribitur. Eſt
motus vel actus inclinans ad aliquod
illicitum qui fit a temptante vt ſumat
experimentum de bonitate vel malicia
temptati. ¶ Primū correlarium eſt. Q
in omni temptatione tria cōcurrunt ſcz
actus defectuoſus: experientia dubij: et
φ intendat vtrūq temptator. Ex quo
ſequitur φ deus pprie loquendo non
temptat: quia non indiget experientia.
¶ Secundū correlarium eſt. Mundus
nō temptat quia res mundane nō inten/
dunt nos prouocare ad malum: ſed dia/
bolus. ¶ Terciū correlarium eſt. Caro
noſtra neq homo pprie temptat ſeip/
ſum quia iam habet z habuit experien/
tiam. Solus diabolus z ſolus homo pr
prie loquendo temptant hominē quādo
offerunt aliquod obiectuz inclinans ad
aliquod illicitum propter quod volunt
capere experimentū de bonitate z mali/
cia temptati viſibiliter vel inuiſibiliter
dicto vel facto. ¶ Reſolutio ſancti Bo/
nauenture ſtat in ſequenti propoſitione
¶ Prima ppoſitio. Liberum arbitriuz
omni gratia deſtitutum nō poteſt omni
temptationi reſiſtere. patet quia liberū
arbitrium eſt inſtabile: quia voluntas
noſtra nata ē condelectari appetitui ſen
ſitiuo niſi refrenetur per gratiam z mo/
deretur per precepta diuia. Scotus vi/
detur tenere contrariū ſed non contra/
dicit quia intelligit de gratia gratum/
faciente. Bonauētura de gratia gratiſ/
data loquitur. Item Scotus de pecca/
to mortali. Bonauentura de peccato ve
niali. Ad illam auctoritatē Jeronymi.
Qui dixerit deum precepiſſe impoſſibi/
le anathema ſit. ¶ Dicendum φ aliquid
dicitur poſſibile alicui duobus modis.
Uno modo quia poteſt fieri ſine alieno
ſuffragio. Sicut ſanus poteſt comede/
re ſine adiutorio alicuius ſi habeat ci/
bum. Alio modo. Nota in dubijs litte/
ralibus.

Querit͛ ſexto. Utrum liberum arbitriũ omni gr͞a deſtitutũm poſſit ad aliq̃d bonũ ex genere ¶ Notandum q͛ in actib⁹ voluntatis duplex pōt inueniri bonitas ſc; naturalis ⁊ moral. De naturali nō ē hic ad ꝓpoſitũ. ¶ Moralis eſt triplex ex gn͞e. ſc; bonitas virtuoſa. meritoria. ⁊ gratuita. ¶ Reſolutio ſtat in diſtinctōe. ¶ Diſtinctio. O p⁹ humanũ pōt dici tripl'r bonũ. Nã q̃dd ã eſt q̃d eſt bonũ ſimpl'r. Aliud ē bonũ q̃d eſt diſpoſitũ de cõgruo ad finē. Aliud ē bonũ q̃d eſt ordinabile in finē. Primũ ē illud q̃d eſt ordinatiuũ in finē ⁊ eſt meritoriũ vite eterne. Unde omne opus virtuoſum elicitu; a nobis ſm grãm omne tale opus ē meritoriũ vite eterne. ¶ Primum dictũ. Liberum arbitriũ lapſum abſq; auxilio gr͞e gratũfacientis nō pōt in opus bonũ ſimpl'r. ¶ Scdm dictum. Liberũ arbitriu; lapſum abſq; munere gr͞e gratiſdate nō pōt in bonum diſpoſitiuum de congruo. In bonũ ſimpl'r patet q̃a indiget gr͞a gratiſdata ad hoc q͛ ſciat q͛ oĩa dona q̃ h; ſunt a deo; q; non ē paruũ bonũ cognoſcere ip̃m munus gr͞e ¶ Terciũ dictũ. Liberũ arbitriũ lapſũ abſq; gr͞a gratiſdata ex puris ſuis naturalibus pt̃ in tale bonũ ex genere q̃d eſt ordinabile in fine;. ¶ Quartũ dictum. Nullum bonũ opus q̃tũcunq; paruu; poſſum⁹ facere ſine diuino auxilio ⁊ generali influentia. patet quia ſcd͞a cauſa non poteſt agere niſi mediante prima. ergo ⁊c̃.

Circa vigeſimã nonã diſtinctionē queritur p̃mo. Utrũ abſq; dono gratie homo eſſet accept⁹ in ſtatu innocentie. Aduertendum q͛ queſtio eſt de gr͞a gratumfaciente. Iſta ſũt ſynonima hominē eſſe acceptũ vl' charũ deo. ¶ Reſolutio ſtat in diſtinctione. ¶ Diſtinctio. Contigit aliq̃d eē acceptu; deo dupliciť. Uno mō acceptatiōe generali Alio mō ſpāli. Generalis ē illa qua de⁹ acceptat oēm creaturã tanq; bonã et ipſam cõſeruat ineſſe iſto mō acceptat de⁹ oĩa encia. Et dr̃ de iſta diligis domine oĩa ⁊c̃. Specialis ē illa q̃ deus reputat aliquã creaturã eſſe dignã vita eterna ⁊ iſto mō ſolũ acceptat creaturã rōnalem Et de iſta eſt queſtio pro declaratione. ¶ Prima ꝓpō. Omne opus dei acceptatur ab ipſo acceptatōne generali. ¶ Secunda ꝓpō. Sola creatura rōnalis lic; nō omnis ſed ſola illa q̃ ſolũ habet gr͞a; gratũfacientē acceptatur in vitã eternã a deo acceptatione ſpāli quia ſola eſt capax beatitudinis. ¶ Tercia ꝓpoſitio ē. Creaturã rōnalē acceptat deus illa acceptatione ſpāli q̃n cõſecrat eã in tẽplũ ⁊ adoptat in filiũ ⁊ aſſumit in coniugiũ De iſto tẽplo dr̃. Pater nr̃ q̃ es in celis. id eſt iuſtis. De ꝯiugio ſpũali pōt appli cari liber d̃ cãtic; canticoꝝ. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Acceptatio gn͞alis non requirit aliq̃d donum gr͞e ſupadditũ nature. Licet acceptatio ſpālis nō poſſit eſſe ſine gr͞a gratũfaciente. Due conditiones ſunt in iſta acceptatōe ſc; cõdeſcenſus liberaliſſimus ⁊ ſublimatio talis creature q̃n adoptat eos in filios. ¶ Quinta ꝓpō. Nō in ſtatu innocentie ad hoc q̃d placeret deo indigebat gratia gratumfaciente: quia ſine gratia impoſſibile eſt deo placere.

Querit͛ ſecundo. Utrũ homo in ſtatu nature inſtitute poſſet in opus meritoriũ exire abſq; dono gratie ¶ Reſolutio q̃onis ſtat in ſequentibus ꝓpoſitionib⁹. ¶ Prima ꝓpoſitio ē. Non ſolum gr͞a eſt neceſſaria ad merendũ ſm ſtatũ innocẽtie. pt; q; oĩs hō de lege dei ordinata ſi ē ĩ gr͞a pt̃ mereri. ſi ſit in pc̃ō q̃licũq; ⁊ nec angeli ⁊ q̃dcũq; op⁹ faciat nō meretur ad vitam eternam. Correlarium. Homo in ſtatu innocentie ſine dono gr͞e nō potuit mereri: nec etiã ãgeli ſi creati fuerĩ ĩ pur; naturalib⁹ de ꝯdigno

¶ Tercia ppõ ẽ. Nunq̃ deus acceptat opa hoīs viatoris niſi p̄us acceptet pſonam. Magis inclinati ſum⁹ ad bonū q̃ ad malū: q2 obiectū volūtatis eſt bonū. Sicut lapis deſcēdit naturalr: ſic etiaȝ voluntas inclinatur ad bonum niſi liberum arbitriū depuatū ſit p culpā.

Queritur tercio. Utrū

hō ante lapſum habuerit grām. ¶ Reſolutio. Adā ante lapſum grām gratūfacientē habuit: p quā nō ſolū malo reſiſtere ſʒ etiā bono pficere potuit: ⁊ illa gratia adiutus: ita bene meruiſſet mādatū dn̄i obſeruādo: ſicut demeruit tranſgrediēdo ⁊ antiq̄ dicūt q̧ creat⁹ fuit in gr̄a.

Querit quarto. Utrū

hō ſimul cōdit⁹ fuerit in gratuitis ⁊ naturalibus. ¶ Reſolutio ſm Thomā q̧ adam fuit creatus in charitate ⁊ eſt pro habil' ſatis ſʒ opinio bonauē. videt pbabilioꝛ. Et eſt q̧ fuerunt tres moꝛule. In pma fuit creat⁹ in puris naturalib9. Et poſtea diligēdo deū ſup oīa diſpoſuit ſe de cōgruo ad habendū grām quā de⁹ dedit ei q2 fuit creatus plen⁹ gr̄a. Ideo in ſcda moꝛula habuit gratiā diligēdo deum. In tercia moꝛula peccauit in q̄ fuiſſet grat⁹ ſi ſtetiſſet in gr̄a reſiſtēdo vxoꝛi ⁊ diabolo. Auguſtin⁹ q̄ creauit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te.

Querit quinto. Utrū

habuerit adā tot ṽtutes ante lapſum q̄t habuit poſt lapſum. Capitur ibi ṽtus theologice ⁊ cōiter. ¶ Reſolutio ſtat in ſequētibus ppōnib9. ¶ Prima ppoſitio. Cū ſit ꝯparatio multitudinis donoꝝ gr̄e ad ſtatū nature lapſe ⁊ ſtatū nature inſtitute. hoc pt̄ itelligi vel de donis gr̄e gratuite ſiue gratiſdate vel de donis gratie grãfacietis. ¶ Scda ppõ. Si intelligatur de donis gr̄e gr̄iſdate ſic ſe hn̄t ſicut excedētia ⁊ exceſſa. p eo q̧ aliq̄ dona gr̄e gr̄iſdate habuit adā in ſtatu illo: vtpote imoꝛtalitatē ⁊ ipaſſibilitatē: que non habuit aliq̄s poſteroꝝ eius. Et aliq̄ dona gr̄e gratiſdate habēt poſteri ei⁹ q̄ ipe nō habuit ſicut gr̄a ſanitatū ⁊ opatio ṽtutū ⁊ genera linguarū ⁊ ꝯſilia. Nō aūt hui⁹ diuerſitatis venit ex hoc q̧ alia dona expediebant illi tpī ⁊ alia competunt iſti. Tercia ppō. Dona gr̄e gratumfaciētis ſunt in eq̄li numero in ſtatu nature inſtitute ⁊ in ſtatu nature lapſe loquēdo de donis ⁊ ṽtutib9 q̃tū ad actus ⁊ habit⁹ q̄ pfectionis ſunt. ¶ Quarta ppō. Uirtutes ſiue dona tā gr̄e gratiſdate tā gratie gratūfaciētis q̄ impoꝛtāt q̃tū ad actus ſuos aliquā ipfectionē nō fuiſſent in ſtatu nature inſtitute licet ſint in ſtatu nr̄e miſerie. Si adā nō peccaſſet vere nō fuiſſent ⁊ ceteri dānati q2 ſoli electi fuiſſent

Circa triceſimaȝ diſtinctionē querit pꝛimo. ¶ Utruȝ coꝛruptio ſupplepenalis quā videm⁹ in humana natura inſit ei ex ſue ꝯditōnis pꝛimoꝛdio: an ex pcti merito .i. demerito. ¶ Rn̄deo. Dicēdū q̧ abſq̧ dubio natura hūana a pncipio ſue ꝯditōis nō eſt inſtituta tantis miſerijs ⁊ coꝛruptionib⁹ i quātis modo ſumus. Hoc em̄ veritas ſcī dei pdicat. ſacre ſcpture cōfirmat: rōnis pbabilitas maniſeſtat ¶ Sciendū q̧ duplex eſt coꝛruptio q̄dā penal' ⁊ eſt pꝛiuatio alicui⁹ rei ꝯueniētis q̃tū eſt de ſe ipī creature rōnalis ppter carentiā iuſticie debite cui⁹ iuſticie ipſa ſcʒ creatura vel alia ē debitrix ſibi inflicta vel volūtarie ſuſcepta vel patiēter tolerata. Et dicit volūtarie ſuſcepta ppter xp̄m vel patiēter tollerata ppter vginē glorioſam: q̄ licet nullū pctm̄ habuerit tn̄ poꝛtauit illas penas patienter. Alia ē culpabilis coꝛruptio q̄ eſt carētia rectitudinis q̄ deberet eſſe in actu ⁊ nō ineſt ⁊ nō eſt aliud q̃ pctm̄ foꝛmalr captū: Quecūq̧ em̄ voluntas creata ē nata ꝯfoꝛmari ⁊ debʒ eē in his q̄ ſunt agenda regule q̄ ſunt ſupme iuſticie q̄ eſt volūtas dei in obliqua

bili ꝛ hec cõcoꝛdia vel cõfoꝛmitas eſt iu/
ſticia. Si aũt voluntas creata diſcoꝛdet
a volũtate increata tũc efficiť iniuſta et
caret rectitudine debita i actu ſuo. No/
ta ꝙ iuſticia oꝛiginalis erat in omib⁹ po
tentijs aie ſenſitiuis ꝛ intellectualibus.
Ita ꝙ q̃libet potentia habebat ſuũ do/
num ꝑ qḋ regebatur.

Queriť ſecundo. Utrũ

merito ꝑme trãſgreſſionis hũana natu/
ra fuit coꝛrupta penalr̃ tm̃: an etiam cul
pabilr̃. ¶ Rñdeo. Dicendũ ꝙ abſ꜠ du
bio tota maſſa nõ ſolũ penalr̃ ſ꜡ etiã cul
pabilr̃ fuit coꝛrupta. Probatio. Quili/
bet hõ deſcendẽs ab adã ſeminalr̃. hoc ẽ
ꝑ ↄcubitũ viri ꝛ mulieris ↄ̃hit pctm̃ oꝛi
ginale in ſui ↄceptione per qḋ efficiť aia
inimica dei ꝛ filia ire. Debet intelligi cõ/
cluſio bonauẽture. Non eſt aliq̃ regula
q̃ nõ habeat exceptionẽ. Nec ꝑuilegiũ꜡
ꝑiudicat regule gñali. Nunq꜠ aia virgi
nis marie fuit ſine gr̃a nec ꝑ aliqḋ inſtãs
ſic iſta tria fuerunt ꝑiter. ſc꜡ creatio aie
vnio cum coꝛpoꝛe ꝛ infuſio gr̃e. Et ideo
iſta regula nõ intelligitur de ipſa ꝟgine
maria ſed fuit ꝑuilegiata. Melius eſſet
hoi nõ eſſe ꝛ annichilari q꜠ ſtare in pctõ
moꝛtali ꝛ actuali qꝛ eſt maxima penarũ
eſſe in pctõ per qḋ ẽ in ira dei ſui: ſed nõ
de pctõ oꝛiginali quia imediate dať re/
mediũ per gratiã baptiſmalem.

Queriť tercio. Utrum

oꝛiginale pctm̃ ſit ↄcupia. ¶ Notandũ
pctm̃ oꝛiginale diffiniť ab auguſtino di
cens. ꝙ eſt ↄcupia. Et anſhelm⁹ dicit ꝙ
eſt carentia iuſticie oꝛiginalis: ꝛ qꝛ ꝑua/
tiones nõ cognoſcunť niſi ꝑ habitus ſibi
oppoſitos: ꝛ cũ pctm̃ oꝛiginale ſit pꝛiua
tio iuſticie oꝛiginalis ipm̃ nõ cognoſciť
niſi ꝑ iuſticiã oꝛiginalem. Juſticia oꝛigi
nalis eſt quoddã donũ ſupnaturale im/
mediate ꝓducibile a deo in ipſa volun/
tate. reddens deũ delectabilioꝛẽ ipſi vo/
luntati q꜠ qḋcunq꜠ bonum ſenſibile: tol
lens oĩm rebellionẽ oĩm viriũ inferioꝝ
ad ſupioꝛes: ꝛ faciens ꝑfectã tranquilli/
tatem inter eas ꝛ pacẽ. In ꝑmo em̃ hoie
iuſticia oꝛiginalis erat quaſi frenũ quo
mediante ipſa aia regebat coꝛpus ad im
periũ ſue voluntatis ſine rebellione: ſed
cũ omni facilitate. In nobis autẽ illud
frenũ ablatũ eſt: ideo aia nõ regit ſm̃ re
ctam rationẽ niſi cum magno laboꝛe et
difficultate ꝛ hoc ꝓpter abſentiã iuſticie
oꝛiginalis. Ex hoc ſeq̃tur ꝙ iuſticia oꝛi
ginalis nobilioꝛ erat ſm̃ q̇d ipſa chari/
tate. tñ ſimplr̃ charitas ẽ nobilioꝛ iuſti
cia oꝛiginali quia q꜠uis nõ faciat illum
effectũ ſ꜡ pacẽ ꝛ tranq̃llitatẽ viriũ infe/
rioꝝ ad ſupioꝛes. fac tñ vnũ aliũ effectũ
nobilioꝛẽ q̇ eſt eſſe gratũ deo ꝛ dignũ vi/
ta eťna qḋ nõ faciebat illa iuſticia oꝛigi
nalis. ¶ Nota ſm̃ aliq̃s ꝛ ſcotũ꜡. Q꜠ q̃li
bet appetitus ſenſitiuus habuit ꝓpꝛia꜡
iuſticiã oꝛiginalem. Et põt ſic deſcribi
Eſt quoddã donũ ſupnaturale imedia
te pꝛoducibile a deo in appetitu ſenſiti'
uo rectificans ſic ipm̃ vt libẽtius obedi
at volũtati quã trahať a ſuo appetibili.
Libentius capiť pꝛo delectabilius. Ju/
ſticia ergo oꝛiginalis in voluntate facie/
bat voluntatẽ recte imperare ꝛ alie i ap
petibilib⁹ ſenſitiuis. faciebãt recte obe/
dire pꝛomptius ipſas potentias ſenſiti/
uas ipſi voluntati. ¶ Nota ꝙ peccatum
oꝛiginale capitur duplr̃. Uno mõ mate
rialiter. ꝛ ſic eſt ↄcupiſcẽtia intenſa put
ↄtrahitur a ꝑma oꝛigine. ꝛ ſic intelligiť
ab auguſtino ꝛ magiſtro in litera. Alio
modo capiť foꝛmalr̃. ꝛ ſic ſm̃ anſhelmu꜡
eſt carentia iuſticie oꝛiginalis debite in
eſſe: nõ qualitercũq꜠: ſed ex eo ꝙ eſt acce/
pta in pꝛimo ꝑente noſtro ꝛ in eo amiſſa
Ex hoc ſeq̃tur ꝙ adã ꝛ eua nõ habuerũt
peccatũ oꝛiginale: ꝛ qḋ nõ acceperant iu
ſticiam oꝛiginalẽ in alio que erat coꝛu꜡
parens. vterq꜠ em̃ fuit immediate ꝓdu/
ctus a deo ꝛ acceperant iuſticiã oꝛigina/
lem ab ipſo deo immediate. Sequitur
etiam ꝙ ſi deus faceret hominẽ in puris

naturalib⁹ ſine charitate ⁊ iuſticia originali iſte non eſſet in peccato quia non deberet eam habere.i. non eſſet obligatus ad habendã eam. ¶ Notandũ ꝙ concupiſcentia ſenſitiua eſt duplex. Quedam habitualis ⁊ eſt habitus inclinans appetitum ſenſitiuũ ad imoderate appetendum delectabilia ⁊ fugiendũ triſtabilia Iſte habitus dicit̃ pronitas ad malum. Actualis cõcupiſcentia eſt actus vicioſus elicitiuus.i.productiuus talis habitus. Duplex eſt cõcupiſcentia in voluntate ſcʒ habitualis que eſt quedã pronitas vicioſa inclinãs voluntatẽ ad faciliter condeſcendendũ ipſi appetitui ſenſitiuo i his que inordinate cõcupiſcit. Et de iſta intelligitur queſtio. Cõcupiſcentia actualis in voluntate eſt actus elicitiuus talis a volũtate. vel elicitus a tali habitu. ¶ Reſolutio ad queſtionem. Sicut peccatũ actuale dicit non ſolum auerſionẽ a deo ſed etiã conuerſionẽ ad bonũ cõmutabile. ſic dicendũ eſt de peccato originali ſuo modo. ¶ Propoſitio. In omni peccato mortali commiſſionis auerſio a deo eſt formale in peccato. conuerſio ad creaturã vero vel ad bonũ cõmutabile eſt materiale in peccato.

Querit̃ quarto. Utrũ

peccatum originale ſit ignorantia. De ignorantia dictũ eſt viceſimaſecũda diſtinctione. ¶ Sciendum tamen vltra ꝙ iſta pronitas quã habemus ad malum vocatur multis nominib⁹. ¶ Primo peccatum originale quia ineſt nobis a pma noſtra origine. Uocatur etiã fomes ꝗa inclinat ad malumʒ peccatũ. ſicut ignis fouetur per lignũ. ſic peccatũ actuale p fomitẽ hunc. Ideo dicit̃ pabulum mortis ⁊ nutrimentũ facinoris. Dicit̃ etiam concupiſcentia iſta de cauſa vt eſt inclinatio actualis. Dicit̃ concupiſcibilitas ꝓpter aptitudinẽ. Dicit̃ languor nature inq̃ꝰtum reddit voluntateʒ noſtrã inhabilem ſiue difficilem ad bonũ. Dicit̃ tyrannus inq̃ꝰtum ſenſualitas captiuat rationẽ ſibi. Uocatur etiam lex carnis: quia eſt ex carne per concubitum viri et mulieris. Dicit̃ lex membroꝝ quia illicite mouet membra. Dicit̃ ignorantia: quia ex iſtis motib⁹ diminuitur vſus rationis. Paulus vocat concupiſcentiã ſtimulũ carnis. Dicit̃ etiã angelus ſathane q̃ nuncius eſt diaboli. Et ſunt mangones ⁊ garciones q̃s mittit ante ſe. Uocatur libido ꝓpter inordinatam delectationem. Dicit̃ rebellio viriũ inferioꝝ ad ſuperiores. ¶ Reſolutio ſm hugo. Ipſe inſinuat ipſum originale eſſe vicium qđ cõtraximus per ignorantiã. Hoc declarat anſhelmus dicẽs ꝙ omẽ peccatũ eſt iniuſticia: ⁊ omnis iuſticia ⁊ iuſticia in voluntate conſiſtit. patet ergo ꝙ peccatum originale dicit̃ ignorantia. ¶ Ignorãtia dupliciter capitur. Uno modo vt dicit pure neſcientiã. Alio modo vt eſt coniuncta concupiſcentie.

Querit̃ quinto. Utrũ

aliquid tranſeat in veritatem humane nature per actũ generatiue. Scđm ſcotum. Omne illud dicit̃ eſſe de veritate nature humane qđ ẽ vere animatuʒ vel fuit aliquãdo animatũ vt anima intellectiua ⁊ omnes partes carnis ſunt de virtute humana. Ex quo ſequit̃ ꝙ homo reſurget cum omnib⁹ partib⁹ que fuerunt de veritate hũane nature. ¶ Reſolutio queſtionis ſtat in ſequentib⁹ ꝓpõnibus. ¶ Prima ꝓpoſitio ẽ. Sicut deus reſeruat ſibi creationẽ animarũ ꝓpter ipſaꝝ imortalitatẽ. Ita reſeruat ſibi multiplicationẽ corpoꝝ hũanoꝝ ⁊ augmẽtatõnẽ ¶ Secunda ꝓpoſitio. Sicut deus multiplicauit panes euangelicos. Ita deus augmentat humanũ corpus ex modico ſemine. ¶ Tercia propoſitio eſt. Licet deus multiplicet ex tam paruo ſemine corpus humanũ ita magnũ. non tamen facit miraculũ quia operatur per naturã. Natura enim alendo ⁊ nutriẽdo quaſi

fouet extrinſecꝰ ⁊ deꝰ nutrit intrinſecus. ¶ Nota ꝙ aliqd eſt de veritate nature hūane tripl'r. Uno mō ꝯſtū ad neceſſitatem ⁊ hoc mō illud eſt de veritate huma ne nature ſine quo hō nō pōt eſſe vt ſunt ꝑtes ꝓncipales hoīs vt coꝛ epar caput. Alio mō ꝯſtū ad cōplemētū vt ſunt iſta q̄ ꝑtinent ad bene eſſe vt eſſe ꝑfectū ⁊ integrū vt manꝰ pedes hr̄e. Alio mō ꝯſtuꝫ ad decorem cuiuſmodi ſunt capilli ⁊ vngues. Propꝛie ⁊ ꝯueniēt nō pōt dici veritas nature aſinine vel canine: ſicut dr̄ veritas hūane: quia nō oꝛdinatur ad incorruptionē ⁊ reſurrectionē.

Circa triceſimã/ primã diſtinctionē q̄rit primo.

¶ Utrū aīa ſenſibilis i hoīb; ſit a generāte. Senſibile actiue dictū ē qd̓ eſt aptū natū ſentiri actu paſſiuo ⁊ tūc tm̄ valet ſicut ſentire ⁊ ſic capit in q̄ōne ¶ Reſolutio q̄ōnis ſtat in ſequētib; ꝓpōnib;. ¶ Prima ꝓpō. Aīa hꝫ multas potētias etiā ſenſitiuas: vt ſunt potentie gn̄atiua viſiua auditiua ⁊c̄. Et ita ipſa aīa dr̄ viſiua in ꝙtum pōt videre ⁊ ſic de alijs: eſt tn̄ vnica ſubſtantia. ¶ Scd̓a ꝓpō. Extremū ſpūs ſiue aīe eſt formalitas aīe ꝯcurrens cū oꝛgano ad ꝯſtituēdū potentiā ſenſitiuam. Extremū aūt coꝛpoꝛis ē oꝛganū diſpoſitum ad recipiendū illā aīe formalitateꝫ ⁊ ꝓ iſta ꝑte coꝛpoꝛis capit ſenſus. ¶ Nota ꝙ potentia ſenſitiua capit tripliciter Uno mō pꝛo materiali ⁊ ſic eſt oꝛganuꝫ cuiuſlibet potentie ſenſitiue neceſſario requiſitū ad actū ſentiendi vtputa duo oculi vel duo nerui ſe in modum crucis ſancti andree habentiū ī potentia viſiua ⁊ ſic capiendo animā ſenſitiuā: aīa rōnalis non trahit ſecū potentias ſenſitiuas cū ſeꝑatur a coꝛpoꝛe. Alio mō capitur pꝛo formalitate q̄ ſe tenet ex parte aīe q̄ hꝫ multas formalitates ex q̄b; ⁊ oꝛganis materialib; fiunt potentie ſenſitiue complete que ſunt alique entitates diſtincte realr ab ipſis partib; ex q̄b; ꝯſtituunt et reſultant. ⁊ hoc mō capit ꝓpꝛie potentia ſenſitiua ſcꝫ ꝓ illa tercia entitate et iſtas non trahit aīa ſecū cū ſeꝑatur a coꝛpoꝛe ſed coꝛrūpitur. Sed ſolum trahit ipſas capiēdo pꝛo formali ſiue pꝛo eo qd̓ ē ex parte aīe. et ſic debet intelligi autoꝛitas Auguſtini. qn̄ dicit. Oꝛ aīa cū recedit trahit ſecū potentias ſenſitiuas ⁊c̄.

Querit ſecundo. Utrū

oꝛiginale pctm̄ ꝯhatur in aīa ex carne ex aliquo appetitu ⁊ voluntate aīe. ¶ Sciendū ꝙ duplex ē appetitꝰ aīe vel voluntatis nr̄e. vnus deliberatiuꝰ alius naturalis. Primꝰ ē ipſamet volūtas ſm ꝙ ē libera ⁊ libere elicit oꝑationes ſuas. Naturalis appetitus eſt q̄dā inclinatio vel tendētia volūtatis ſm quā inclinat ad aliqd̓ ſibi cōueniēs: ⁊ iſti duo appetitus differūt q2 ꝓmꝰ p̄requirit cognitionē: q2 nihil volitū niſi p̄cognitū. natural' autē nō p̄ſupponit aliquē actum intellectus. ¶ Triplex ē ſenſus. Primꝰ dicere aīam appetere appetitu deliberatiuo infectionem carnis ⁊ ꝯtractionē pcti anteꝙ aīa cōiungatur coꝛpoꝛi vel carni ē hereſis. ¶ Scd̓s ſenſus. Dicere animā ꝯtrahere originalē culpam ex carnis coꝛruptione tanꝙ ex materiali ⁊ ex appetitu naturali ipſiꝰ aīe ex cauſa efficiēte ē multū ꝓbabile ſed iſta ꝯcl'o reꝓbat. ¶ Terciꝰ ſenſus ⁊ verꝰ ſtat in iſta ꝓpōe. Dicere ꝙ aīa nr̄a ꝯhit pctm̄ originale ꝑ appetituꝫ naturalē ſui quā hꝫ ad carnē infectā ita tn̄ ꝙ vnio aīe ad coꝛpꝰ nō ſit cauſa ꝓncipal' q̄re pctm̄ originale ꝯhit. Sed peccatuꝫ originale ſiue viciū qd̓ naſcēdo ꝯhimus ineſt aīe ꝓmo rōne ꝑtis ſenſitiue. ⁊ ſic pꝫ rn̄ſio. Concede g° ꝙ originale pctm̄ ꝓut eſt viciū in nobis pꝛimo inchoat a parte ſenſitiua: q2 triplex ē coꝛruptio: q̄dā eſt qua ꝑſona coꝛrūpit naturam ſicut fecit adā. Alia qua natura coꝛrūpit ꝑſonā. Tercia qua perſona coꝛrumpit ſeipſam peccando actualiter.

Tercio queriť. Utrum maioꝛ ſit infectio generatiue ꝑ oꝛigina/le ꝗ̄ alteri⁹ potēte. ¶ Rñſio dicendū ꝙ abſq̄ dubio inter ceteras potentias ſen/ſibiles maxime coꝛrupta eſt vis genera/tiua. Uñ ſicut cōſueuit dici. Alie vires non ſolū dicunť coꝛrupte. ipſa ꝟo coꝛru/pta diciť ⁊ infecta ꝓpter ↄcupiē pruritū ⁊ vehementiā q̄ reſidet in ipſa: qm̄ eſt ra/dix infectionis ⁊ coꝛruptiōis. Hinc eſt ꝙ illa vis q̄ eſt adminiſtratiua illi⁹ ſemis plus hꝫ in ſe de infectione ⁊ coꝛruptione oꝛiginali.

Quarto queriť. Utruꝫ aīa inficiať a carne. ¶ Rñſio dicendū ꝙ abſq̄ dubio oēs doctoꝛes ↄueniūt ī iſta ↄcluſione ⁊ tenēt ꝙ aīa ↄtrahit pctm̄ oꝛi/ginale mediāte carne ſupple ſemiata ab adam. ¶ Prima ꝓpō. Q2 aīa vniť carni moꝛtali ⁊ paſſibili quā nō pōt regere ef/ficitur ↄcupiſcēs: ⁊ ſic cōtrahit maculā oꝛiginalis culpe: q2 ipā ↄcupiſcētia ſiue neceſſitas ↄcupiē reddit aīam ꝑuerſam ¶ Scďa ꝓpō. Et qm̄ caro moꝛtalis ha/bet ꝓpagari ex carne moꝛtali: ⁊ moꝛtali/tas fuit in carne pꝛimi parētis pꝛopter pctm̄ inobediētie: hinc eſt ꝙ pctm̄ oꝛigi/nale in nos diciť trāſire a pͥmo parente. ¶ Tercia ꝓpō. Per naturam pꝛebet ca/ro ipſi aīe obſtaculū vel offendiculū vt non habeat illā iuſticiā ex hoc ꝙ ꝓpaga/ta eſt a pͥmo parente. ¶ Quarta pꝛopō. Uñ ex ↄiunctione anime ad talē carneꝫ ſcꝫ ꝓpagatā ab adā: ille qui naſciť diciť fili⁹ ade .i. ire. ¶ Quinta pꝛopō. Et q2 adā offendit deū: non tm̄ pꝛo ſe: ſed etiā in tota ſui poſteritate. Hinc eſt ꝙ aīa hoc ipō ꝙ tali carni ↄiūgiť et ſpectat ad genus ade: q2 peccauit in adā: indigna efficitur vt ſibi iuſticiā apponat: ⁊ cum debeat hēe ⁊ non hꝫ culpabiľ eſt et rea ⁊ per ↄſequēs efficiť cōcupiſcēs ⁊ vana: ſi/cut manus paralitica efficiť tremuloſa ex diſſolutione ꝟtutis regitiue. Itē da/to ꝙ deus crearet hoīem de digito nouū vľ aliqđ excepto ſemie nō ↄtraheret oꝛi/ginale pctm̄. Fomes pcti eſt quedā qua/litas moꝛbida in carne exñs cauſans re/bellionē viriū inferioꝛū ad ſupꝛioꝛes in/clinās ad mot⁹ ſenſuales ⁊ inoꝛdinatos. Iſta diffinitio eſt mgr̄i ⁊ antiquoꝝ que pꝛo parte eſt vera ſicut experimur.

¶ Sed queriť. Utrum fuerit in virgine maria. Sūt due opiniones vna dicit ꝙ ſic. in conceptione filij dei fuit totaliter ſopitus ⁊ extinct⁹. Alij dicūt ⁊ teneť fir/miſſime cū qb⁹ eſt mgr̄ nr̄ ꝙ nūq̄ habuit fomitē nō qn infuiſſet niſi de⁹ pſeruaſſet eā ⁊ ſic ſm vtrūq̄ moduꝫ in ea non fuit motus aliqͣs ſenſualis ⁊ inoꝛdinatus vt ſit tota pulcra et nulla macula ſit in ea ſm ſacrā ſcripturam.

Quinto queriť. Utruꝫ oꝛiginale cōtrahať in aīa ex carne ex ali/quo appetitu ⁊ volūtate aīe. ¶ Rñſio dicendū ꝙ nunq̄ caro pōt aīam inficere niſi aīa haberet colligātiā ad ipām ꝓpť hoc ſimpľr cōcedendū eſt pctm̄ oꝛigina/le eſſe contractum ⁊ nullo mō debet dici actum. Et hoc ipſum nomen indicat qđ dicitur pctm̄ oꝛiginale eſſe cōtractū: nō actuale dꝫ naturale nō voluntariū.

Circa trceſimaꝫ ſcďam diſtinctionem queriť pꝛimo. ¶ Utrū baptiſmus deleat oꝛiginale pctm̄ q̄tū ad culpā. ¶ Rñſio dicenduꝫ ꝙ iuſticia dei oꝛdinauit poſtq̄ adā perdidit iuſti/ciam ꝙ nunq̄ videret faciē ſuā niſi illā recuparet in ſe vel in equiualēti: ſed nul/lus deſcendēs ab adā per ꝓpagationem poteſt recupare eam ſed in equiualenti ſcꝫ in gratia dei que digniꝛ eſt ipā iuſti/cia poteſt recuperari: ſed culpa oꝛigina/lis nō pꝛomeretur pena ſenſus ſed pena damni: quia dixit iuſticia diuina nūq̄ videbit me homo. Unde cum excludiť carētia debite iuſticie ꝑ grām baptiſma

le:remanet ↄcupiſcentia rõne pene ⁊ ſic concedo pctm̃ originale q̃tuȝ ad culpã remitti ⁊ deleri in baptiſmo. Etiaȝ ſine confeſſione pma:licet debeat habere cõtritionẽ ⁊ ratio eſt q: nondũ habet pmã tabulã naufragij ſcȝ baptiſmum.

Scđo queritur. Utruȝ originale pctm̃ deleri habeat q̃tum ad cauſam. ¶ Rñſio dicenduȝ ꝙ dupl'r eſt loqͥ de cauſa originalꝭ. Aut ſm ↄſiderationem vnius hominis in ſe. Sic ſemp cuȝ deletur originale pctm̃ deletꝰ cauſa originalis peccati q̃tum ad hoc vt non poſſit pctm originale deinceps cauſare in anima baptiſati. Remittitur eĩ qđdãmõ feditas carnis et ꝑ cõſequens improbitas ſui tyrannidis ratione cuius habebat ſpiritum in ſeruitutem peccati redigere: qđ quidem non poteſt facere poſt baptiſmũ ꝓpter auxiliũ gratie qđ ibi datur ſpũi: per qđ preſidet carni et ita effectus illius gratie qđdãmõ redundat in carnẽ. Aut ſcđo per comparationẽ ipſius ad alterũ: ex ipo ꝓpagandum ſic per baptiſmũ non deletꝰ originale q̃tum ad cauſaȝ ſiue radicem. Ratio huius: quia corruptio q̃ eſt cauſa peccati originalis ꝓpagandi eſt corruptio nature cõſiſtens penes vim generatiuam q̃ habet radicari in carne.

Tercõ queritꝰ in quo ſit concupiſcẽtia tanq̃ in ſubiecto videlicȝ ¶ Utrũ ſit in aĩa vel in carne. ¶ Rñſio dicendũ ꝙ ſi quis vellet ꝓprie ſubiectũ cõcupiſcentie carnalis aſſignare: nec tm̃ diceret carnẽ: nec tm̃ diceret animã: ſed ipſum totum coniunctũ: vt ſicut ſentire eſt actus coniuncti: ſic etiam actus cõiuncti eſt delectari carnaliter ⁊ concupiſcere. Uñ rões docto. ꝙ cõcupiſcentia magis eſt in aĩa q̃ in carne ſunt concedende. ¶ Utrum ſit a deo tanq̃ a pncipio. ¶ Rñſio dicendũ ꝙ homo meretur habere talem ogationẽ ex ſua culpa ⁊ in obedientia. Deus ꝟo hoc malum ad illud ꝑexiſtẽs ordinat ex ſua iuſticia. Ex quo ſequitꝰ ꝙ pena inq̃tum eſt a deo eſt iuſta.

Quarto queritꝰ. Utruȝ illam maculã quã anima ↄtrahit ex carne debeat deꝰ ſibi iputare id ẽ. Utrum iuſtũ ſit ꝙ deus imputet maculã peccati originalis ¶ Rñſio dicendũ eſt abſq3 dubio ꝙ deus imputet originale peccatum ipſis paruulis in demeritũ: quia in reatũ pene: ſaltẽ pene damni. Hoc exigit diuine potẽtie altitudo. Si anima rationalis hoĩeȝ deo non reddit cum in ſe non habeat decus imaginis diuine ꝑ qđ honorari debet: neceſſe eſt ꝙ deus de decus culpe recõpenſet in decorem iuſticie Scđo hoc reqrit ſapiẽtie diuine pulcritudo: q: non patitur aliqđ turpe ſed omne peccatum actuale vel contractum eſt priuatio modi ⁊ ſpeciei ⁊ ordinis. neceſſe eſt ꝙ inordinationem nature deus recompenſet per ordinem pene. Tercio hoc etiam reqͥrit diuine iuſticie rectitudo. In quocunq3 igitꝰ eſt illius iuſticie carentia: merito ſibi imputatꝰ a diuina iuſticia. Deus ꝟo recte exigit a natura qđ ipſe dedit et qđ iuſte debetur. Gregor. de arĩmino tenet ꝙ punientꝰ pena ſenſus ſed i hoc dimittitur ab omnibus. Sed ſm aliquos nullam triſticiaȝ habebunt ⁊ gaudebũt ad inuicem ⁊ venient ſuper terram: tamẽ carebunt ſummo gaudio viſione dei.

Quinto queritꝰ. Utruȝ deceat diuinam iuſticiam animam tali carni infundere. ¶ Reſpõſio dicendũ ꝙ iuſticia dupliciter capitꝰ. Uno mõ vt eſt ipius diuine bonitatis condecentia hoc modo decet diuinã iuſticiam aĩam rationalem infundere carni ex adam propagate: tum ex hoc qđ eſt rerũ cõditor. de

cet' appetitui nature ſatiſfacere: tū etiaꝫ ex hoc ꝙ rerū conſeruator ſiue prouiſor decet eū ſic ↄſeruare ſm ꝙ nata eſt ↄſeruari: tum quia gubernator ſic debet adminiſtrare ſm ꝙ inſtituit et nature ſue indidit virtutē ⁊ potentiā ad mouendū ⁊ operandū. Aug⁹. in. vij. de ciuita. dei. Sic res quas condidit adminiſtrat vt eas agere ꝓprios motus ſinat. Ex hoc colligitur neceſſario ꝙ ad diuine bonitatis condecentiam ſpectat inq̄tum eſt rerū adminiſtrator ꝙ anias talib⁹ corporib⁹ infundat. Exemplum. Si ꝓmiſiſſem alicui q̄tcūq̄ dolia faceret de aliqua arbore implere ea vino: ⁊ radix illius arboris ſic inficeret vt oīa dolia ex illa arbore facta vinū inficerent: qđ illis infunderet non eſſet culpa mei infundentis vinum in talia dolia: q2 ego facio qđ debeo ⁊ ꝓmiſi: ſed ei⁹ culpa eſt q̄ radicē arboris infecit ⁊ inepta dolia ꝑparauit. Et ſic patꝫ rñſio. Scđm aliq̄s paruuli pueri i limbo habebūt leticiā naturalē inter ſe per amiciciā ⁊ ſic nō debent velle non eſſe: quia magnū eſt eſſe creaturā dei ⁊ melius q̄ eſſe non ſimpl'r. Senſus iſtius auctoritatꝫ Grego. O felix culpa que talem meruit habere redemptorem: eſt o felix redemptor qui voluit facere talem redemptionē vt eſſem⁹ a culpa liberati ⁊ in grā reſtituti.

CIrca triceſimā terciam diſtinctionē queritur primo. ¶ Utrū peccata parentū proximoꝝ filiis imputentur: ⁊ ad eos tranſmittant. ¶ Parentes proximi dicuntur illi a quib⁹ immediate aliquis filius generatur. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ⁊ ſi circa actum generatiuū attendatur: nō tamē dicit corruptionem q̄ fit in ip̄a virtute generatiua ſm ſe: ſed qui conſiſtit circa voluntatem rationalē: ⁊ ita circa perſonam: ⁊ ꝓpter hoc culpa adulterij ſm ꝙ culpa in prolem trāſfundi non habet. Nihilominus tñ quia circa actū gñatiuū conſiſtit plus imputat prolī q̄ alia peccata parentum. Unñ vilis ⁊ abiectus reputatur ille qui eſt natus de adulterio: ⁊ etiā ſm leges humanas hereditate paterna indignus reputatur. Unde illud peccatum plus redundat in prolem q̄ alia actualia. Non tamē ſic redūdat vt culpa primi parētis qui poſteritatē ſuam nō tm̄ obligat ad ignorantiā ⁊ penā: ſed etiam fedauit pcti originalis macula ob quaꝫ quilibet cum naſcitur dignus eſt ira: et indignus viſione dei.

Secūdo querit. Utrū primus parens pro poſteris ſuis ſatiſfacere potuit: ſic potuit eos ex culpa ſua viciare id ē inficere ¶ Rñſio ſm ſcotum Satiſfactio eſt duplex: quedā generaliter capta: ⁊ quedaꝫ ꝓprie dicta. Prima eſt redditio volūtaria equiualentis pro equalenti: alias indebiti. abſoluta datio non poteſt dici ſatiſfactio: dicit volūtaria q2 ſi non eſt talis magis ſatis paſſio eſſet: q̄ ſatiſfactio: damnati ſatis patiuntur non tamen ſatiſfaciunt quia nō ſuſtinēt voluntarie. dī equalentis. i. equalentis alias indebiti: quia ſi ſum⁹ obligati ad aliqua opera non poſſum⁹ ſatiſfacere per illa: et iſta eſt cauſa de operationibus tam interioribus q̄ exterioribus. Proprie dicta eſt operatio exterior laborioſa et penalis: vel aliqua paſſio vel pena voluntarie aſſumpta ad puniendum peccatuꝫ a ſe cōmiſſum vel ab alio: et hoc propter diuinam iram placādam. Et ſic Adam ſatiſfacere non poterat vt impediretur tranſfuſio culpe originalis in poſteritatem ſuam. ¶ Nota bene id eſt doctiſſime. Uolūtas dei plene ſatiſfacit pro peccatis noſtris. Scđa cauſa ⁊ meritoria eſt paſſio xp̄i a qua habent efficaciam ſacramēta.

Tercio querit̃. Utrum originale in oib⁹ reperiat̃ eq̃liter. ¶ Reſpõſio dicendũ ꝙ ſicut ſi adam ſtetiſſet: oẽs eq̃les eſſent innocẽtes. Ita nũc cum adam peccauit: oẽs facti ſũt eq̃liter peccatores: ⁊ ita culpa originalis in oĩbus reperitur eq̃liter: ita ꝙ nõ maior ĩ vno ꝙ̃ in altero: nec etiã intendi habet in eodem ſubiecto. Excepta virgine maria. ¶ Nota ꝙ maioritas vel minoritas vel equalitas ꝑuationis ſumit̃ ſm quãtitatem habit⁹: ita ꝙ tãta eſt priuatio quãtus eſt habitus ſibi oppoſitus.

Quarto querit̃. Utrũ ſit ponere vnũ originale vl' plura. ¶ Reſponſio dicendũ ꝙ in vno homie vna eſt aĩa q̃ per originale pctm̃ inficit̃. Et vnius hominis vna eſt generatio in qua et per quã originale pctm̃ tranſfunditur ⁊ ideo originale pctm̃ in vno hoĩe eſt vnũ ſolũ ꝙ̃tuꝫ ad vnitatem ſm ſpeciẽ ⁊ ꝙ̃tũ ad vnitatẽ ſm numerũ. Peccatũ ade dr̃ eo vnũ qð eſt origo oĩm pctõꝝ: ⁊ ſic non tm̃ vnuꝫ ſpẽ ſed etiã vnũ numero. Alio modo dr̃ originale pctm̃ qð eſt in nobis origine. Et hoc mõ nõ fuit originale in adam ſed actuale In nobis aũt originale ⁊ non actuale.

Quinto querit̃. Utruꝫ paruuli decedẽtes in ſolo originali puniantur pena ignis materialis ¶ Rñſio ꝯcordat pietati fidei ⁊ iudicio rõnis ꝙ q² paruuli decedẽtes cũ originali carẽt iuſticia ⁊ ſpũs ſcti grã qui eſt pign⁹ eterne hereditatis: priuant̃ in eternũ viſioẽ dei ſed q² nõ habuerũt in ſe actualẽ delectatioẽ peccati nec in ſpũ nec in carne: ideo non ſentiũt pene ignis acerbitatem ¶ Nota ꝙ licet damnati puniantur infinitis penis ⁊ tormentis. i. valde multis tamen ponuntur tres quaſi principales grauiſſime. Prima eſt carentia viſionis dei q̃ dicit̃ eſſe grauiſſima ſm Criſoſto. ꝙ̃tum ad damnũ q̃ ꝑdiderũt bonũ infinitum: q² tã mala eſt ꝑuatio alicui⁹ boni ꝙ̃ eſt illud bonuꝫ cuius eſt priuatio. Scða eſt vermis ꝯſcientie q̃ eſt triſticia de beatitudine amiſſa ꝑpter pctm̃ ꝓprium actuale ⁊ deſpatio ⁊ rabies ⁊ eſt grauiſſima pena ſenſus interiorum anime. Tercia eſt pena grauiſſima ſcꝫ ignis infernalis ꝙ̃tum ad acerbitatem doloris cauſati in carne. ¶ Nota ꝙ eſt quidam ignis qui accẽdit̃ aqua ⁊ extinguit̃ oleo vt ptꝫ de igne calcis. Ali⁹ eſt ignis vſtiuus ſed nõ cõbuſtiuus q̃ infert paſſionẽ magnã ſed nõ ꝯſumptionẽ Et de iſto loquitur comeſtor dicens ꝙ talis fuit gladius verſatilis poſit⁹ añ paradiſuꝫ terreſtrem ⁊ hmõi eſt ignis infernalis. Et de iſto eſt q̃ſtio. Alius eſt ignis qui tm̃ mõ illuminat ſine cõbuſtione ⁊ vſtione. Et iſtos tres ignes p̃ter ignẽ elemẽtarẽ ponit Guilhelm⁹ pariſieñ. in ſũma ſua. Nota ꝙ phus in thopi. ponit triplicem ignẽ ſcꝫ ignis carbo ⁊ iſte viuit in materia terreſtri: et talis eſt ignis infernalis qui ſulphureus ⁊ niger ⁊ ſumme afflicti uus eſt. Alius eſt ignis flãma qui viuit in aere. Alius eſt ignis lux et iſte viuit in ꝓpria regione. ¶ Et ſic patet reſponſio ꝙ paruuli non puniant̃ pena ſenſus ſed damni. ¶ Utrum paruuli decedentes in ſolo originali puniant̃ aliquo dolore interiori. Nota ꝙ dolor et triſticia diſtinguuntur proprie loquẽdo. Quia dolor proprie eſt paſſio que ineſt anime primo ex carne ⁊ ſm partẽ ſenſitiuuam. Triſticia autẽ eſt paſſio q̃ primo ineſt anime ſm ſe ⁊ ſm partem intellectiuam Ex quo ſequitur ꝙ demones proprie nõ dolent nec etiam anime ſeparate ꝙ̃diu ſunt ſeparate ſed bene ambo habent triſticiam: tamen vnũ capitur pro reliquo In hac q̃ſtione capitur dolor large pro triſticia que dicitur dolor interior. Triſticia eſt q̃ ex his q̃ nobis nolentibus accidunt Scðm magiſtrũ ſtephanũ Bruleſer. Iſte doctor videtur ibi nimis eſſe rigoroſus: quia ſm ipſum ꝓbabile videt̃

ꝙ iſti paruuli erunt in iſto mundo poſt diem iudicij: ꝛ proficiēt in ſcientia ꝛ potuerūt diſputare ꝛ letari ad inuicē: tamē nihil habetur certū.

Circa triceſimā quartam diſtinctionē queritur primo. ¶ Utrum malum ſit a bono vt ab origine. ¶ Reſponſio dicendū eſt igitur ſicut fides ſana et magr̄ in littera ſanctorum auctoritatibꝰ manifeſtat ꝙ maluȝ a bono habet originem. Scdm̄ autē ꝙ malū dicitur malus actus interior ſic pōt eſſe primū in genere mali: ſed non in genere entis. In genere mali poteſt eſſe primū ſicut in prima deordinatione volūtatis luciferi anteꝗ̄ nulla preceſſerat malicia nec tamen poteſt eſſe principiū in genere entis. Actus eñ oīs a potentia pcedit ꝛ poſterior illa eſt. tanꝗ̄ effectus eſt poſterior cauſa. Et qm̄ potētia illa bona eſt de genere bonorum. patet ꝙ malū originem habet a bono.

Scdo queritur. vtrum

malum ſit a bona cauſa: vtpote a voluntate efficiente ꝛ deficiente. ¶ Rñſio dicēdum eſt ꝙ abſꝗ dubio malū ſiue pctm̄ eſt a volūtate vt deficiente: vt dicit Auguſt. in Ench. Nemo querat cauſaȝ male voluntatis: nō eñ habet cauſam efficientem ſed deficientem. Et hoc pōt dici tripliciter ſm ꝙ triplex eſt defectus circa volūtatem ſcȝ naturalis culpabil̃ penalis. Nam defectum naturalem voco ipſam defectibilitatē q̄ eſt a voluntate hoc ipſo ꝙ ex nihilo. Defectū culpabilem voco ipm̄ peccatum. Defectum penalē voco illud damnū ſiue nocumentū ſiue leſionem que conſequitur ad illud. vñ Auguſt. Nunꝗ̄ eñ eſt dedecus peccati ſine decore vindicte.

Tercio querit̃. vtrū malum ſit a bono ſm intentionem vel p̄ter.

¶ Reſponſio dicendū ꝙ de malo eſt loqui dupliciter. aut de eo qđ eſt malum. aut de malo ſub ratione mali. Cum ergo queritur vtrum fiat per intentioneȝ vel preter. Dicendum ꝙ ſi intentio comparetur ad id qđ eſt malum: ſic bene cōtingit malum intendere ꝛ tanꝗ̄ finem ꝛ tanꝗ̄ id qđ eſt ad finem: ſicut aliquis intendit finaliter luxuriari vel vane gl'iari tanꝗ̄ id qđ eſt ad finem: ſicut facere furtum intendit vt inde poſſit viuere voluptuoſe: ꝛ intendit mentiri vt poſſit fal ſo laudari. Si vero intentio comparet̃ ad malum ſub rōne mali poteſt eſſe dupliciter. Aut ita ꝙ intendat hoc facere tanꝗ̄ malum ſimpliciter et malum ſibi ꝛ hoc modo nullus intendit: quia nihil appetitur a voluntate niſi ſub rōne boni ſimpliciter vel boni ſibi. Aut ita ꝙ intendat hoc tanꝗ̄ malum ſimpliciter: verumtamen bonum ſibi: ꝛ ſic malum pōt fieri per intentionē ꝛ fit aliquādo. licet nō ab omnibus: ſed a malicioſis quibꝰ propter corruptionem palati interioris mala ſapiunt vt bona. Qm̄ igitur illud qđ eſt malum cadit ſub intentione: ꝛ aliqua ſunt que habent maliciā coniunctā inſeparabiliter: ꝛ qui intendit aliquid: per conſequens iudicat̃ intendere qđ eſt illi vnitū inſeparabiliter hinc eſt ꝙ malum iudicatur ꝛ punitur: vt factum per intentionem. Ex his patet Reſpōſio ad queſtionem.

Quarto queritur. vtrū

aliqđ malum ſit ab omni bono ſeq̄ſtratum. Et hoc eſt querere. ¶ Utrum aliquid ſit ita malū ꝙ nihil habeat de bono: ſed ſit in ſummo. ¶ Rñſio dicenduȝ ꝙ ponere malū aliquod eſſe quod nihil habeat de bono non ſolum eſt peruerſitatis heretice: ſed etiam manifeſte cecitatis et ſtulticie. Sicut enim in opponendo monſtratum eſt ipa poſitio implicat

in ſe oppoſita. Implicat em̄ ꝙ illud ſcꝫ ſumme malum ſit et non ſit: ꝙ idem poſſit et non poſſit. ꝙ idem ſciat et neſciat. Et dum implicat in ſe oppoſita deſtruit ſeipſam. Auguſtinꝰ dicit ꝙ manicheꝰ neſciuit quid eſſet malum et quia voluit de malo diſputare neſciens quid hoc eſſet. Ideo ſe et multos precipitauit in errorem.

Quinto q̄ritur. vtrum malum ſiue malicia ſit in bono ſibi oppoſito. ¶ Reſpōſio. Dico enim ꝙ malū ſubſtantificatur in bono et non ſoluꝫ in bono: ſed etiam quoddāmō ſibi oppoſito. Unde auguſtinus. Cum bona ⁊ mala nullus ambigat eſſe contraria: nō ſolum ſimul eſſe poſſunt ſed mala omnino ſine bonis ⁊ niſi in bonis eſſe nō poſſunt Hic expreſſe habetur ꝙ mala ſunt ī bonis ſibi oppoſitis. In bono autem ꝙ directe et formaliter opponitur ſubſtantificari non habet: ſicut dicit Auguſtinꝰ vt opponitur virtus ⁊ viciū: gratia ⁊ culpa. ¶ Utrum malum ſit in bono tanꝙ aliquis habitus: an ſit pura priuatio. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ malū ſiue peccatuꝫ dupliciter poteſt accipi. Uno modo abſtractiue. Alio modo concretiue. Scđm autem ꝙ malum dicitur concretiue ſic concernit illud quod deformat vel aliquā actionem vel aliquā ſubſtantiam: et ſic dicitur malum res mala vtpote actio mala vel anima mala. et hoc modo malum aliquid eſt ⁊ habet eē nature: et ſi peccator dicatur nihil eē: hoc dicitur q̄trum ad bene eſſe: quod quidē eſt eſſe ordinatum. De quo dicit Boecius. Eſſe eſt qḋ ordinem retinet ſeruatꝗ naturā. Contingit iterum loqui de malo ſiue peccato abſtractiue et hoc modo malum ſiue peccatum in recto ſiue p̄dicatione formali non eſt aliqḋ ſed nihil: quia non eſt ens hec bonū: ſed priuatio boni. Quāuis autem maliciam vel peccatum nihil ſit in recto: in obliꝗ tamen alicuius eſt et alicuius vt oppoſiti: et alicuius vt ſubiecti. Alicuius vt oppoſiti vtpote boni. Malum enim eſt priuatio boni: ⁊ quia ſic eſt priuatio boni: vt tamē non ſit omnino vera boni adnihilatio ſic priuat bonum gratie ꝙ relinquit bonum nature: ſic priuat actuꝫ vt relinquat aptitudinem ſic priuat bonum q̄trum ad effectum vt tamē in ſubiecto relinquat debitum: ⁊ ideo malum abſtractiue ſumptum formaliter loquēdo priuatio eſt: ⁊ ideo nihil eſt. Eſt entis alicuius vt ſubiecti: quia eſt in aliquo ente. Non enim eſt omnimoda priuatio ſiue adnihilatio.

Circa treceſimaꝫ quintam diſtinctionē queritur primo. ¶ Utrum peccatum aliqḋ bonum habeat corrūpere. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ abſꝗ dubio ſicut Auguſtinus in pluribus locis dicit. Peccatum corrumpit ⁊ aliquo bono priuat. Cum enim per peccatum fiat anime deformatio et obſcuratio nec poſſit intelligi aliquid deformari vel obſcurari ſine ammiſſione alicuius luminis et pulcritudinis neceſſe eſt intelligi: per peccatuꝫ aliquod in nobis bonum corrūpi. ¶ Notandum eſt ꝙ peccatum non eſt qualiſcunꝗ priuatio nec cuiuſcunꝗ boni: nec in quacūꝗ creatura reperta: ſed peccatum ſiue culpa priuatio eſt iuſticie. Iuſticia autem vt dicit Anſhelmus. eſt rectitudo voluntatis. Uoluntas autem eſt in ſola rationali creatura: ac per hoc et iuſticia: et ſicut iuſticia eſt voluntatis rectitudo: ſic culpa que iniuſticia eſt. eſt volūtatis obliquatio. Sicut igitur per obliquationē fit declinatio a rectitudine: ⁊ quedaꝫ rectitudinis exterminatio: ſic in culpe cōmiſſione fit in anima quedam rectitudinis adeptio ſiue corruptio. Et eſt atteṇ

dendum ꝙ cum ad rectitudinem voluntatis tria concurrat: ſcȝ ipſa potētia rectitudinalis et ipſe habitus rectitudinis: et ipſa habilitas media: peccatum non corrumpit ipām potentiam ſcḋm ꝙ potentia nec ſimpliciter nec ſm quid: ipm vero habitum rectitudinis ſimpliciter tollit. Ipſam vero habilitatē mediam quoddāmodo corrumpit ꝛ quoddāmodo relinquit. ergo potentiam nec diminuit nec aufert. iuſticiā ſimpliciter tollit. habilitatem vero mediam diminuit. dum homo per peccatum minus et minus redditur ad rectitudinem iuſticie habilis ſm ꝙ linea que magis et magis curuatur: minus eſt habilis ad diſpoſitionem rectitudinis. Patet reſponſio.

Secūdo querit. Utruȝ

peccatum ſit ipſa corruptio paſſio eſſentialiter loquendo. ¶ Reſponſio. Notandum ſicut pretactum eſt. Peccatum eſt corruptio conſiſtens circa voluntatem ꝛ eius actū cū ſit obliquatio a rectitudine iuſticie. Uolūtas autem in actu ſuo eſt inſtrumentum ſeipm mouens. Unde quando voluntas ad aliquid mouetur libere: ſi moueatur nihil afficiatur inordinate: illa inordinatio reſpicit et voluntatem mouentem ꝛ voluntatem motam. Quia voluntas dum inordinate afficitur inordinate mouet: ꝛ inordinate mouetur: qm̄ igitur culpa prout conſideratur in actu nihil aliud eſt ꝙ̄ motus voluntatis inordinatus: et ad illuȝ motum concurrit actio ꝛ paſſio: non tm̄ eſt corruptio actio: immo etiam corruptio paſſio. Nam ꝛ inordinatio qua anima ſe deordinat: quia prouenit ex peccato nihil aliud eſt ꝙ̄ abſentia vel carentia vbi debet eſſe. Sed priuatio iuſticie paſſiua nihil aliud eſt ꝙ̄ carentia debite iuſticie. Et inordinatio qua anima deordinatur: vtraqꝫ eſt culpa differens comparatione: vna tamen per eſſentiam. Et quia quales ſunt actus tales ſūt habitus maxime cum habitus generantur ex actibus ſicut eſt in genere maloꝝ habituū. Hinc eſt ꝙ deformitas vel priuatio in voluntate relicta ꝛ habet in ſe aliquid corrñdēs actioni: ꝛ aliqd correſpōdēs paſſioni. Et ſic eadē culpa ē corruptio ſiue priuatio boni non ſolū actiue ſed etiam paſſiue dicta ſm veritatem loquendo: ſm appropriationem ꝓ ꝓ corruptio illa inqꝫtum eſt actiue intellecta tenet mere rationē culpe: inqꝫtum vero paſſiue dicta tenet rationē pene. Quia inqꝫtum eſt actiue dicta tenet rationem voluntarij Inqꝫtum ꝓ paſſiue rationē inuolūtarij: nec iſta ſunt incōpoſſibilia circa eandem actionem ꝛ motum. Nam expreſſe videmus ꝙ in eadē actione corporali vna et eadem actio ꝛ delectat ꝛ ledit ꝛ ꝑ cōſequens ꝯtriſtat ſicut cum ſcabioſus ſcalpendo cutem ſuam dilaniat et dilaniando delectatur et etiam leditur et vnum placet et reliquum diſplicet. Similiter et eadem actione ſpirituale eſt auerſio ab incōmutabili bono et conuerſio ad cōmutabile bonum cōuerſio placet ꝛ auerſio diſplicet. Sic i propoſito dicendum eſt ꝙ eadem culpa poteſt dici actiue ꝛ paſſiue: put tamē actiue dicitur proprie: tenet rationem culpe. inqꝫtum vero paſſiue tenet rationeȝ pene. Patet reſponſio.

Tercio queritur. Utrū

peccatū ex hoc ꝙ corrūpit bonū ꝯtrarietur bono increato. ¶ Nota hanc diſtinctionem ꝙ malum cōtrariari alicui bono poteſt itelligi dupliciter. Primo modo prout malum contrariatur bono in ſe formaliter. Secūdo modo prout malum contrariatur bono in ſuo effectu. Ex his ſequūtur alique propoſitiones ¶ Prima propoſitio eſt. Malum non poteſt contrariari ſummo bono: cum

illud ſit bonū p̄ eſſentiā cui nihil oīno ē contrariū. ¶ Scḋa ꝓpō. Nihil pōt repugnare deo in ſuo ope: qm̄ virtus dei oīpotentiſſima eſt: ideo nullū poteſt inuenire obſtaculū. Tantus eſt z talis ordo vniuerſitatis quē ei conditor dedit vt a nullo poſſit malo ꝑturbari: vt vult Auguſtin⁹. ¶ Tercia ꝓpō. Aliquid pōt repugnare deo in effectu ſuo: quia per malum bene cōtingit aliquē dei effectū reddi minus habilē ad ſuſceptionē diuine influentie ad obtentū perfectionis z beatitudinis ad quē ordinaꝰ ex ſua primaria cōditione. Patet reſpōſio. Cum eñ diciꝰ ꝙ aliquis hō aduerſaꝰ deo hoc non intelligiꝰ ꝙ aduerſeꝰ z inimiceꝰ volūtati bñplaciti cui nullus poteſt reſiſtere: immo ſemꝑ impletur vel ab homine vel de homine. q2 cū deus p̄cipiat vnū z homo malus facit ꝯtrariū deo aduerſaꝰ. De⁹ odit non affectu z repugnātia voluntatis ſed effectu punitionis: ſic eñ hoīem affligit ſicut quis affligeret ſuuz aduerſarium z reddit ſubiectum.

Quarto queriꝰ. Utrū

per qḋlibet malum habeant iſta tria. ſ. modus ſpecies et ordo corrumpi ſimul z inſeparabiliter. ¶ Rñſio dicenduz eſt ꝙ creatura rōnalis z eſt natura quedaz z eſt vlterius p̄ter alias creaturas operans per volūtatem: z vtroꝗ modo habet comparari ad deum et vtroꝗ habet reperiri in ea mod⁹ ſpecies z ordo vtroꝗ etiam modo habet circa eam reperiri quod eſt iſtoruz trium corruptiuum ſed malū culpe proprie habet conſiſtere circa ipam ſm ꝙ eſt voluntarie operans z ideo priuare habent modum ſpeciē et ordinem ſm ꝙ conſiſtunt circa ipam voluntatem vt eſt voluntarie operās. Voluntas aūt cum habet modū ſpeciem et ordinem ſicut debet bona eſt. Tunc autem voluntas noſtra bona eſt quādo in mouendo ſiue operando continuaꝰ diuine virtuti: vt principio mouenti et conformatur ei vt regule dirigenti z vniꝰ ei vt fini quietanti: et in primo attenditur modus. in ſcḋo ſpecies: et in tercio ordo ſm comparationē in triplici genere cauſe. Quandocūꝗ vero aliquis peccat neceſſario diſcōtinuatur a deo tanꝗ a p̄ncipio mouente: quia deus nunꝗ mouet ad peccatuz. Diſcordat a deo tanꝗ a regula dirigente z elongat ſe z deordinat aliquid a fine quietante: ponens creaturam finē: z in omi peccato neceſſe eſt iſta tria cōcurrere. et ſic patet ꝙ omne peccatum circa voluntatem corrūpit: hec tria ſcꝫ modum ſpeciem et ordinem ſimul et inſeparabiliter.

Quinto q̄riꝰ. Utrum

hec tria per qḋlibet peccatum corrūpantur equaliter. ¶ Reſponſio dicenduz ꝙ cum illa tria videlicet modus ſpecies z ordo prout priuanꝰ per modum culpe ſunt conditiones eiuſdem bone voluntatis: non ſolum ab inuicem inſeparabiles: verumetiam equales equaliter priuantur per qḋcunꝗ malum culpe. Qḋlibet enim malum culpe intantū deordinat inq̄tuz facit deo diſſimilem: z intm̄ elongat a deo: ita ꝙ queadmodum gratia equaliter reddit animam ordinataz et ſpecioſam et potentem in bonum. tm̄ vel magis culpa deordinat ipam z deijcit in malum. Et quemadmodū in gloria ſimiliter eſt adequatio dotū: ſic etiam in culpa equaliter fit priuatio bonū triuz. Et ideo dicitur viſio in gloria eſt tota merces propter connexionem z eq̄litatem in dotibus glorioſis: ſic etiā vt dicit Auguſt. in libro octuaginta triū queſtionū ꝙ totum nomen mali de ſpeciei priuatione repertū eſt: nō quia malum per ſolaz ſpeciem priuetur vel p̄ncipaliter ſed quia in priuatione ſpeciei intelligitur priuatio aliorum. Patet reſolutio.

Querit̃ ſexto. Utrum per malū contingat hec tria corrūpi totaliter. ¶ Rn̄deo. Dicendū q̄ abſq̄ dubio p̄ malū culpe nō ꝯtingit oīno remoueri z priuari habilitatē voluntatis ad bonū nec modū ſpēm et ordinē q̄ ſm illā attendunt̃ z hoc manifeſte apparet quia nūq̄ voluntas pt̄ eſſe ſine naturali habilitate z aptitudine ad bonū: ſicut ḡ non pt̄ voluntas peccādo deſinere eſſe ſic nō pt̄ totā habilitatē illā pdere z modū ſpeciem z ordinē q̄ ſm illā attendūt z totaliter amittere. Et hoc qd̄ē expſſe Augꝰ. dicit. Et in h̄ oēs doctores cōiter ꝯſentiunt. Dū em̄ hō peccat deū offendit z ex hoc efficit̃ indignꝰ z ineptꝰ ad ſuſcipiēdū grām dei. reddit̃ p̄onꝰ ad malū z ineptꝰ ad opa ꝟtutū: ſed planū ē iſtud q̄ nūq̄ eſt aliqs adeo indignꝰ grā dei quin adhuc poſſit eſſe indignior: q̄ nunq̄ offendit: quin q̄diu ē in ſtatu vie ſit ſuſceptibilis grē: z ita nunq̄ ex illa pte efficitur inhabilis in ſummo ad ſuſceptionē grē.

Circa triceſimāſextā diſtinctionē queritur primo. Utrū pctm̄ ſit pena pcti. ¶ Rn̄deo. Dicendū ē q̄ abſq̄ dubio ſicut autoritates ſctōꝝ expſſe dicūt tenendū eſt q̄ pctm̄ eſt pena pcti non tm̄ cauſal'r ſed etiā eſſentialiter Nā pena duo dicit ſcȝ malū ſiue damnū z dicit ordinē ad p̄cedens meritū z hec duo cōtingit reperiri circa ſequēs pctm̄ Dānificatio em̄ z nocumentū eſt in ipſo ſm q̄ pctm̄: eo em̄ eſt pctm̄ quo nocet et magnū malū icurrit qs cū icidit i pctm̄ etiā ſi nihil aliud deberet habere poſterius. Ordinationem vero habet in eo q̄ ſequens. Hocipſo em̄ q̄ homo eſt in peccato dignus eſt dimitti cadere in aliud. Apocalipſis vltimo. Juſtum eſt vt qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc.

Querit̃ ſecundo. Utrū paſſiones anime ſint pene tm̄. an pene ſimul z pctā. ¶ Rn̄deo. Dicendū q̄ ſicut expreſſe dicit mgr̄ z probat p̄ auguſtinū multe ſunt paſſiones aīe q̄ nō ſunt ſolū penales: verūetiā culpabiles: ſicut ira et inuidia licet hmōi paſſiones pctā ſint: tm̄ nō ſunt pctā inq̄tū paſſiones vt dicit Augꝰ. Oīs paſſio inq̄tū ipſā aliqs patitur nō eſt peccatū: ſed hmōi paſſiones pctā rōne inordinationis volūtatis coniuncte vel antecedenter vel conſequēter. Paſſio illata ab extrinſeco non eſt meritum vel demeritū niſi inq̄tū a voluntate reſpuit̃ vel acceptat̃. Uñ occidi p̄ xp̄o nō eſt meritoriū niſi inq̄tū volitum ſed ſufferētia paſſionis. Paſſio illata ab intrinſeco vna orit̃ ex corruptione nature qm̄ natura eſt voluntas libere corrupta vicioſa corruptione p̄ ꝯcupiſcentiā z tales ſunt paſſiones ire z inuidie. Alia oritur ex corruptione penali p̄ mortalitatē inflictā vt fames z ſitis zc̄. Uolūtas em̄ aliqñ cōuertit̃ ad bonū ſimpl'r. z tunc deteſtatur z odit qd̄ aduerſat̃ illi bono. vtpote pctm̄. z hoc mō paſſiones inde conſurgentes ſunt iuſte z meritorie. Si voluntas cōuertat̃ ad bonū ꝓpriū z ad bonum vt nūc. tunc paſſiones q̄ inde cōſurgunt culpabiles ſunt z male: vtpote qñ homo vult iraſci zc̄.

Queritur tercio. Utrū cōtingat in aliquo ponere culpā ſine pena ſubſequēte. ¶ Rn̄deo. Dicendū q̄ impoſſibile eſt culpā in aliquo eſſe quin ad ipſam ſeq̄tur pena inſepabiliter. Et rō huiꝰ pōt ſumi. Primo ex perfectione diuine equitatis. ¶ Scd̄o ex pulchritudīne vniuerſitatis talis eſt iſta pulchritudo q̄ nullo mō fedari pōt nec pctm̄ a pena ſeparatū pōt eſſe. ¶ Tercio ex corruptione culpe fedātis. qn modꝰ ſpēs z ordo circa actionē voluntatis p̄uetur. Auguſtinꝰ. Nemo habet iniuſtū lucrū ſine iuſto dāno: vbi lucrū ibi dānū. ¶ Quarto ex cōditione nature peccantis perdit magnū bonū ſcȝ deū perdit honorē: pro/

pꝛſum ſolacium. et incurrit remoꝛſum. Tante em̄ eq̄tatis eſt deus q̄ eſt iudex oim̄ vt nō patiat̃ dedecus pcti ad modicum eſſe ſine decoꝛe iuſticie: oīni em̄ modo debet iuſticia iniuſticiā ſupare. Ex pulcbꝛitudine vniuerſitatis. Ex coꝛruptione ⁊ inoꝛdinatōe culpe fedātis. Et ex conditione nature peccantis.

Querit̃ quarto Utrum

pena eſſe poſſit in aliquo ſine culpa pꝛecedente. ¶ Rñdeo. Dicendū eſt q̄ ſi intelligat̃ de cauſa meritoꝛia de cōdigno ſic nō habet veritatē: ſi autē intelligatur de cauſa ſine qua nō ſic aliq̄ modo hz veritatem. Nulla em̄ eſſet pena in homine niſi pceſſiſſet culpa. Et ſic patet q̄ omis pena aliquo mō reſpicit culpā: ſed quedam vt pſentē in ſe: vtpote pena infernalis: quedā pteritā in ſe: ſed pſentē in reatu ⁊ ſeq̄la: ſicut pena purgatoꝛia. Quedam vero ſolū vt pteritū ⁊ hoc in eo q̄ punitur: et ſic eſt omnis pena iuſtoꝛum chꝛiſto excepto. Quedā ṽo reſpicit culpam nō in ſe ſed i alio ſicut patet in xp̄o: quia fuit voluntarie. Et per hoc patet Reſpōſio qua querit̃. Utrū pena poſſit ſepari a culpa. Concedendū ē q̄ ſic ꝓpt̃ oꝛdinationē quā hz ad bonū poſterius qđ ex ea elicitur.

Querit̃ quinto. Utruz

aliqua pena ſit a deo. Rñdeo. Dicēdū q̄ pena plus dicit q̄ malū. Malum em̄ impoꝛtat abſentiā ſiue defectū boni vbi debet eſſe. Pena ṽo impoꝛtat oꝛdinē ad ip̄m meritū pene: ⁊ ſimul cū hoc diſpoſitionē aliquā ſignat circa ip̄m punibile. Qm̄ igit̃ tā oꝛdo q̄ diſpoſitio rei dz eſſe a deo ſicut a pncipio. hinc ē q̄ rōnabilit̃ concedit̃ q̄ pena ſit a deo. illa potiſſime que impoꝛtat oꝛdinē fundatū ſup talem diſpoſitionē. Et qm̄ dicit aliquo modo oꝛdinē pcedentē ⁊ culpa pcedens nō ē ex ꝯſtitutione nature ſed potius ex voluntatis inoꝛdinatōe. Hinc ē q̄ ⁊ ſi pena dicatur a deo: nō tamē dicit̃ a deo faciente ſed a deo vindicante. Concedendum eſt ergo aliquas penas a deo eſſe ſicut oſtendunt rōnes ad hoc inducte pꝛo eo q̄ aliq̄ue pene ſunt diſpoſitiones ipſius punibilis et diſpoſitiones nō qualeſcūq̄: ſed oꝛdinate ſm rigoꝛē diuine iuſticie.

Querit̃ ſexto. Utrum

omnis pena ſit a deo. ¶ Rñdeo. Notandum q̄ pena de generali acceptōne dicit nocumentū oꝛdinatū. Nocumentū autē comparationē habet ad ipſum nocium ⁊ ad illud qđ patitur nocumētū: ⁊ ad illud ſm cui⁹ pꝛiuationē nocumētū illud attendit̃. Et ſm iſtā triplicē ꝯparatōnē nomē pene habet triplicem acceptionē. Unde dicit̃ pena aliq̄n actio rei ledētis. ſm q̄ aduſtio ignis infernalis dicit̃ eſſe pena repꝛoboꝝ. Dicit̃ etiaz pena paſſio rei leſe ſiue punite ſm q̄ dicit̃ afflictio repꝛoboꝝ eſt eoꝝ pena eterna. Dicit̃ etiaz defectus alicui⁹ boni in quē incurritur ex illa paſſione ſicut defectus quietis. ſalutis ⁊ pacis eſt pena repꝛoboꝝ. Quocunq̄ autē iſtoꝝ modoꝝ dicat̃ pena ſiue actio ſiue paſſio ſiue defectus ſemp nomen pene vt ſic impoſitū eſt ab oꝛdine ⁊ qđ dicit noiat vt oꝛdinatū. Et quoniaz omne oꝛdinatū vt tale pꝛocedit a deo a quo eſt omnis oꝛdo. quocunq̄ modo dicatur pena: ⁊ quicq̄d dicit̃ pena inq̄ntuz pena a deo eſt: ⁊ quoniā omne oꝛdinatū a deo eſt: a deo em̄ habet q̄ ſit oꝛdinatū. ⁊ ideo placet omnis oꝛdo: ⁊ idem eſt fieri deo auctoꝛe ⁊ deo volēte. Sed ſm magiſtrum diſtinctione. xxxij. non conceditur q̄ fomes ⁊ concupiſcētia habeat deū auctoꝛem: ſed diabolum ⁊ hominē. Unde nec conceditur a deo eſſe excecatio obduratio imaginis defoꝛmatio: nec gratie ſubtractio ſiue expoliatio nec erroꝛ nec ignoꝛantia nec ꝯcupiſcentia nec his ſimilia. omnia enim hec vel dicunt defectum vel deoꝛdinationē aliquam.

Circa tricesimā ſeptimā diſtinctionē queritur primo. Utrum omnis actio ſm ꝙ actio ſit a deo. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ illa opinio verior ſit que dicit ꝙ omnis actio ſiue ſubſtrata peccato ſiue non. ſm id quod eſt actio eſt a deo nec immerito: quia illud oportet ponere ſi penſetur eminentia diuine potentie ⁊ indigentia potentie creature. Et ideo hec poſitio que dicit oēm actionem eſſe a deo ſm ꝙ actio eſt abſqꝫ omni ambiguitate tenenda eſt. Unde anſhelmus in libro de predeſtinationis concordia ⁊ pſcientie. Omnis qualitas ⁊ omnis actio: ⁊ quicquid habet aliquā eſſentiam a deo eſt. a quo eſt omnis iuſticia ⁊ nulla iniuſticia. Facit igitur deus omnia iuſta: ſiue iniuſta voluntate. id ē bona opera et mala. In bonis quidem facit ꝙ ſunt ⁊ ꝙ bona ſunt. In malis ꝟo ꝙ ſunt: ſed non ꝙ mala ſunt. Et iterum ibidem. Omnes actiones ⁊ omnes motus facit deus: quia ipſe facit res: a quibus ⁊ ex quibus: ⁊ per quas et in quib⁹ fiunt: ⁊ nulla res habet vllam potentiaꝫ volendi aut faciendi niſi illo dante: ⁊ ipm quoqꝫ velle qđ aliquādo iuſtum eſt aliquando iniuſtū: a deo eſt. Non vero bonum eſſe nō eſt quid: nec a deo eſt ⁊ ſic patet Reſolutio.

Querit ſecundo. Utrū

omnis rei cōſeruatio ſit a deo. ¶ Reſpōdeo. Dicendū ꝙ non ſolum omnē actionem: verūetiam omnē conſeruationē neceſſe ē eſſe a deo. Unde gregorius. Cuncta in nihilum cederent niſi manus conditoris ea cōtineret. ergo omnia que conſeruantur a deo conſeruantur. Et ratio huius eſt neceſſitas ⁊ indigentia ex parte creature. Omnis eīm creatura ex nihilo eſt ⁊ aliunde habet eſſe. Quia ex nihilo eſt: ideo quodāmodo vana eſt et vanitati ſubiecta eſt. Quia vero aliunde habet eſſe. Ideo eſſe eſt ſibi quodammodo accidentale. cōtrario modo eſt in deo Unde Hylarius ſeptimo de trinitate. Eſſe non eſt accidens deo: ſed ſubſiſtens veritas ⁊ manens cauſa et naturalis generis proprietas. patꝫ ergo ꝙ omnis rei conſeruatio eſt a deo tanꝗ ab immediato principio: nō tamen eſt ab ipſo ſicut a tota cauſa. Sicut in creatura ē aliqua virtus operatiua creata: ſic etiā aliqua virtus conſeruatiua.

Quertur tercio. Utrū

omnis compoſitio ſit a deo. ¶ Reſpondeo. Dicendū. cum compoſitionis nomē tripliciter accipiatur in qualibet ſuarū acceptionū aliquid dicit. Dicitur enim compoſitio componentis actio. Dicitur etiā compoſitio ponibilis paſſio. Dicit tercio modo compoſitio rei compoſite diſpoſitio. Et quoniā tam actio ꝗ paſſio ꝗ etiam diſpoſitio rei compoſite ſm ꝙ compoſita eſt aliquid dicit: ⁊ omne qđ dicit aliquam poſitionē a deo eſt. Concedendum eſt ſimpliciter ꝙ omnis compoſitio ſit a deo ſm ꝙ compoſitio. ſicut ⁊ omnis actio ⁊ conſeruatio. Attendendum tamen eſt ꝙ quemadmodū quedā actiones ſunt que mox nominate coniuncte ſunt male. ſicut mendacium ⁊ adulterium. Sic quedam quarundam rerum compoſitiones ſunt quas inſeparabiliter concomitatur aliqua deformitas et inordinatio. Unde quemadmodū actio que coniuncta eſt defectui malicie inſeparabiliter dicitur a deo eſſe. Ita ꝙ defectus malicie non eſt a deo ſed a defectu creature vtpote libere voluntatis. ſic cōpoſitio cui cōiuncta eſt deformitas ⁊ inordinatio ſic eſt a deo ꝙ illa deformitas ꝗ vere defectus eſt a defectu alicui⁹ cauſe componentis create: vel a defectu ipſorum componibiliū. Patet ergo ꝙ omnis compoſitio eſt a deo.

Querit quarto. Utrū actio iniuſta ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo. ¶ Reſpondeo. Dicendum cū iniuſticia ſiue malicia circa actionem dicat defectum et priuationem: et defectum deoꝛdinatum de ſe: ⁊ defectum carente debito fine: facere actionē iniuſtā. hoc repugnat potentie ſapie et bonitati. Eſt em̄ ꝑuatio vtilitatis ⁊ oꝛdinis ⁊ entitatis. ⁊ quia nihil eſt attribuēdo deo niſi qḋ decet potentiā ſuā. ſapientiā ⁊ bonitatem. Ideo actionē malā deo tribuere nō ſolū falſitatis ē ſed etiā blaſphemie ⁊ impietatis. patet ergo ꝙ actio mala et iniuſta ſm ꝙ huiuſmodi nō eſt a deo.

Queritur quīto. Utrū operatio foꝛtuita ſm ꝙ eſt foꝛtuita ſit a deo. ¶ Rn̄deo. Dicendū ꝙ ⁊ ſi caſuale ⁊ foꝛtuitū ſm id qḋ eſt ſit a deo inq̄tū tn̄ caſuale vel foꝛtuitū a deo nō eſt. Et rō huiꝰ eſt quia caſuale et foꝛtuitū aliquid ponunt vtpote effectuꝫ q̇ eſt ex concurſu cauſarū ad aliud inceptarū. Aliq̇d etiā ꝑuat: dicit em̄ caſus ⁊ foꝛtuna defectum intentionis ⁊ ꝑcognitionis. ⁊ qm̄ opatio cauſarū ⁊ concurſus ad producendū tales effectus aliq̇d eſt: ideo a deo eſt: quia vero priuatio intentionis defectus eſt: ideo a deo nō eſt. Et qm̄ caſuale ⁊ foꝛtuitum vt ſic noīantur impoſita ſunt a tali defectu. Hinc eſt ꝙ nō ſunt concedenda a deo eſſe. Et hoc vult dicere Auguſtinꝰ in libꝛo octuagintatriū queſtionū. Cuꝫ dicit. Qḋ caſu fit temerarie fit: ⁊ ideo ſicut nō concedimꝰ ꝙ temerariū ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo ſic nō eſt cōcedendum ꝙ caſuale vel foꝛtuitū ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo.

Querit ſexto. Utrum enunciatio falſa ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo. ¶ Rn̄deo. Dicendum ꝙ falſitas nihil aliud eſt q̄ꝫ defectus veritatis in re q̄ nata eſt verificari. ſicut malicia dicit priuationem bonitatis ⁊ rectitudinis circa actionem que nata eſt rectificari et ideo actio mala inq̄tum actio eſt a deo: inq̄tum vero mala ⁊ iniuſta a deo nō eſt: ſic enunciatio falſa. inq̄tū enūciatio a deo eſt: inq̄tū vero falſa nō eſt a deo. Quāuis nō poſſit concedi ꝙ deus faciat falſitatem oꝛatōnis ſiue oꝛationē falſam ſm ꝙ falſa eſt pōt concedi ꝙ deus faciat aliquid quo facto aliqua oꝛatio eſt falſa neceſſario. Sicut cū iuſtificat impiū facit aliquid quo facto hec enunciatio eſt falſa. Iſte eſt impius: patet ergo ꝙ enunciatio falſa ſm ꝙ falſa nō ſit a deo.

Circa triceſimā octauā diſtinctionē querit primo. Utrū voluntas ſit bona ⁊ cōmendabilis rōne boni finis. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ cuꝫ dicit voluntas eſſe bona ex bonitate finis. Hoc eſt ꝙ voluntas eſt bona ex oꝛdinatione ad bonū finem. Ad hoc ꝙ ſit recta oꝛdinatio ad bonū finem. Requirit ꝙ bonus finis ſit duobꝫ modis. videlicꝫ ſm id qḋ eſt: ⁊ ſub ratione finiendi. Aliquid em̄ eſt bonum in ſe: quod tamē nō recte oꝛdinatur ad alteruꝫ ratione finis ſicut minus bonū q̄uis ſit bonum: non tamē eſt bonus finis maioꝛis boni: pꝛo eo ꝙ finis melioꝛ debet eſſe his que ſunt ad finem. Similiter ex parte oꝛdinationis duo requiruntur. videlicet ydoneitas ex parte oꝛdinabilis: ⁊ actualis conuerſio ex parte voluntatis oꝛdinantis: ⁊ cum iſta cōcurrunt. tunc abſq̨ dubio voluntas bona ex fine bono iudicet. Cū autē hoꝝ aliquid deficit bonitas finis non ſufficit ad bonitatē voluntatis: vtpote ſi ſit finis bonus in ſe: nō tamen ſufficit ad finiendū vel complendum illud quod fit pꝛopter ipſum. Sicut mā ducatio q̄uis ſit bonum in ſe: nō tamen habet completam rationem finiendi reſpectu pꝛedicatōnis. Similr mendaciū

nõ eſt ordinabile ad bonũ cum ſit ſm ſe malũ: ⁊ ideo q̃ntũcũq; q̇s menciat̃ ꝓpt̃ aliq̇d bonũ mẽdaciũ nõ eſt bonũ: q: deficit ibi rectitudo ordinatõnis ꝓpt̃ defectum idoneitatis ex pte actus quẽ volũtas refert ad illũ finẽ. Et ſic p3 Reſolo.

Querit̃ ſecũdo. Quis

ſit ille finis ex cui⁹ bonitate volũtas eſt bona ⁊ ad quẽ debẽt referri nr̃e voluntates ad hoc q̇ ſint recte. ¶ Rñdeo. Dicendum q̇ mgr̃ recte dicit in eo q̇ finem oĩs bone volũtatis charitatẽ aſſignat. ſecutus ẽ eñ in hoc apl̃i doctrinã q̇ expſſe dicit q̇ charitas ẽ ↄſummatio pcepti ⁊ plenitudo legis. Aug⁹. dicit q̇ oĩa pcepta diuina referunt̃ ad charitatẽ. Idẽ de doctrina xp̃iana. Oſtẽdit q̇ ad charitatis mãdatũ cõmẽdatũ ordinat̃ tota ſcptura ⁊ ita charitas nõ tm̃modo eſt finis bone volũtatis ſed etiã toti⁹ ſacre ſcripture et cognitionis ſm pietatẽ. Licet eñ xp̃s vl̃ beatitudo ſiue deus poſſet dici finis bone volũtatis. maluit tñ magiſter dicere q̇ charitas ſit finis ꝓ eo q̇ cõpleta ratio fruẽdi competit ipſi charitati ⁊ eſt finis amabilis.

Quertur tercio. Utrũ

bone voluntatis ſit vnus ſolus finis an poſſint eſſe plures. ¶ Rñdeo. Dicenduz q̇ bone voluntatis vn⁹ ſolus finis ẽ prĩcipalis. Notandũ q̇ plures fines ſtatuere hoc põt eſſe tripl̃r. Uno modo ita q̇ finis ſit ſub fine ⁊ ꝓpter finez. Alio modo ita q̇ ſit finis pñcipalis: alter nõ principalis. ita tñ q̇ finis nõ principalis nõ referatur ad pñcipalẽ actualiter. Tercio modo ita q̇ vterq; ſit finis principalis. Exemplũ autez hui⁹ põt aſſignari in eo q̇ frequẽter accidit. videlicet. Cũ quis vadit ad eccleſiaz ad pcipiendas diſtributiones. Hoc eñ põt facere tripliciť. Aut ita q̇ pñcipal̃r intendit honorẽ dei ⁊ gloriã cũ vadit decantare laudes: ⁊ ſimul cũ hoc intendit obtinere pecuniam vt pauperib⁹ diſtribuat. vel ĩ alios vſus licitos ad honorẽ dei conuertat. ¶ Alio modo põt aliq̇s ire ad eccleſiã intendẽs deo placere: ⁊ ſimul cũ hoc pecuniã acq̇rere: ita tñ q̇ eius acq̇ſitionẽ ad deuz nõ refert. nec tñ ipſam pecuniã ſtatuit finez pñcipalẽ pro eo q̇ ipſam nõ diligit ꝓpt̃ ſe. ¶ Tercio mõ vadit q̇s ad eccleſiã duplicata intentione: ita q̇ vult deo placere: ⁊ vult obtinere pecuniaz quam ſicut auarus appetit acq̇rere vt poſſit theſaurum ſuũ ampliare et in eo delectari ꝓpt̃ ſe. ¶ Primo mõ eſt bonum ⁊ meritoriũ ⁊ ptinet ad bonã voluntatẽ. ¶ Scd̃o mõ nõ eſt bone volũtatis formal̃r loquẽdo: q: eſt ibi pctm̃ veniale nõ mortale. Hoc dicit Auguſtin⁹. Min⁹ te amat q̇ tecum aliq̇d amat q̇d nõ ꝓpter te amat ¶ Tercio mõ ſtatuere diuerſos fines ñ.e bone volũtatis imo ↄ̃ bonã volũtatẽ. talis eñ vult duob⁹ dñis ſeruire. ⁊ hoc ẽ impoſſibile. Math. vi. Cũ eñ vnũ ſolũ ſit ſummum ⁊ verũ bonũ q̇d q̇etat humanũ deſideriũ neceſſe ẽ q̇ voluntas bona ad hoc q̇ recta ſit ſtatuat ſibi finem vnicũ.

Querit̃ quarto Utrum

reduplicatiue ſcʒ ⁊ cauſaliter capitur. ¶ Rñdeo dicēdū ꝙ accipiēdo ꝓprie iſtā reduplicatiuā ſm ꝙ q̄dā ex hmōi locutionibꝫ ſunt ſimplr̄ fl'e ⁊ ipꝛoꝑe iō notāde Et ex hmōi locutiōibꝫ q̄dā ſunt diſtinguēde ꝑ eo ꝙ hn̄t aliq̄d ꝓprietatꝭ ⁊ aliq̄d impꝛoꝑetatis. hec ē falſa ⁊ ipꝛoꝑa xp̄s ſm ꝙ ē hō eſt ꝑſona: ⁊ etiā xp̄s ſm ꝙ hō ē ypoſtaſis. Sʒ pma ē falſa duplici de cā. Pꝛio qꝛ ꝑſona iportat ꝓprietatē dignitatis iportat etiā fundamētū toti⁹ exn̄tie naturał. Neutꝝ aūt hoꝛum ineſt chꝛiſto rōne nature hūane aſſumpte ſʒ ratione nature aſſumētis Scd̄a ꝓo eſt fl'a altera illaꝝ cāꝝ: qm̄ ⁊ ſi ipoſtaſ nō dicat ꝓprietatē excellētie dicit tn̄ fundamētum exn̄tie. Hoc aūt i xp̄o nō ē aīa nec caro nec totū cōpoſitū ſed ꝟbū increatum: ⁊ ſic ambe ſunt falſe ⁊ impꝛoꝑe. Et ſi alicui legāſ ſunt exponēde ⁊ ſm aliā exceptionē illius determinatiōis. ſm ꝙ ē homo ſunt intelligēde. Hec aūt de q̄ nunc eſt ſermo ſcʒ xp̄s ē indiuiduū ſm ꝙ hō: ⁊ ſuppoſitū pn̄t habere ꝓprietatē ⁊ impꝛoprietatē ſm diuerſā acceptionē iſtoꝝ vocabuloꝝ. ¶ Indiuiduum em̄ dr̄ duplr̄. Uno mō large q̄d ſcʒ de vno ſolo pꝛedicaſ: ⁊ hoc mō albedo petri vel parietꝭ eſt indiuiduū. Alio mō capiſ indiuiduū ꝓpꝛie ⁊ ſtricte ⁊ ē q̄d eſt ab alijs diuiſum: ⁊ ſubſiſtit in ſe ⁊ ꝑ ſe. Hoc mō hūana natura in xp̄o nō ē indiuiduū. Eſt em̄ vnita verbo increato ſicut ſuo ſuppoſito: et h̄ mō capiēdo indiuiduū nō ē i accn̄tibꝫ per hunc etiam modū diuidendū eſt cū dr̄: xp̄s ſm ꝙ hō ē indiuiduū. Eſt ſuppoſitū in quo ſuppoſitū de quo. Si dicaſ ſuppoſitū de q̄ alteri p̄dicaſ ⁊ q̄d ſubijciſ ſupioꝛi: xp̄s ſm ꝙ hō ē indiuiduum. Si vero dicaſ ſuppoſitū in q̄ totū eē rei ſtabilitur ⁊ fundaſ. Sic nō ē ꝯcedendum xp̄m eſſe ſuppoſitū ſm ꝙ hō niſi arteſ rō ſuppoſiti vt diſtinguiſ ſuppoſitū accidētaliū ⁊ ꝓprietatū accn̄taliū Un̄ qꝛ i vnica ſui acceptiōe tam nomē indiuidui ꝙ̄ ſuppoſiti eq̄pollet ypoſtaſi. falſo p̄dicte locutiōes ex eadem cā ex q̄ ⁊ locutio pꝛedicta ſcʒ xp̄s ē ypoſtaſis ſm ꝙ hō. Seq̄retur enim ꝙ in xp̄o eſſent duo ſuppoſita ⁊ due ypoſtaſes ⁊ illa nō eſſent vnum nec eēt vera vnio. Scd̄m autem aliā acceptionē poſſunt ꝯcedi: ⁊ ꝑ hoc poſſunt diſſolui omnes rationes que poſſūt induci pꝛo vtraq̄ parte. ¶ Et nota ꝙ ꝑerſona ſuppoſitū ⁊ indiuiduū ſe habent ꝑ oꝛdinem. Omnis em̄ ꝑſona eſt ſuppoſitū ⁊ indiuiduū nō econuerſo. Perſona em̄ eſt ſuppoſitū intellectuale. Suppoſitū eſt indiuiduū de gn̄e ſubſtātie ⁊ bꝛeuiter omne indiuiduū de gn̄e ſubſtātie ꝑ ſe ſubſiſtens ⁊ nō alteri innitens. Indiuiduum aūt repitur in generibꝫ accidentiū ita ꝙ ē infimum cuiuſlibet generis q̄d de nullo alio p̄dicaſ in q̄d: ⁊ i pꝛimo modo dicendi per ſe ⁊ ſic natura huna in xp̄o ē bn̄ indiuiduū: qꝛ eſt vnū indiuiſibile in ptes ſubiectiuas partes.

¶ Nota ad ꝓpoſitiōes oēs p̄dictas ⁊ ad ſi'es pt̄ dici ꝙ ly ſm ꝙ pt̄ capi p̄ciſiue ſiue abiectiue: ⁊ ſic omnes ſunt falſe. Si capianſ ſpecificatiue etiam ſūt fl'e. Si vero capiatur ly ſm ꝙ permiſſiue omēs ſunt vere ⁊ ſic intelligende ſunt vbi inueniunſ a doctoꝛibꝫ ſacris Si autem ly ſm ꝙ capitur reduplicatiue. hoc eſt dupliciter: vel cauſalr̄: ⁊ ſic ſunt om̄s falſe vl' gr̄a cōcomitātie: ita ꝙ dicat indiuiſionē ⁊ cōcomitātiā: ſic ſm docto. ſeraphicū ſūt bone ⁊ pn̄t ꝯcedi. ¶ Aūq̄ ꝓpo reduplicatiua ſit vera gr̄a cauſe: req̄ritur ꝟitas q̄nq̄ ꝓpoſitionū. Pꝛima exponiſ vide in ſūmul in de exponētibꝫ. Hō inq̄ntū rōnal' eſt riſibil': ſic exponiſ. Hō eſt riſibilis ⁊ ē ſua piacens Scd̄a hō eſt rōnalis. Et nota ꝙ eodē mō debet p̄dicari ſic in reduplicatiua. Tertia ē ſemper vl'is: vt oīe rōnale eſt riſibile: qꝛ inq̄ntū denotat vniuerſalitatē Quarta ſi aliq̄d ē rōnale illud ē riſibile. Quinta ē cāl'is: ⁊ qꝛ aliud eſt rōnale illud eſt riſibile pꝛactica in ꝓpoſito iſtā. xp̄s inq̄ntū hō eſt indiuiduū ⁊ inuenies. q̄ntā ēe falſam q̄ eſt talis. Quū aūt eſt reduplica-

tio gr̃a cõcomitantie tũc ad veritatẽ pro
poſitionis requirit̃ veritas q̃ttuoꝛ ꝓpo/
ſitionuꝫ: exemplũ vt, ſoꝛtes ſm qð homo
eſt riſibilis Sic exponitur: Si eſt vera
gr̃a cõcomitãtie. ſoꝛ ẽ riſibil' ſoꝛtes ẽ ho
mo: omnis homo eſt riſibilis: ⁊ ſi aliq̃d ẽ
hõ illud eſt riſibile: et ſic ẽ vera gr̃a con/
comitãtie. Sic iſta: xp̃s inquãtũ homo
ẽ perſona vel ſuppoſitũ: xp̃us ẽ perſona:
xp̃s ẽ homo: omnis homo ẽ perſona: ⁊ ſi
aliq̃d ẽ homo id ẽ ꝑſona vel ſuppoſitum
⁊ omnes ſunt vere ⁊ conditionales: quia
homo ⁊ perſona ſemper ſe cõcomitatur
⁊ ſunt omnes vere ſolũ gr̃a ꝯcomitãtie.

Queſtio ſexta. vtrum

filiatio adoptionis ſit in xp̃o: id ẽ vtruꝫ
xp̃s ſit filius adoptiõis. ¶ Sciendũ ꝙ
adoptio ẽ duplex. Quedam ẽ humana
Alia diuina. Iſtud nomẽ adoptio trãſ/
fert̃ ab humana ad diuina a iuriſtis ad
theologos. Adoptio humana ẽ alicuiꝰ
ꝑſone extranee in filiũ vl' nepotẽ aut de/
inceps ſm gradus ꝯſanguinitatis legi/
tima aſſumptio. In hac diffinitiõe ponũ
tur quattuoꝛ particule. Prima eſt per/
ſone ad drĩam nature irrõnalis. Nul/
la enim natura poteſt adoptari niſi ſit
intellectual'. Et dicitur extranea perſo/
na que nõ habet ius ad ſuccedenduꝫ in
hereditatẽ ⁊ ponitur ad differentiã filij
natural' qui nõ poteſt adoptari ad ſuc/
cedendũ in hereditatem qꝛ habet ius in
hereditatẽ rõne naturalis cõſanguinei/
tatis. Predicte autem ꝑticule dicunt il/
lud qð aſſumitur: qꝛ perſona extranea:
⁊ dicitur in filiũ ⁊c̃. quia talis habet ius
ſuccedendi in hereditatem ſicut filiꝰ na/
turalis: ⁊ hec ꝑticula dicit ad quid aſſu/
mitur ſcꝫ in filiũ ad ſuccedendũ in here/
ditatẽ capiendam. Ultimo dicit̃ legiti/
ma ⁊ per hoc includit̃ modus quo aſſu/
mit̃ ſicut in pꝛioꝛibꝰ tactũ eſt de eo qð
aſſumit̃ ⁊ eo ad quod aſſumitur. In hac
autẽ tangit̃ modus: qꝛ debet aĩo beni
uolo ⁊ nõ ex odio ꝓꝓꝛioꝝ filioꝝ vl' ex in/

uidia. ¶ Ex his ſequitur quid eſt filius
adoptionis: quia eſt ille qui nõ ẽ genitꝰ
naturalit̃ ab aliquo nec habet ius ex ge
nere naturali ad ſuccedendũ in heredi/
tatem ſed ex mera gratia adoptiõis ꝯfert̃
ei ius ſuccedendi. ¶ Tres aũt ꝯditiões
requirunt̃ ad filium adoptiuũ. Primo
requirit̃ extraneitas in adoptato: ſic ſcꝫ
ꝙ nõ ſit naturalit̃ genitꝰ nec habeat ius
ex genere naturali ſuccedendi in heredi
tatẽ. Secundo requirit̃ gr̃a. i. gratuita
voluntas adoptantis: ꝑ qð excludit̃ co/
actio. Tertio req̃rit̃ hereditas ad quaꝫ
adoptat̃. ⁊ hec tria ſunt ꝯſubalia ipi ad/
optioni. Per ſilitudinẽ aũt ⁊ ſm aliquã
ſilitudinẽ transfert̃ adoptio ad diuina
ab hũanis. Adoptio ḡ diuina ẽ alicuiꝰ
nature intellectual' extranee ĩ filiũ dei:
vl' filiã ſeu ĩ hereditatẽ et̃nã, ḡtuita ipiꝰ
dei aſſũptio. Et ſũt q̃ttuoꝛ ꝑticule ĩ hac
diffinitiõe ſic̃ in pꝛioꝛi. Dr̃ nature intelle
ctual' ad drĩaꝫ creaturaꝝ irrõnaliũ. Ex
tranee ad drĩaꝫ filij dei qui nõ p̃t adop/
tari: qꝛ ẽ filiꝰ dei naturalis ⁊ ſm naturã
diuinã hꝫ ius in hereditate eterna. Illa
aũt ꝑſona dr̃ extranea q̃ ẽ nõ filia dei vl'
filiꝰ dei ꝑ generationẽ naturalẽ. Aliq̃ ta
mẽ ꝑſona põt eſſe nõ filia vel filiꝰ dupl'r.
Uno mõ negatiue q̃ ſcꝫ ſm ſuã pꝛimaꝫ
oꝛiginẽ. i. productionẽ eſt indifferens ad
filiationẽ gr̃e ⁊ ire: ⁊ hoc mõ ſi ponat̃ ꝙ
angeli fuerũt aliquãdo in puris natura
libꝫ tunc erunt extranei negatiue: qꝛ nec
erãt in gr̃a nec in pctõ. Eodẽ modo di/
cendũ eſſet de Adam ⁊ Eua ſi teneatur
ꝙ nõ fuerunt creati in gr̃a ſed ſolum in/
iuſticia oꝛiginali. Alio mõ p̃t dici extra/
neus. i. nõ filiꝰ dei ꝯtrario: ⁊ ẽ ille qui eſt
in peccato moꝛtali qui eſt filius diaboli
nõ per creationẽ ſed per imitationeꝫ cu
ius hereditatẽ (ſcꝫ penã eternã) debꝫ cũ
eo accipere Omnes autẽ hoĩes excepto
xp̃o quãtũ in ſe eſt ⁊ ex natura ſua fuert̃
filij ire ⁊ extranei cõtrarie. Quãuis eñi
beata virgo nũq̃ꝫ de facto fuit extranea
tamẽ inquãtũ in ſe fuit erat extranea qꝛ

de Adoptione et filio adoptionis.

de ſe nec de ſua natura habebat gratiã
ſuum enim eſſe naturale inquantũ erat
in primo inſtãti nature precedebat gra/
tiam. Et ſi dicas ꝙ tunc xp̃s ſm ꝙ ho/
mo vl' ſm humanitatẽ haberet filiatiõꝫ
adoptionis: qꝛ ſuũ eſſe naturale ſm hu/
manitatẽ precedit naturalit' gratiam.
¶ Dicendũ ꝙ ſm ſuã primã originẽꝫ q̃
eſt ſm naturam diuinã nõ fuit extraneꝰ
ita ꝙ in ſecunda origine ſue ꝓductiõis
ꝓpter idẽptitatẽ pſone nõ hũit extranei
tatẽ: imo rõne idẽptitatis pſone ꝛ prime
originis habuit ius in hereditatẽ etnaꝫ
Et dr in diffinitiõe inhereditatẽ dei q̃ ẽ
beatitudo eterna ꝯſiſtens in vidẽdo de/
um clare ꝛ amando fruitiue ꝛ tenẽdo ſe/
cure: ꝛ dr gratuita ipa dei aſſũptio. Gra
tuita q̃ ſcꝫ dicit' dupliciť. Uno mõ quia
ab eterno nos elegit p p̃deſtinationẽ, ex
mera ſua voluntate ꝛ gratuita bonitate
Alio mõ per gratiã habitualẽ que ẽ cha
ritas q̃ nos facit deo gratos ꝛ filios dei
actu adoptiuos: et ſic ẽ duplex gratuita
dei aſſumptio p p̃deſtiationẽ eternã: et
charitatẽ tẽporalẽ. ¶ Nota ꝙ ẽ duplex
filius. Quidã ẽ naturalis q̃ ꝓductꝰ na/
turaliter ab aliquo ſil'is ꝓducti in natu
ra intellectuali vel ſenſitiua. Alius ẽ p
creationẽ Deutero. xxxi. Nõne ipe ẽ pa
ter tuus q̃ fecit ꝛ creauit ꝛ poſſedit te.
Tertiꝰ eſt p adoptionẽ vt p̃dictus eſt.
¶ Nota tñ ꝙ nõ ẽ oĩno ſil'itudo int' fili/
um adoptiuũ hũanũ: ꝛ inter filiũ adop/
tiuũ dei: qꝛ viuente pr̃e hoĩe filiꝰ adop/
tatus nõ põt ſuccedere in hereditatẽ et
ante adoptionẽ nõ erat in ptãte adoptã
tis. Nõ ẽ aũt ſic de adoptiõe dei vt ptꝫ.
¶ Rñſio dicendũ ẽ ad qõnem ꝙ abſq̃
dubio hec nõ admittit' ſcꝫ xp̃m eẽ filium
dei p adoptionẽ ſiue ꝓferat' ſimplr̃ ſiue
cũ determinatõe: vtpote. Hõ ẽ filiꝰ dei
adoptiuꝰ ſm hũanã naturã ꝙ nõ valet
Illa eñ pſona ex p̃ina ſui origĩe hꝫ ius
naturalr̃ in hereditatẽ eternã nec p ad/
uentũ ſcd̃e ſue originis ſiue generatiõis
tp̃alis pdidit ius ꝙ habebat ex genera/
tione naturali in hereditatẽ eternã. Un
de ille hõ p cõmunicatiõꝫ ydiomatũ di/
citur filius dei naturalis: ergo p hoc ha
bet naturaliter ius in hereditatẽ etnaꝫ.
Illa autẽ ſe ſequũtur ĩ textu que ſũt po
ſita in declaratione terminoꝝ. Diligen/
ter vide. Unde glo. ſuper illud Philip.
ij. Dñs noſter ieſus xp̃us in gl'ia ꝛc̃. In
quantũ homo aſſumpſit nomen dei non
per gratiam adoptionis ſed p gratiam
vnionis. Item Ambroſius tractans il
lud Roma. i. qui p̃dſtinatꝰ. Legi ꝛ per/
legi ſcripturas ieſum filiuꝫ dei minime
adoptiuũ inueni. Sed nõ debemꝰ at/
tribuere xp̃o ꝙ nõ poſſumus p ſcriptu/
ras autenticas aut rõnes neceſſarias cõ
firmare: ergo omnino reijciẽdum ẽ xp̃m
filium dei eſſe adoptiuum.

Septimo querit' vtrũ

xp̃s ſit filius dei ſm ꝙ homo Poteſt cõ/
cedi ꝙ ſic. Et ſi queratur Utrum ſit fili
us dei per gratiam vel per naturam.
¶ Dicendũ ꝙ ſm qd̃ homo eſt filiꝰ per
di gratiã: ſed tunc nõ ſequitur ergo filiꝰ
dei adoptiuus: qꝛ hoc nõ ẽ p gratiã ad/
optionis ſed per gratiam vnionis q̃ mul
to excellentior eſt nec habet repugnan/
tiam ad filiationem naturalem: imo fa/
cit illam ꝯcõmunicari: nec importat ali
quã imperfectionem: nec amittitur nec
conſumitur ſicut gratia adoptionis

Octauo querit' vtrum

filiatio adoptionis cõueniat nobis per
xp̃m. ꝛc̃. ¶ In adoptione humana repe/
riuntur conditiones ſex: ꝛ in tribus con
uenit cũ adoptiõe dĩna ꝛ in alijs nõ Pri
mo inuenit' extraneitas ex pte adoptati
ſcd̃o grã adoptõis. tertio hereditas ad
quam adoptatur Iſta tria inueniuntur
in adoptiõe diuina. Primo eſt gratuita
dei voluntas per quã ſumus grati deo
per gratiam ſuam. Scd̃o ẽ extraneitas
quo ad nos. Tertio ẽ hereditas ad quã
adoptamur ſcilicet regnum dei.

¶ Notandū autē ꝙ inter adoptionē hu
manā ⁊ diuinā eſt differentia in tribus.
Primo quia homo adoptans aliquam
pſonā nō dat ſibi eſſe: qꝛ nō ē pater eius
naturał. In adoptiōe autē diuina ē op/
poſitū: quia omnes capiunt eē a deo. Se
cundo qꝛ hō adoptās ante adoptionem
nō habuit poteſtatem ſup eū quē adop/
tat ſed velim⁹ nolim⁹ ſp ſum⁹ ſub ptāte
dei oīpotētꝫ. Tertio qꝛ adoptat⁹ ab ho
mine nunq̄ ſuccedit in hereditatē niſi
mortuo p̄re ſꝫ ius in hereditatē mortuo
p̄re adoptato. Sed nō ſic filij dei adop
tiui cū ipe de⁹ ſit imortalis. ¶ Nota ꝙ
q̄drupler ē filiatio. ſcꝫ p naturā: q̄ ē ha/
bitudo pducti naturał̄r ſiłis producēti
in natura intellectuali vł ſenſitiua ⁊ eſt
duplex. Quedā increata que ē habitu/
do pducti naturał̄r ī natura intellectu/
ali ſm vnitatē ſingulariſſima eiuſdē na/
ture. Alia ē creata que ē ſuperius deſcri
pta eſt cū hoc in natura eiuſdem ſpeciei
ſemp. Filiatio p creationē ē hitudo ali/
cui⁹ creati (qđ ē ſundamētū vł ſubiectū
religiōis ad deū creantē ꝯformis ſibi ſꝫ
rōnem imaginis naturalis ad dr̄iaꝫ cre/
aturaꝝ irronabiliū qꝛ naturał̄r ſumus
ad imaginē dī ¶ Ex his ſeq̄ꝛ ꝙ q̄uis de
us dicatꝛ vere pncipiū oīm reꝝ creatura
rū p creatōꝫ: nō tñ đr p̄r p creationē oīꝫ
qꝛ requiritꝛ ad p̄rnitatē ꝙ ſit ſiłitudo in
imagine naturali: ptꝫ etiā pma p9: qꝛ ab
ipo oīa ſūt. Filiatio p adoptionē ē hab i
do alicui⁹ nature intellectuał adopta/
te a deo ad vitam eternam: conformis
deo ſm rōnem imaginis naturał ⁊ ſiłis
ſibi in gr̄a ⁊ ceterꝫ donis ḡtuitis: ponitꝛ
hitudo loco generꝫ. Dicitꝛ alicui⁹ natu/
re intellectuał loco ſubiecti filiationis:
⁊ ad dr̄iaꝫ nature irrōnał đꝛ adoptare
a deo vbi tāgitꝛ fundamētū filiatōis. Dr̄
a deo loco cāe efficiētis. ad vitā eternaꝫ
loco finis ⁊ hereditatis hñde. cōformis
deo ſm rōneꝫ imaginis nature ad maio
rē expſſionē ⁊ ad dr̄iam beſtiaꝝ. Nunq̄
enī aliqs pōt eſſe fili⁹ alicui⁹ niſi ſit aliq
mō cōformis: ⁊ đꝛ vltīo: ⁊ đꝛ ſiłis ſibi in
gr̄a ⁊ ceterꝫ donis gratuitꝫ ad dr̄iaꝫ dā/
natoꝝ ⁊ pctōꝝ. ¶ Ex q̄ ſequitꝛ ꝙ hec filia
tio in viatoribꝰ ē pdibilis ⁊ reacq̄ſibilis
In dāmatis autē irrecupabił đ potētia
dei ordinata. In beatis purꝫ creaturis
ē inamiſſibił de potentia dei ordinata.
¶ Nota ꝙ ē dr̄ia inter imaginē dei ⁊ ſiłi
tudinē: imago eñ ꝯſiſtit in purꝫ natura
libꝰ ſiłitudo āt ꝯſiſtit ī ḡtuitꝫ. ſ. fide ſpe
⁊ charitate p quā hō ē deo ſiłis. Filiatio
p nūcupationē eſt hitudo alicui⁹ creati
ad deū creantē ꝯformis ſm rōnem ſibi
imaginis naturał ⁊ diſſiłis ab eo p cul/
pā mortalē. Ex q̄ ſequitꝛ ꝙ oīs hō ī pctō
mortali exñs pōt dici fili⁹ dei p nūcupa
tionē. Hec añt aut filio ptim ꝯtinet ve/
ritatē ⁊ ptim nō. Veritatē qꝛ vere ſunt
filij dei p creationē. Ex q̄ aūt ſunt deor/
dinati ⁊ diſcordes a volūtate rectiſſima
dei ſt̄ effecti inimici dei ⁊ aduerſarij mor
tales. Jō meli⁹ dicuntꝛ inimici dei q̄ fi/
lij. ¶ Rñdeo ad qōnem dicēdū ꝙ iſta p̄/
poſitio p ē equiuoca in ppoſito pt ei īportꝛ
tare cām effectiuā ⁊ pncipalē: pōt etiā i/
portare cām meritoriā ⁊ toti⁹ minus pn
cipalē. Si importat cām meritoriam vł
diſpoſitiuā abſq dubio veꝝ ē ꝙ ſum⁹ fi
lij adoptionis per xp̄m Jpe enim nobis
meruit gratiam p quā ſumus filij adop
tiui inquantū eſt caput eccłie. Et nō ſo
lum reſpicit naturam diuinam ſed etiā
humanā. Si autem importat cām effe/
ctiuā ſic ad huc veꝝ ē. Pater enim nos
adoptauit. ergo ad inchoationē p filiuꝫ
⁊ ſpiritū ſanctū. Et ſi per appropriatio/
nē loquimur per filium nos adoptauit
quo ad inchoationem p ſpiritū ſanctuꝫ
quo ad cōſumationē. Ad noſtram enim
adoptionē duo ꝯcurrunt ſcꝫ redemptio
que facta ē per filij miſſionē ⁊ gratifica/
tio que facta ē per ſpiritusſancti miſſio/
nem. Et hoc eſt qđ dicitur in lib. de ſpi/
ritu ⁊ anima. c. vi. A patre p filiū ⁊ ſpiri
ritū ſanctū ad nos diuina deſcendunt.
Patꝛ ſiquidē tradidit filiuꝫ q̄ redimeret

nos miſit ſpm̄ſctm̄ ꝗ ſeruos adoptaret i filios. Filiū dedit in pciū redēptiōis. ſſ. in priuilegiū adoptiōis. Et ſic pꝫ per oēm modum ſiue ꝑ dicat rōnē diuinā ſiue effectiuā: ꝛ h̄ ſiue ꝑ appꝛiationē ſiue ꝑ ꝓprietatē verū eſt ꝙ ſumus filij dei adoptiui per xp̄m Joh. i. dedit eis ptātem filios dei fieri hijs ꝗ credūt in noīe eiꝰ. Cōſtat ꝙ euāgeliſta loquit̃ de xp̄o ꝗ ē ꝟbū increatū ꝗ ꝛc̄. Itē Ad gala. iiij. Miſit deꝰ filiū ſuū fctm̄ ꝛc̄. natū ꝛc̄. ¶ Nota tn̄ ꝙ filiatio adoptōis ꝯuenit. ſpūiſſan. ꝛ appropriari pōt rōne gratificatiōis ſed ꝑ hoc nō excluditur ꝗn cōueniat filio. Si em̄ ꝑ ꝓprietatē loq̄mur indiuiſa ſunt opa trinitatis. Si vero ꝑ appꝛopꝛiationē nihil īpedit ꝗn aliud diuerſis de cauſ poſſit de pluribus perſonis appꝛopꝛiari et ſic intelligit̃ illud. Ro. viij. Non acceptis ſpm̄ ſeruitutis. ſ. i timoꝛe ſꝫ ſpm̄ adoptiōnis filij dei. Et illud ioh̄. iij. niſi ꝗs renatus fuerit ꝛc̄. Et ſi querit̃ per qđ donum grē efficiamur filij dei. Dicēdū ꝙ filij dei ſumꝰ inq̄ptū ſumꝰ ꝯformes imagini filij eius naturalis id eſt ſine macula ꝛ pctō ſm̄ illud. Ro. viij. Quos predicauit cōfoꝛmes fieri imagini filij eiꝰ. Hoc aūt eſt dupl'r. Aut ꝑ remotionē a maloꝛ hoc ꝑ grāꝫ baptiſmalē ꝗ inq̄ptū eſt ſacramentalis medela eſt ꝯtra maluꝫ. Aut ꝑ oꝛdinē ad bonū. Et hoc pōt eſſe dupl'r. Aut ex ꝑte intellectus ꝛ ſic eſt fides aut ex ꝑte effectus ꝛ ſic eſt charitas. Si dicatur timoꝛ vel hūilitas facere filios hoc ē diſpoſitiue. Et nota ꝙ qn̄ dr̄ Ro. viij. ꝯfoꝛmes fieri imagini filij eiꝰ ibi ē ꝯſtructio irrāſitiua id eſt imagini ꝗ eſt filiꝰ eiꝰ

Nono queritur. Utrū

filiatio adoptiōis ſit in nob̄ ꝑ cōparatiōeꝫ ad xp̄m. Hoc eſt q̄rere. Utrū ſimus filij adoptiui ipſius xp̄i. ¶ Rn̄deo ꝙ abſq3 dubio filiatio ꝑ adoptionē cōpetit nob̄ reſpectu totius trinitatis a ꝗ ſumus creati. Et ſic cōpetit reſpectu xp̄i. Un̄ xp̄s pōt dici pr̄ noſter. Sicut em̄ in diuinis nomē principij accipit̃ eſſentialiter vt potē cū dr̄ reſpectu creature. Accipit̃ etiāꝫ nocionalit̃ cū dr̄ reſpectu ꝑſone. Sic nomen patris dicat̃ reſpectu ꝑſone dicitur ꝑſonaliter. Si vero dicat̃ reſpectu naturalis creature eſſential'r dr̄ vn̄ ſicut pr̄ et filius ꝛ ſpūſſctūs ſunt vnū ꝑncipiū reſpectu creature rōne ꝓductiōis nature ſic ſunt vnꝰ pr̄ rōne collatiōis grē. Nota ꝙ illud p̄dicatū in diuinis dr̄ eſſentialit̃ qn̄ habet ſimilē modū exiſtendi ꝛ p̄dicādi ſicut diuina eſſentia. Diuina autē eſſentia eſt vna ſimpliciſſima in trib; ꝛ p̄dicat̃ de ſingulis ꝑſonis ſil' ſic ꝑncipatus ꝛ paternitas qn̄ dicunt̃ eēntialiter eſt vna rō ꝑncipij ꝛ paternitatis ſingulariſſima exn̄s in trib; ꝑſonis: ꝛ dr̄ de ſingulis ꝑſonis ꝛ de oībus ſimul vt volūtas ꝛ diuina et bonitas ꝛc̄. Nota ꝙ perſonale p̄dicatū in diuinis vbi ſoli ꝑſone ꝯuenit ꝓprie capiendo p̄dicatuꝫ perſonale nocionale aūt ꝓprie captū vt dicit̃ ꝯtra perſonale ꝛ eſſentiale dr̄ de duab; ꝑſonis ꝛ ſic pater et filiꝰ ſunt vnū ꝑncipiū ſpūſſcti. Eſſentiale ꝓ ō ē cōe trib; ꝑſonis vt ꝓus dictū ē.

Circa vndecimā

diſtinctōeꝫ q̄rit̃. Utrū p̄deſtinatio xp̄i ſit nr̄e p̄deſtinationis ꝯfoꝛmis id ē. Utruꝫ pꝛedeſtinatio dicat̃ vniuoce de xp̄o et de nobis. Pꝛedeſtinatio eſt diuinū ꝓpoſitū dādi vitā eternā. Due ſunt ꝑticule diuinum ꝓpoſitū id eſt volitio diuina vn̄ eſt p̄deſtinatus cui deus vult dare vitā eternam. Un̄ p̄deſtinatio dicit actū volūtatis reſpectu dare ꝛc̄. qꝛ p̄deſtinatio nō ē niſi reſpectu finis vltimi. Pꝛedeſtinatio foꝛlit̃ nō eſt niſi diuinū velle. ꝛ dr̄ dādi vitā eternā ꝑ qđ p̄deſtinatio dr̄ ab electione qꝛ electio eſt reſpectu entiū ad finē p̄deſtinatio aūt eſt reſpectu finis vltimi. Elegit em̄ ab eterno electos ꝗ ſūt entia ad finē. Pꝛedeſtinauit autē ad finē ꝗ eſt vita eterna. Un̄ p̄deſtinatio p̄cedit prioritate intentiōis electionē ꝛ electio voca

tionē cõiūis ſit aliter in executione. Uñ p̄deſtinatio reſpicit vitam eternā electio etiā reſpicit ad finē vocatio p̄cedit in re id eſt executiōe ⁊ ſequit̄ electio p̄ grām ⁊ eandē predeſtinatio id eſt effect⁹ p̄deſtinationis p̄ glīam. ¶ Rn̄deo dicēdū q̄ p̄deſtinatio xp̄i quodāmodo hȝ ꝯformitatem ad nr̄aȝ: ⁊ quodāmodo diffozmitatē pȝ cõſiderādo quattuoꝛ q̄ ſunt in p̄deſtinatione. Põt em̄ cõſiderari p̄deſtinatio in cõpatiōe ad p̄deſtinātē q̄ eſt tota trinitas. Scd̄o mõ ad p̄deſtinatum. Tertio mõ ad terminū ⁊ Quarto mõ ad initialem ſtatū q̄ eſt ſtatus pc̄ti q̄ ē termin⁹ a quo. Si p̄io mõ eſt vni⁹rõnis ⁊ conformis modi ē p̄deſtinatio xp̄i p̄deſtinatiōi nr̄e pȝ. Nā eodē modo quo de⁹ ꝓpoſuit ab eterno darevitā eternā aīe xp̄i ſic etiā ꝓpoſuit glīficare ab eterno quos in rpe glīficat. Si etiā cõpatōe ad ſtatū initialem ſic ſimpl̄r eſt dr̄ia inter xp̄i p̄deſtinationē ⁊ nr̄am qꝛ ip̄e eripuit nos de ſtatu pc̄ti vel ſubleuatiue ſicut oēs alios vl̄ p̄ſeruatiue vt btāȝ virginē ⁊c̄. Hic aūt ſtatus nõ fuit in xp̄o aliquo mõ ideo h̄ mõ nulla eſt ꝯuenientia. Cõpando aūt p̄deſtinationē ad p̄deſtinatū ⁊ terminū partim differēter ⁊ ptim̄ ꝯuenienter Si em̄ in cõpatiōe ad p̄deſtinatuȝ eſt dr̄ia qꝛ in nobis p̄deſtinatio eſt reſpectu nature et reſpectu pſone in xp̄o auteȝ eſt reſpectu nature ſȝ nõ pſone ⁊ ſic ē ꝯueniētia in natura q̄ vtrobiq̄ ē p̄deſtinata ſȝ nõ pſona xp̄i in cõpatiōe ad terminū .ſ. ad grām ⁊ glīā eſt ꝯueniētia: qꝛ ip̄e ⁊ nos ſum⁹ p̄deſtinati ad grām ⁊ glīam. Eſt dr̄ia tñ qꝛ ſum⁹ p̄deſtinati ad graȝ ⁊ glīam ſucceſſiue qꝛ prius ad graȝ q̄ ad glīaȝ. Nõ aūt ſic xp̄s q̄ hūit grām ⁊ glīam ſil̄ ſcȝ inſtāti creatiōis aīe ei⁹ Itē nos ſum⁹ p̄deſtinati ad graȝ ſingl̄arȝ xp̄s aūt ad gratiā vnionis ⁊ ſingular. s pſone. ⁊ hic hȝ qd̄ habemus ⁊ habūdat ml̄to a nob. Uerū eſt ḡ qd̄ p̄deſtinatio xp̄i ⁊ eſt ꝯformis nr̄e aliq̄ mõ difformis. Et ſi notificet̄ ſm̄ illd̄ in quo cõfoꝛmamur eſt vnio ſm̄ diſcõueni entiā nõ. Predeſtinatio ſm̄ auguſtinum in de p̄deſtinanatione ſc̄oꝝ eſt ꝓpoſituȝ miſerēdi ⁊ eadē cū iſta qd̄ eſt ꝓpoſitū miſericoꝛditer dandi vitam eternam ⁊ fruitionem diuinam.

Secūdo querit̄. Utrū

p̄deſtinatio xp̄i reſpectu nr̄e p̄deſtinationis ſit forma exēplaris id eſt ſit exēplar. Duplex eſt exēplar ſcȝ interi⁹ qd̄ eſt aliq̄ ratio exn̄s in mēte artificis ſm̄ q̄ artifex ꝑducit opa ſua ad extra ſicut domificatoꝛ p̄ exēplar domus qd̄ eſt actus cognoſcēdi q̄ ē ſil̄itudo rei cognite. Exēplar exterius ē q̄dā forma exterioꝛ ſm̄ quā artifices mechanici regulāt operatões ſuas ¶ Rn̄deo q̄ p̄deſtinatio põt capi dupliciter. Uno mõ ꝓ per ſe ſignificato. Alio mõ ꝓ cõnotato. P̄mo mõ ꝓ ſe ſignificato nõ eſt aliud q̄ velle vel ꝓpoſitū diuinuȝ dandi vitā eternā qd̄ q̄dē ꝓpoſitū eſt diuina eſſentia p̄ realem idētitatē. Scd̄o mõ eſt grā et glīa ⁊ eſt effect⁹ diuine volūtatꝫ. Predeſtinatio xp̄i ꝓ p̄ ſe ſignificato nõ eſt forma exēplarꝫ nr̄e p̄deſtinationis nec ecõuerſo qꝛ oēs p̄deſtinatiōes h̄ mõ nõ ſꝫ niſi vna ſcȝ ꝓpoſitū diuinū ⁊ nihil põt eſſe exēplar ſui ipſius. Si aūt calpit̄ ꝓ cõnotato p̄deſtinatio xp̄i nõ ē exēplar p̄deſtinatõis nr̄e exēplar inq̄ iteri⁹ qꝛ deus nõ p̄deſtinauit aliquē aſpiciēdo ad p̄deſtinationē xp̄i vel ad glīam ⁊ graȝ xp̄i qꝛ nihil agit ds̄ reſpiciēs aliđ extra p̄ qd̄ agat. et dꝫ bñ tñ exēplar exteri⁹ reſpectu p̄deſtinatiōis nr̄e directiuū reſpectu ſūmi artificiꝫ ſȝ reſpectu nr̄i tā in credendis q̄ i expectādis q̄ etiā opādis. Tūc em̄ i nob recte ē grā di qñ xp̄o efficimur cõfoꝛmes. ⁊ talia etiā p̄ grām futura ſūt coꝛpa nr̄a q̄le xp̄s in ſua reſurrectiōe mõſtrauit ſm̄ q̄ dicūt ſc̄ti. Et nos ipſi ſi volumus ad vltimū terminū p̄deſtinatiōis ꝑuenire neceſſe habem⁹ in auctoꝛē fidei et ꝯſūmatoꝛē aſpicere quēadmodū p̄me petri ſc̄d̄o xp̄s paſſus eſt ꝓ nobis vobꝫ relinquēs exēplū. Et ꝓ tanto dicit augu

ſtinus de pdeſtinatiōe ſctōꝝ pclariſſimū lumen nr̄e pdeſtinationis eſt ieſus:quaſi ad vnūquēqꝫ nr̄m dicat deus Aſpice et fac ſm exēplar qd̄ tibi in mōte moſtratū eſt hoc eſt in xp̄o cui⁹ oīa illa veteris te/ſtamēti appropriata fuerunt ſigna. Vñ Ro.viij. Quos pdeſtinauit cōformes fieri imagis filij ſui Illud aūt cui dꝫ res ꝯformari eſt exēplar ei⁹. Sua ei excellē/tiſſima vita vl' exhibita p⁹ ſuā icarnatōꝫ vel figurata ab initio mūdi fuit exēplar ꝛ forma oīs bone vite ꝛ ſcē ꝯuerſatiōis:

Tertio querit. Utrum in pdeſtinatiōe xp̄i reſpectu nr̄e ſit vera rō cāſitatꝭ. Jdē vtrū pdeſtinatio xp̄i ſit cā nr̄e pdeſtinatiōis. ¶ Notādū ꝙ eſt triplex cā efficiēs q̄dā ē pp̄rie effectiua alia eſt diſpoſitiua tertia eſt excitatiua. Oē ei qd̄ efficit vel diſponit vl' excitat diſponentē vl' efficiētē aliq̄ mō pōt dici efficere vl' cāre: vt ꝯuerſiōis pauli fuit triplex cā ſcꝫ pp̄rie effectiua q̄ fuit dꝫ q̄ pp̄rie erat ꝛ dat grāꝫ. Cā diſpoſitiua p modū ſupplicatiōis fuit ſtephanus exorās deuꝫ deuote p lapidātib⁹ ſe inter q̄s pncipal' fuit paulus. Cā excitatiua fuit ꝯuerſiōis magnitudo ꝛ fuit predicatio xp̄i. Et poſſꝫ dici ꝙ cā excitatiua pauli fuit xp̄i dictū dicētis Saule ꝛc. ¶ Rñdeo dicēdū ꝙ pdeſtinatio xp̄i ꝛ nr̄a pñt capi dupl'r. Uno mō p ꝓ ſigficato. Alio mō p ꝯnotato. Predeſtinatio pmo mō xp̄i nō eſt cā nr̄e pdeſtinationis nec eꝯ cū vtraqꝫ ſit eterna ꝛ ſit diuina eſſentia. Si ſcd̄o mō ſcꝫ rōne cōnotati diſtinguēdū eſt iterꝫ qꝛ eſt cā in gn̄e cāe efficiētꝭ q̄ pp̄rie dī cā de q̄ nūc loqmur. ꝛ hec ē i triplici dr̄ia effectiua vt s̄. Si loqmur de cā effectiua pp̄rie ſic pdeſtinatio xp̄i rōne ꝯnotati nō eſt cā nr̄e pdeſtinatiōis pꝫ qꝛ effect⁹ ſiue ꝯnotatū pdeſtinatōis eſt gr̄a ꝛ gl'ia q̄ a ſolo deo eſt vt pricipio effectiuo pꝫ. Gr̄aꝫ ꝛ gl'iaꝫ dabit dn̄s. Predeſtinatio aūt xp̄i q̄ ē cā diſ/poſitiua p rōnē meriti ē cā nr̄e pdeſtina/tiōis rōne ꝯnotati:qꝛ xp̄s nobis meruit primam gratiam ꝛ gloriam ꝛ fuit cā me ritoria noſtre pdeſtinatōis ꝛ ſalutis nō causa principalis. ¶ Tota eī trinitas ab eterno diſpoſuit nullaꝫ grām nec gl'iam dare homini niſi per meritum paſſionis chriſti vnde gregorius dicit ꝙ predeſtinatio iuuatur oratiōibus ſctōrum ergo a fortiori meritis xp̄i. ¶ Utrum hec ſit concedenda chriſtus eſt creatura: Et hic nota ꝙ creatura dicit a creari qꝛ illd̄ ꝙ creatur dicitur quaſi creatura. Creari accipitur duobus modis. Uno modo large Alio mō ſtricte et eſt aliqd̄ fieri ꝛc. fieri ponitur loco generis qꝛ omne creari eſt fieri ſed nō omne fieri eſt creari: in eſſe a ſolo deo imediate efficiente: ꝛ hoc ponitur ad dr̄iam pductionū naturaliū: poſt oīno purū nihil vel poſt nō eſſe: ꝛ hoc ad differētiā generatiōis vel alicui⁹ factōis Et iſto mō xp̄s nō ē creatura etiā ſm humanitatē qꝛ cauſata a btā virgie ꝛ ex puriſſimis ſanguib⁹ ei⁹ formata fieri. Creari aūt large eſt aliqd̄ fieri in eſſe ſm primū ſui eſſe a deo nō tm̄ imediate necꝫ ſolū ſcꝫ excludēdo cām ſecūdā poſt nō eſſe in ſubiecto nō excludendo ſubiectū illi⁹ eſſe Dicit fieri loco generis. Dicit in eſſe vbi tangitur terminus relatiōis ad deū Ab iſto creari eē aliud a deo ē creatura excepto xp̄o ꝛ ſic capit in qōne. Dicēdū ergo cū iſto ſm primū ſui eſſe. Duplex ē eſſe pmū quoddā eſt quo ipſa res hꝫ eſſe adeqte vt hō eſt hūanitate et pōt dici eē ptiale et eſſe. Et eſt eē alterius ptis q̄ eſt prior genere altera parte vt corp⁹ reſpectu anime. Ad hoc q̄ ꝙ aliqd̄ creet a deo oportet ꝙ accipiat ſuum eſſe primum totale vel partiale ſi habeat: xp̄s autē nullo mō accipit primū ſui eſſe nō totale: qꝛ nō eſt in chriſto. Non enim reſultat tertiū cōpoſituꝫ ex vnione nature hūane cū diuina Non etiam eſſe ptiale primū qd̄ eſt eſſe diuinū qd̄ quaſi eſt ptiale. ¶ Rñdeo ergo ad qōnē ſm ſctm̄ Bonauen. ꝙ predictus ſmo a doctorib⁹ theol'. cōiter non recipitur chriſtus ſine filius dei eſt creatura Adherent enim verbis magiſtri in littera de rationibus vide textum

¶ Rñdeo hãc opinionẽ tenẽt cõiter do ctores pariſienſes. Sʒ Jeronymus ꝛ aug. damaſce. ꝛ Richard᷒ de. ſ. vic. affirmãt eſſe cõcedendã wozilon etiã dicit ꝙ eſt ſingulariter cõcedẽda ſm ꝙ hõ. ¶ Notã dum ꝙ eſt vanũ vanitate cozruptõis qđ eſt cozruptibile ꝛ ſic oĩs creatura eſt va/ na ꝛ ſic intelligit̃ hec auctozitas pauli. Ro. viij. Uanitati ſubiecta eſt oĩs crea tura. Alia eſt vanitas variationis qua aliqđ põt mutari de vno accidẽte in aliđ accidẽs ꝛ ſic accipit̃ in p̃dicta auctozitate Alia eſt vanitas vicioſitatis q̃ aliud dr̃ vicioſum ꝛ culpabile ꝛ ſic peccatoz dicit̃ vanus vnde vani ſunt filij hoĩu ꝛc. in/ quantum. ſcʒ peccatozes. Alia eſt vani/ tas ocioſitatis q̃ hõ ocioſe viuit. Ezech. xvi. Hec eſt iniquitas ſozoꝛis tue ſodo/ me. Nota ꝙ de quocũqʒ p̃dicat̃ inferi/ us ꝛ ſupius dʒ intelligi de ſupioꝛi cõueni ens inferioꝛi eſſentialr̃: creatura autẽ nõ eſt ſupius eſſentiale ꝛ q̃dditatiuũ ad ho/ minẽ ideo q̄uis ꝯcedat̃ ꝙ xp̃s ſit hõ non tñ creatura q꞉ creatura nõ dicit̃ q̃ddita/ tiue nec eſſentialiter de hoĩe. Nota ꝓ ſo lutione vltimi articuli q̃ōnis p̃cedẽn/ tis ꝙ neceſſariũ dicitur dupl'r. Uno mo do ꝑ ſe ſingulariter ꝛ abſente ꝛ ſic inter entitates incomplexas nihil eſt neceſſa rium niſi deus. Jn cõplexis autẽ p̃nci/ pia p̃ia ſunt neceſſario quib᷒ repugnat eẽ ꝛ ſic cõtingens non eſt cã talis neceſſa rij. Contingens aũt ꝙ trãſijt in p̃teritũʒ nõ eſt ſic neceſſariũ. Aliud eſt neceſſariũ per accidens talis aũt neceſſarij bñ põt eẽ cã aliqđ ꝯtingẽs ꝛ iſta ſolutio ẽ optĩa.

Quĩto querit̃. Utrum

hec ꝓpõ ſit ꝯcedenda. Jſte hõ incepit eẽ demõſtrato xp̃o vl' xp̃s icepit eẽ. ¶ Sciẽ dũ ꝙ xp̃s eſt natura ſuppoſiti vel hypo/ ſtaſis vel ꝑ ſe ſubſiſtẽt̃ in duabus natu/ ris ſcʒ hũana natura ꝛ diuina vt damaſ. Prima ꝓpoſitio verbum diuinũʒ per ſe et p̃ciſe ſumptuʒ id'eſt vnitũ hʒ huma/ nitatem ſibi vnitã dicitur xp̃s q꞉ xp̃s eſt nomen ſuppoſiti ſubſiſtẽs in duabus na/ turis. Scđa ꝓpoſitio verbum diuinũ ab'eterno nõ fuit xp̃s q꞉ nõ habuit natu ram humanam ſibi vnitam ab'eterno ſʒ incepit eẽ xp̃s quando in vtero virginis copulauit ſibi naturaʒ humanam. Ter tia ꝓpoſitio. Uerbũ diuinuʒ non fuit xp̃s in triduo moꝛtiſ ſue q꞉ tũc nõ habuit naturã humanã: ſibi vnitã q꞉ fuit deſtru cta lʒ haberet coꝛpus et aiam. Quarta ꝓpoſitio eſt cõtingens xp̃s incepit eſſe q꞉ aliqñ fuit vera, ꝛ ẽ vera ñ fuit ãt falſa ab eterno q꞉ v̾bũ eternũ nõ fuit ab eter/ no xp̃s nec ẽt in triduo. Ex hijs ſequit̃ ꝙ ſm ſcotũ hec cõcedit̃ xp̃s icepit eẽ ratiõe nature humane quam connotat iſte ter/ minus xp̃s diuine ꝑſone vnitã. Uñ xp̃s tm̃ valet q̄tũ verbũ homo. Jta ipoꝛtat duas rõnes quaſi ꝑciales ꝯſtituẽtes xp̃ʒ lʒ ꝗ hec ꝓpõ verbũ incepit eẽ ſit falſa et heretica. Jſta tñ v̾bũ homo icepit eẽ eſt vera. De iſto termino incipit. Sciendũ ꝙ oĩs ꝓpõ de incipit in qua termini ſup ponũt ꝓ reb᷒ ꝑmanẽtib᷒ exponit̃ ꝑ poſi/ tionẽ p̃ntis ꝛ negatiõem p̃ioꝛ. vt dom᷒ incipit eſſe id eſt domus nũc eſt ꝛ dom᷒ p̃ius nõ fuit: ꝛ ſic iſta xp̃s incipit eſſe ex/ ponitur xp̃s nũc eſt inſtãti ſue incarnati onis ꝛ imediate ante nõ erat: q꞉ verbum ante inſtãs incarnatiõis nõ fuit xp̃s. De iſto termĩo eſſe duplex eſt eſſe ſcʒ ſimpli/ citer qđ eſt ſubſtãtiale vt diſtiguit̃ ꝯ ac/ cidentale ꝛ tale eſſe ſimpl'r duplex eſt in xp̃o ſcʒ natura diuina ꝛ humana natura quã quarũ qualibet ꝯſequit̃ ſuum p̃o/ p̃ium eſſe ſimpliciter ꝛ ſubſtãtiale. Aliđ eſt eẽ accidentale ſiue ſm q̃d Jn xp̃o du/ plex eſt eẽ ſimpl'r ſcʒ p̃mũ qđ eſt eſſe di uinũ ꝛ ſm tale eſſe eſt ab eterno. Aliud ẽ eſſe ſm chꝛiſtum ſcilicet eſſe humanum ꝛ quia chꝛiſtus incepit eẽ ſimpliciter poſt nõ eẽ ſcʒ naturaʒ humanam que eſt eius eẽ ſm ſimpliciter ideo ſimplicit̃ cõceden dũ eſt ꝙ chꝛiſtus incepit eſſe. Et ſi argu as chꝛiſtus incepit eſſe chꝛiſtus eſt fili/ us dei ergo filius dei incepit eẽ. Dicẽdũ

ꝙ iſte ſillogiſmus non valet qꝛ omnis ſil
logiſmus expoſitoꝛius debet reduci ad
vnā vniuerſalem. Iſte autem ſillogiſm⁹
nō poteſt regulari ꝑ dici de omni qꝛ ma
ioꝛ eſſet falſa. Sic reducitur ꝗcquid eſt
xp̄s incepit eſſe ⁊ hec eſt falſa: qꝛ fili⁹ dei
eſt xp̄s ⁊ non incepit eſſe. ¶ Nota ꝙ nul
la ꝑpō heretica dꝫ dici q̄ habet aliquem
ſenſū verū: ſed iſta ꝑpō xp̄s icep̄it eſſe (⁊
ſm mgr̄m. ſ. ⁊ ſm egidiuꝫ de roma et ſm
durandū qui eā diſtinguūt) hꝫ aliquaꝫ
ſenſū verū ⁊ ſm talē ſenſum eſt ꝯcedēda
ergo nō eſt heretica. Sciendū ꝙ eſt tri
plex propoſitio quedam eſt ſimpl'r vera
Alia ſimplicit' falſa: tertia eſt multiplex
q̄ ſcꝫ in vno ſenſu eſt vera ⁊ ī alio ē falſa.
Prima eſt que nulluꝫ ſenſum hꝫ falſum
vt deus q̄ ē pater gn̄at. Scd̄a eſt q̄ nul
lum ſenſum habet veruꝫ vt hō eſt lapis
deus nō eſt. Tertia que nō eſt ſimplicit'
vera nec ſimpliciter falſa: ſed habet plu
res ſenſus quoꝝ vn⁹ eſt verus ⁊ alter eſt
falſus vt canis currit hec eſt multiplex
cā hui⁹ termini canis. Omnis ꝑpō autē
ſimpl'r falſa: ſimpl'r ē negāda et oīs ꝑpō
ſimpliciter vera eſt ſimpliciter cōceden
da nec eſt opus talē diſtinguere. Illa au
tem ꝑpoſitio q̄ eſt multiplex. Eſt diſtin
guēda nec eſt ſimpl'r negāda nec ſimpli
citer concedenda.

Sexto querit'. Utrum

hec ꝑpō. Hō incepit eſſe deus ſit cōcedē
da. Nota ꝙ qn̄ hec ſacra vnio fuit facta
iſte ꝑpōnes icepērūt eſſe vere hō eſt de⁹
et deus eſt homo. ¶ R n̄deo dicendū eſt
ꝙ abſq; dubio hec ꝯceditur. Deus ince
pit eſſe homo tanq; vera qꝛ eſt vna expo
nibilis cuius om̄es exponentes ſunt ve
re que ſunt hec. Deus eſt hō et prius nō
fuit homo in p̄io inſtāti diuine incarna
tionis. Hec autē ꝑpō homo incepit eſſe
deus ſm Bonauenturā eſt cōcedēda vt
pꝫ in textu. ¶ Sed dicēdū ꝙ lꝫ hec ꝑpō
homo eſt deus incepit qn̄q; eſſe vera qꝛ
ī inſtāti ſue incarnatōis incepit eſſe vera
qꝛ prius nō fuit vera ⁊ tunc fuit vera er
go incepit eſſe vera tenet ꝯn̄a: nec alius a
xp̄o nec ipſe xp̄s incepit eſſe deus tꝫ ꝯn̄a
ab exponibilib⁹ ad ſuā exponibilē. Nul
lus tn̄ homo icepit eſſe de⁹ pꝫ qꝛ nec ille
nec iſte nec alius a xp̄o nec ipſe xp̄s ince
pit eſſe deus ꝗ nullus homo incepit eſſe
deus pꝫ iſta ps xp̄s nō incepit eſſe de⁹ ⁊c.
qꝛ xp̄s eſt filius dei et deus eſt etern⁹ ꝗ
nō incepit eſſe deus hec aūt opinio videt
ſecurioꝛ q̄ꝫ opinio Boneuen. ¶ Nota ꝙ
iſte ꝑpoſitōes qn̄q; fuerūt vere ſi' null⁹
homo eſt deus: aliq̄s hō erit deus qui tn̄
nūq; incipiet eſſe deus. Itē licꝫ hec ꝑpō
poſſit deſinere eſſe vera hō eſt de⁹ hec tn̄
eſt īpoſſibilis hō deſinit eſſe deus. Pria
pars pꝫ qꝛ verbū diuinuꝫ pōt dimittere
naturaꝫ humanamꝫ ꝑ ꝯn̄s homo poteſt
non eſſe deus. Scd̄a pars pꝫ qꝛ hō ille q̄
nūc eſt xp̄s non pōt deſinere eſſe deus: qꝛ
neceſſario eſt deus. Et ſi arguas. Iſta
eſt vera deus icepit eſſe hō ergo a ſimpli
ci conuerſione homo incepit eſſe deus.
¶ Reſpondeo dicēdū ꝙ nō ſic cōuertit'
ſed ſic ergo qd̄ incepit eſſe hō eſt vel fuit
deus ſicut dicitur de iſta deus fact⁹ eſt
homo ſic cōuertitur qd̄ factuꝫ eſt homo
eſt fuit deus. Itē arguit' hec ē vera. De⁹
incepit eſſe homo ꝑpter vnionem ſꝫ vnio
eſt reciproca ⁊ mutua ergo ſicut iſta con
ceditur hō incepit eſſe homo ⁊c. vide. te
xtum. ¶ R n̄deo dicēdū ꝙ cōicatio idio
matum non tꝫ in p̄dicatis qui exprimūt
iſta vnionē qꝛ cōicatio idiomatum p̄ſup
ponit vnionē. Modo aūt incepit expri
mit vnionem. ¶ Item arguitur ſic. In
ſtāti in quo filius dei incarnatus eſt hec
eſt vera homo eſt de⁹ et ante hoc nō fuit
deus ergo homo incepit eſſe deus patet
ab exponibilibus ad exponibilem ſuaꝫ
¶ R n̄deo dicēdū ꝙ vna exponentiū eſt
falſa ſcilicet iſta homo nō fuit de⁹ qꝛ ille
homo qui eſt xp̄s eternaliter fuit deus ⁊
qꝛ vna exponētiū eſt falſa ideo ſua expo
ſita eſt falſa que eſt homo icepit eē deus
Itē arguit' Anteq̄ꝫ homo eſſꝫ nec homo

erat hō nec aliqd aliud q2 ſubiectuʒ tūc p2o nullo ſupponit:ſed homo incepit eſſe hō añ hō non potuit eſſe ꝛ de⁹ ḡ ſi hō incepit eſſe homo hō incepit eſſe deus. Dicēdum ꝙ ſcđa pars minoris eſt falſa ſcʒ illa homo nō potuit eſſe de⁹ anteꝗ̄ eſſet homo imo fuit deus anteꝗ̄ eēt homo q2 fuit ds ab eterno2 fuit hō in tp̄e ꝛ ex tp̄e

Circa diſtinctionem duodecimam. Queritur. Utrum decuerit filiuʒ dei aſſumere humanam naturam de maſſa pditionis ſiue de gnere adam vel ade. Genus capitur hic p ge/nere vł parentela. ¶ Reſpōdeo dicēdū ꝙ abſq3 dubio filius potuiſſ3 carnē aſſu/mere aliūde quā de maſſa co2rupta ſiue aliunde ꝗ̄ ex hijs q pceſſerunt de genere adam. Magis tñ cōgruebat ꝙ de gene/re ade carnē aſſumeret. Et l3 multe ſint congruētie q nos latent iuxta multi fo2/mitatem ſapiētie dei tamen ſm verba et dicta ſancto2 quattuo2 poſſunt aſſigna/ri rationes. Prima eſt propter cōſeruandam rectitudinē iuſticie vt videlicʒ eiuſ/dem generis eſſet ſatiſfacto2 ꝛ p2euarica to2. Nam ꝛ ſi alterius generis eſſet non attribuereť eidem generi ſatiſfactio cui eſt offenſio ac per hoc non recte ſeruareť iuſticie rectitudo:que ab illo genere req rit emendam in quo repit p2ecedentem offēſam. ¶ Secūda eſt propter manife/ſtandam dulcedinem miſerico2die vt videlicet ipſe dominus qui ab homine cō/tēptus fuerat tanꝗ̄ ab aduerſario et inimico ipſe idem generi humano vniretur in ch2iſto in vnitate perſone in quo ma/nifeſtatur mira dei cond eſcēſio in hoc ꝙ ipē genus humanum ſibi inimicum con/iungere voluit in indiſſolubile vinculuʒ iuxta illud ꝙ dicitur Ro.v. Cōmēdat autem charitatē ꝛc̄. ¶ Tertia autem ratio ē ad declarandā o2dinationē ſapientie que quidcʒ o2dinatio nullo poteſt infringi vicio. Decreuerat eñ deus ꝛ o2dinauerat vt genus humanuʒ totū multiplicaretur ꝛ diſſeminaretur ex vno p/pter rep2eſentationē illius vniuerſał p2icipij qđ deus eſt nec per hoc peccatuʒ infringi debuit ꝛ ideo xp̄s mediato2 dei et hominum homo verus nō aliunde ſʒ de maſſa totius generis humani debuit fo2mari. ¶ Quarta vero ratio ē ad ꝯfirmādam altitudinem id eſt dignitatem hu/mane nature quā deus in tanta dignitate conſiderauit vt nulli alij generi creature ſed ſoli deo eſſet obnoxia id eſt ſubiecta Si ergo nō modicum eſt obnoxia redē/pto2i decēs eſt vt redempto2:aut ſolum eſſet deus:aut ſi haberet in ſe genus na/ture create hoc eſſet de genere illius maſſe que o2tum hab3 a lumbis ade. Propť has ḡ rōnes cōgruentie que appent manifeſte:ꝛ a verbis ſancto2 habēt firmitatem concedendum eſt ꝙ non ſolum fuit cōgruum ꝙ xp̄s aſſumeret carnē de nr̄o genere ad repationem humane nature: Uerūetiam hoc magis fuit congruum ꝗ̄ ꝙ alio modo faceret licat alio modo facere potuiſſet et ad hoc ſunt rationes poſt oppoſituʒ Heb.ij. Qui ſanctificat et qui ſanctificatur ex vno oēs ſed ch2i/ſtus eſt qui ſanctificat qui nō ſanctificā/tur ſunt filij adam videť ergo ꝙ ſicut filij ſunt de genere ade ita etiā xp̄s fuerit vel debuerit eſſe. Item p culpa hominis nō decet niſi hominem ſatiſfacere ergo p2o culpa oīm filio2 ade nullus debet ſatiſ/facere niſi qui ſit filius adam ſʒ ch2iſtus ſatiſfecit p culpa noſtra ergo debuit eſſe de genere noſtro et de noſtra maſſa. Uide in textu alias duas.

Scđo queritur. Utrū xp̄s potuit peccare. ¶ Rñdeo dicenduʒ ꝙ abſq3 dubio. Anima ch2iſti nō potuit dep2auari aliq culpa mo2tali vel venia/li. Et rō huius eſt triplex ſcʒ plenitudo grē cōfirmatio glo2ie ꝛ vnio diuine na/ture ꝛ hūane. Plenitudo grē facit ꝙ ipē xp̄s ſm humanā naturā habuit grām cō

firmatiōis ſed illa gr̄a adeo.li.ar.confir mat vt nullo modo poſſit infirmari per culpā. Hoc ipſum facit cōfirmatio glo/ rie q̄ quidē fuit in xp̄o a ſue conceptiōis primordio ſtatim em̄ fuit btūs ⁊ cōpre/ henſor: et ſicut btūs nō poteſt dānari ſic etiam nō poteſt preuaricari: ac p̄ hoc in xp̄o nulla potuit eſſe ſm animā macula peccati. ¶ Poſtremo h̄ efficaciſſime fac̄ vnio diuine nature ⁊ humane in vnita/ te perſone que vnio facit vt idiomata cō municētur ⁊ ipſa non pōt frangi ſi ergo deus nō poteſt eſſe petōr et non pōt non eē homo planū eſt q̄ illa vnio nulla ten⁹ ſuſtinet xp̄m ſm humanā naturā pecca re potuiſſe. ¶ Boetius dicit q̄ xp̄s de oī ſtatu aliquid aſſumpſit. De ſtatu aute͂ ante peccatum aſſumpſit innocentiam. De ſtatu poſt peccatum aſſumpſit pen/ nam. De ſtatu cōprehenſoris impoſſibi/ litatem peccandi locus aūt tenet ab au/ ctoritate negatiue. Ideo dicit quidam doctor q̄ nimis durū videt̄ dicere q̄ xp̄s nūq̄ riſerit licet nō iueniat̄ in euāgelio ⁊ marie qn̄ erat puul⁹ cū bn̄dictiſſima mr̄e ſua ipſa ſibi arridēte. ¶ Sȝ ↄtra arguit̄ xp̄s potuit dicere falſum ḡ potuit pec/ care. Dicendum q̄ dicere eſt duplex. Uno mō idē eſt q̄ ore p̄ferre ⁊ h̄ mō abſ q̄ dubio potuit p̄ferre locutionē falſam q̄ talis plātio eſt perfectiōis. Alio mō dicere idem eſt q̄ aſſerere vel affirmare et hoc modo nō potuit q̄ veritas ad fal ſitatem declinare non potuit ⁊ hoc qui/ dem nō fuit īpotētie īmo magis potētie

Tertio querit̄. Utrum

chriſtus potentiam peccandi habuit vt̄ aſſumpſit. ¶ Reſpondeo dicendum q̄ potentia peccandi dicitur dupliciter. Uno modo dicitur potentia peccandi ipſa potentia qua peccatur. Et ſic po/ tentia peccādi nominat ipſum lib. arbi/ trium creatum quod quidem poteſt in bonū adiutum gratia: ⁊ quia per ſuam naturam eſt defectiuum benefaciendi. Hinc eſt q̄ illa potētia ſiue facultas di/ ci poteſt potentia benefaciendi ⁊ poten tia peccādi nullus enim peccat niſi per illam. ¶ Correlarium illo modo ratio peccādi fuit in chriſto patȝ quia habuit li. arbitriuȝ. Unde damaſcen⁹. Omnia que in natura noſtra plantauit deus aſ/ ſumpſit dei verbum. Si ergo potentiaȝ qua peccamus et benefacimus deus ab illo initio in nobis plantauit videtur q̄ eam ex tempore dei verbum aſſumpſit. Item damaſcenus. Totū me aſſumpſit vt me totum redimeret. Alio modo dici tur potentia peccandi: potentia ordina ta ad peccandum vt potentia nominet aliqđ medium inter ſubſtantiam ⁊ pec/ candi actum per quod ſubſtātia illa po/ tuit exire in peccati perpetrationem. Si ḡ p̄io mō potētia p̄dicādi capiat̄. ſic abſq̄ dubio fuit in xp̄o. vt p̄bat et dicit Damaſcen⁹ ſupi⁹. ¶ Si vo potētia pec candi dicat̄ potētia vt ordinata ad pec/ catum perpetrandum: ſic non eſt conce/ dendū q̄ xp̄s hūit potentiā peccādi p̄ eo q̄ re non potuit: et talis ordinatio im/ mo de ordinatio diminuit de plenitudi/ ne libertatis. ¶ Et nota q̄ idē dicit ſco/ tus ſub alijs tamen verbis. Dicit enim q̄ duplex eſt potentia ſcilicet remota et propinqua chriſtus ergo potuit pecca/ re potentia remota ſed non potuit pec/ care potētia propinqua. Sic etiam di/ cendum eſt de beatis ⁊ damnatis reſpe/ ctu eius q̄ eſt mereri poſſunt enim mere tn̄ potēri potētia remota q̄ ē volūtas nō tia p̄pinq: eo q̄ ſunt p̄petuo īpediti p̄ ob ſtinationem ſicut beati per gratiam con firmati.

Quarto querit̄. Utrū

decuerit deum aſſumere muliebrem ſe/ xum ad reperandum genus humanum Sexus dicitur a ſenſu vnde per ſexum fit diſcretio. Uñ ſex⁹ nō facit diſtictiōeȝ formalē ſȝ bñ materialē. Mulier dicitur quaſi mollis aer. ¶ Reſpōdeo dicēduȝ q̄ abſq̄ dubio non ita decuit deum aſſu mere ſexum femineū ſic virilē in vnitate

perſone. Et rõ huius eſt: q: mlˀiebꝛis ſe/
xus non eſt tante dignitatis ſicut virilis
Excellit enim ſexus virilis muliebꝛem et
quantum ad dignitatem in pꝛincipiando ꝛ
quantum ad virtutem in agendo: et quantum
ad auctoꝛitatem in pꝛeſidendo. Quantũ
ad dignitatem in pꝛincipiãdo q: omnes
tã viri quam mulieres ex vno viro fue/
rũt in quo eſt expreſſa repñtatio egreſ/
ſus rerũ ab illo vnico pꝛincipio pꝛimo et
ſummo. ſ. deo. Quãtũ ad virtutẽ in agẽ
do ſimiliter pꝛecellit quoniam viri eſt age
re ꝛ mulieris eſt pati vnde plus hꝫ ſexus
virilis de virtute actiua pꝛopter qd ꝛ ro
buſtioꝛ eſt ꝛ re ꝛ noĩatione. Quantũ ad
ad auctoꝛitatem in pꝛeſidendo etiã pre/
excellit. Nam ſm oꝛdinem rectum non
mulier viro ſed vir pꝛeficitur mulieri tã
quam caput coꝛpoꝛi ſicut dicit apoſtolꝰ
Quoniam ergo in verbo aſſumente na/
turam humanam eſt pꝛecipua dignita/
tas in pꝛincipiando ꝛ virtus in agendo
et dñium in pꝛeſidendo. Hinc eſt ꝙ ma/
gis decuit ſexum virilem quã muliebꝛem
aſſumi a vbo increato. Unde phs in li.
de animalibus dicit ꝙ femina eſt vir oc/
caſionatus hoc eſt imperfectus ꝗ ſi homo
aſſumptus debuit eſſe perfectiſſimus nõ
ergo debuit mulier eſſe ſed tantum ma/
ſculꝰ. Itẽ apls pꝛie ad coꝛinth. xi. dic ꝙ
caput mulieris eſt vir nõ ecõuerſo ꝛc.

Quinto querit. Utrum
magis decuerit carnem aſſumere de viro
ſimul ꝛ muliere ꝗ de muliere tm̃. ¶Re
ſpondeo dicendũ ꝙ xps abſq; dubio po
tuit carnem aſſumere ſi voluiſſet de viro
et muliere vel etiam de viro tm̃ ſicut aſ/
ſumpſit de muliere tm̃ ſicut eñ purifica
uit opatione ſpũſſancti vterum virgina
lem (intelligẽ ſi erat aliqd purificabile)
ſic ꝛ purificare ꝛ ſanctificare potuiſſet ſi
voluiſſet generatiuam in viro pariter et
muliere vt ex eis ſanctus et imaculatus
naſceret abſq; aliqua macula ꝛ feditate
Potuit itaq; ſine incõueniẽtia ſi voluiſ/
ſet carnem aſſumere ſm leges nature in/
ſtitute de viro ꝛ muliere ſed tamen non
fuiſſet congruum ſicut nunc: ꝛ hoc mul/
tiplici ratiõe congruentie ob quam ma/
gis decebat vt carnem aſſumeret de ſola
muliere. Pꝛima eſt ad ſeruandam digni
tatem matris que ob conceptionem filij
dei non amiſit pꝛiuilegium virginitatis.
Secũda pꝛopter ſeruandam honoꝛificẽ
tiam patris: xps enim ſm generationem
eternam habebat patrem ꝛ cum iſte ple
ne ſibi ſufficeret in celis: non venit in ter
ris patrem querere: ſed ſolum matrem
ne duobus patribus filius exiſtens neu
trius eſſet dei filius plene et ſic iniuria
pꝛimo patri quodammodo fieret. Ter/
tia eſt pꝛopter complendam perfectiõem
vniuerſitatis in modis educendi homi/
nem in eſſe. Quia cum eſſꝫ quadruplex
modus educendi hominem in eſſe ſcꝫ de
viro et muliere nec de viro nec de mulie/
re de viro ſine muliere: de muliere ſine vi
ro. Tres pꝛimi modi pꝛeceſſerãt ꝛ ideo
nõ reſtabat niſi quartus modus vt eum
deus adderet: qd nõ feciſſꝫ ſi alio modo
cõceptus eſſet. Quarta ratio eſt pꝛopẽ
coꝛreſpõdẽtiam ꝯgruitatis lapſus ꝛ re/
peratiõis vt ſicut lapſus eſt i vtroq; ſexu
ſed pꝛimo in muliere eſt inchoatus et in
viro conſummatus ſic eſſet in reparatio
ne vt mulier credendo ꝛ concidendo in/
ciperet diabolum fugare in abſcondito:
et poſtea filius in manifeſto eum vince/
ret in duello. ¶Sꝫ cõtra arguitur chri
ſtus humanam aſſumpſit naturã vt nos
curaret a moꝛbo oꝛiginalis peccati. Si
ergo oꝛiginale peccatum traducitur per
viam generationis de maſculo ꝛ femina
videt ꝙ ſic debuit naſci vt ſicut ſua moꝛ
te nos a moꝛte damnatiõis liberauit ſic
ſua oꝛigine noſtre oꝛiginis vicioſitatem
ſanaret. ¶Dicendũ ꝙ deus venit ſic cu
rare ꝛ ſic diſpoſuit vt curaret pſonã non
vt curaret ipſam naturã id eſt paſſiones
naturales. Unde medicina xpi non ha/
bet in nobis efficaciã in actu generatio/

nis ſed in actu regenerationis q̄ ĩnq̄ꝫ re/
generatio nō ē ex carne ⁊ ſanguine ſ3 ex
aqua ⁊ ſpūſancto:⁊ iō non opoꝛtuit nec
decuit eu3 ſic naſci ſicͤ nos naſcimur cū
illū modū naſcendi nō diſpoſuerit ĩmu
tare p ſuū aduentum:vt fides hr̃et meri
tū:alioq̃n dep̄hendereť fides p hūanum
experimentū. ¶ Ad illud apl̄i Heb.ij.
Debuit p oĩa fratrib3 aſſimilari: ſed ſili
tudo pmaxime cōſiſtit in generatiōe: ḡ
videť ꝙ ſicut alij generātur ex patre et
matre:ſic ⁊ xp̄m decebat. ¶ Dicēdu3 ad
auctoꝛitatē ꝙ veꝝ ē de his que ad nr̄am
ſalutē ⁊ eruditionē ſunt oꝛdinata:ſ3 taľ
modus naſcendi nec nr̄e ſaluti nec nr̄e
eruditioni a deo cōpetit:ſicut ille quem
xp̄s elegit:⁊ iō quātu3 ad naſcēdi modū
nō debuit aſſiſiari. ¶ Preterea alia rō ē
q2 nos p talem modū naſcendi cōtrahi/
mus moꝛbū ſed xp̄us bonus medic⁹ im
munis a moꝛbo debuit eſſe. Hinc eſt ꝙ
in tali modo naſcendi nō debuit nobis
aſſimilari nec nobiſcū cōuenire.

CIrca decimāter
tiam diſtinctionē queritur
Utrū in xp̄o gr̄a ſingularꝭ
pſone ſit gr̄a creata vel in/
creata. ¶ Sciendū ꝙ triplex eſt gratia
Quedā que diciť vnionis. Alia ſingu/
laris pſone:alia capitis. Prima pōt ca/
pi duob3 modis. Uno modo effectiue q̄
nihil aliud ē q̄ꝫ bonitas ip̄a ſeu benigni
tas dei que gratuite voluit aſſumere ſeu
vnire ſibi naturā humanā vnione ypo/
ſtatica ⁊ voluit eſſe homo. Et de iſta d2
ab Aug. In reb3 p tps oꝛtis ſūma gr̄a
eſt.i.ſūma dei cōdeſcenſio:qua humana
natura vniť verbo diuino in vnitate p/
ſone abſq̄ꝫ vllis meritis p̄cedentib3 ſ3 ex
ſola dei gratuita volūtate. Et d2 gratia
vnionis intranſitiue.i.gr̄a q̄ ē eſt vnio.
Alia ē gr̄a ſingularis pſone:⁊ d2 eſſe in
xp̄o trib3 modis. Uno mō quantum ad
habitū: q2 in ip̄o ſūt omnes habit⁹ vir/
tutū ⁊ in nullo alio ſunt omnes habit⁹
(vel ad min⁹ in tanta plenitudīe)ſicͤ ha
buit aīa xp̄i:q2 de⁹ dedit ſibi tantā gr̄a3
quantū potuit cape:⁊ quicquid poniť ĩ
xp̄o in ſummo poniť:licet dicāt aliq̄ no/
minales ꝯtrariū. Item habuit gratia3
ad vſum:q2 omnes virtutes in xp̄o ha/
buerūt vſus ſuos q̄ ſpectāt ad pfectiōꝫ
Et ꝓpterea dicunť fuiſſe in eo oīs ſen/
ſus q2 vſum habuit cōpletū. oīm dono/
rū excellentioꝛi mō q̄ꝫ vnq̄ꝫ ad hoc ptin/
gi poſſit ab aliquo. Quantū ad effectū
ſiľr impꝛopoꝛtionabiľr excedit gratia
xp̄i:q2 pꝛopter hoc ꝙ ille hō erat filius
dei meritū illius penſať ſm dignitatem
illius pſone a qua exit opus: ⁊ pꝛopter/
ea meritū paſſionis ſue in infinitū exce/
dit merita paſſionū noſtraꝝ. Et ob hoc
ꝙ deus erat:moꝛs eius fuit pēſata a do
q̄ꝫtum erat ille qui moꝛiebať. Et iō q̄ꝫ/
tum ad ſufficientiā ſi infinita milia ho/
minū cēnt reatu oꝛiginalis aſtricta per
illius paſſionis effectū potuiſſent eſſe li/
berata. ¶ Tertia gr̄a ē gr̄a capitis ⁊ eſt
illa qua ē caput eccľie militantis ⁊ triū
phantis. Nota ꝙ caput naturale habet
excellentiā ſupra cetera mēbꝛa. Et hoc
tripliciter. Pꝛimo in altitudine. Scd̄o
in nobilitate potentiaꝝ:q2 oēs potentie
ſunt ibi nobilioꝛes ſicut ſunt ſenſus inte
rioꝛes. Tertio in cōpꝛehenſione: q2 ꝯp̄/
hendit omnes potentias ⁊ ſenſus interi
oꝛes ⁊ exterioꝛes. Et diciť ſic caput a ca
pio pis.q2 capit oēs ſenſus coꝛpoꝛis.ita
xp̄s excellit caput electoꝝ. Pꝛio in alti/
tudine:q2 ſm diuinitatē ē caput omniū
ſm autē naturā humanā nō ē caput om
niū in altitudīe q̄ꝫuis ſm alias duas cō
ditiones poſſit dici caput ſm humana3
naturā omniū electoꝝ:eo ꝙ gr̄a xp̄i ſu/
perat in pfectione ⁊ nobilitate oēs gr̄as
Secunda cōditio capitis eſt influentia
quia caput habet influere ſenſū ⁊ motū
omnib3 membꝛis. Influit ſenſum a par
te anterioꝛi vt patet in oculis ⁊c̄. A pte
autē poſt influit motū p nucā vľ vicariā
colli. Sic xp̄s influit in omnes electos

BIBLIOTECA ... ROMA VITT ... EMANUELE

homines ſenſum fidei ꝛ motū charitatꝫ
ꝛ hoc ſm vtrāq̧ naturā: ſm naturā diui
nā in agendo: ſm naturā humanā i me/
rendo. Tertia cōditio ē directio: qꝛ ca/
put dirigit omnia alia mēbꝛa ad opera
ſua. Sic xp̄s dirigit nos ad oīa opa me
ritoꝛia. Sic ḡ xp̄s ē triplex caput. ſ. di/
gnitate: oꝛigine: directiōe. ¶ R̄ndeo ad
q̄ſtionē dicendū ꝙ abſq̧ dubio in xp̄o ē
ponere donū grē: q̄ quidē gr̄a dꝛ gr̄a ſin/
gularis pſone ꝛ hoc: q̄dē donū ē creatū.
Et rō hui⁹ ē qꝛ tale donū grē aīam ſ deo
aſſiſtat ꝛ ad bonas opatiōes ꝛ meritoꝛi/
as exercendas habilitat. Q̄m ergo aīa
xp̄i fuit deifoꝛmis ꝛ ad bene opandū ha
bilis alioq̄n nō fuiſſet idonea ad vniōeꝫ
nec ad meriti pfectionē. ideo neceſſe fuit
in xp̄i aīa repiri donū talis grē ꝛ ex eadē
cauſa neceſſe fuit ipam eē creatū: vt ani/
mā poſſit infoꝛmare tanq̄ pfectū ſuum
pfectibile: ꝛ vt potentias poſſit habili/
tare ſicut q̄litas ſuū ſubiectū q̄lificare.

Secūda queſtio. Utrū

in xp̄o ſit gr̄a infinita vł īmenſa. ¶ No/
tandū ꝙ aliquid dicit̄ immenſū tripliciť
negatiue: puatiue: ꝛ affirmatiue. Priua
tiue ē qđ nō habet menſurā ē tñ aptum
natū habere. Negatiue īmenſū ē qđ nō
ē menſuratum nec ē aptū natū menſura
ri nec pōt menſurari: ꝛ ſic de⁹ ē immēſus
ꝛ etiā infinitus negādo actū potētiam ꝛ
aptitudinē: tñ nō eſt īmenſus puatiue
nec infinitus. Poſitiue īmenſū ē qđ ha/
bet ſūmā plenitudinē pfectiōis ꝛ entita
tis ſine termino ꝛ ſine fine. Et ſic deus
ē immenſus ſolus. Immēſū aūt negati/
ue bene dꝛ de ente phibito pura chyme/
ra. Queſtio intelligit̄ de īmēſo poſitiue
capto. ¶ R̄ndeo ad q̄onem dicendū ꝙ
aliquid mēſura carere ſiue īmenſū eē du
plr eſt. vł abſolute in ſe vł etiā cparatiue
Si ergo loq̄mur de gr̄a xp̄o collata ſm
ꝙ eſt ſingularis pſona in ſe ſic cū dic̄ do
num creatum neceſſario finitū ē ꝛ mēſu/
ratū. Finitas eñ ꝛ mēſuratio circa crea
turā potius dicit cōplementū q̄ impfe/
ctionē. Unde Sap. xi. Omne creatuꝫ
habet numeꝝ: ſpeciem: ꝛ pulchꝛitudinē
menſurā. i. limitationē: ꝛ pondus. i. oꝛdī
nem ad operationē ad quam vna queq̧
res inclinat̄ naturalit̄. Si autem loqua
mur de cōparatione ad gratias alioꝝū ho/
minū: ſic impꝛopoꝛtionabilr̄ excedit rōe
vnionis ad pſonā verbi. Ad quā vniōeꝫ
gratia illa diſpoſuit animam xp̄i. Gra/
alio modo potuerit genus humanuꝫ ſaluare. Et q̄ ſic videtur per illud q̄ dicit leo papa in quodam ſermone in ramis palmarum. Omnipotentia filij dei que propter eandem eſſentiam eſt eſſentialis patri potuiſſet liberare genus humanū ſolo imperio voluntatis ſue niſi diuinis operibus maxime congruiſſet vt nequitie hoſtilis aduerſitas eo que vicerat vinceretur. ¶ Reſpondeo ad queſtioneꝫ vt ſupra poteſt queri vel de potentia dei reperantis vel ex parte generis humani reparati: Si ex parte dei repantis ſic abſq̄ dubio aliter potuit genus humanum reparari et liberari ſicut ſancti dicūt. Unde Auguſtinus d̕ trinitate ꝛ habetur in littera Dicimus modum poſſibile deo fuiſſe: cuius poteſtati cūcta ſubiacent ſꝫ noſtre miſerie ſanande conuenientioreꝫ alium non fuiſſe. Et gregorius in moralib. Qui nos fecit exiſtere ex nihilo reuocare etiaꝫ ſine morte ꝛ paſſione ſua potuit. Et magiſter hugo de ſancto victore Alium modum aſſignat in libro de ſacramentis. Non eſt enim limitanda potentia diuina: immo ſicut ſolo nutu mentis ꝛ imperio voluntatis creare: ita etiaꝫ potuit reparare. Si auteꝫ queritur de potentia ex parte generis humani ꝛ liberati. Sic dicendum q̄ determinatum fuit ſibi poſſe ad hāc viam: ꝛ iſto modo intelligendo poteſt cōcedi q̄ genus humanū nō potuit aliter reparari. Sic conceditur q̄ nullus hō pōt ſaluari niſi credat in chriſtum non enim patet alia via ſalutis nobis nec aliud nomē ſub celo in quo oportet nos ſaluos fieri. Potuiſſꝫ tamen de⁹ ſi voluiſſet aliud nomen dare in quo ſalus noſtra conſiſteret. Alij rn̄dent ad q̄ſtionem hanc per diſtinctionem dicētes q̄ duplex eſt potentia dei ſcilicet abſoluta ꝛ ordinata qd̄ idem eſt cum diſtinctione iſtius doctoris deuoti: qn̄ dicit de potentia dei repantis idem eſt q̄ potentia abſoluta vel etiam ex pte gn̄is humani repari. Et hoc intelligitur de potentia dei ordinata.

Circa viceſimaꝫ

primam diſtinctionē querit primo. Utruꝫ in morte xp̄i anima ſepata fuerit a deitate. ¶ Sepatio ꝛ vnio opponuntur oīno: quot modis aūt dicitur vnū oppoſitum tot modis dicitur ꝛ reliquū. Sed in xp̄o ſunt quattuor vniones ergo ꝛ quattuor ſeparationes. Pria eſt vnio aie cū corpore. vnit eīm ſicut pfectio ſuo perfectibili Et ad iſtam vnioneꝫ ſequitur vita hoīs et iſti vnioni opponit mors Alia eſt vnio in xp̄o ſcꝫ deitatis vel verbi diuini ad animā Tertia ē deitatis ad carnē Iſte tres vniones realiter diſtinguūt: qꝛ q̄cūq̄ relatōes hn̄t terminos eſſentialr diſtincto realr diſtinguūt: ſꝫ ſic eſt h. ergo ꝛc. Quarta eſt vnio verbi diuini ad totā hūanam naturā. Nō eī tm̄ vniuit ſibi aīaꝫ vl carnē ſꝫ etiā illaꝫ entitatē reſultabat ex aīa ꝛ corpe q̄ dꝛ humanitas: ꝛ ſic pn̄t ītelligi q̄ttuor ſepatōes ſm q̄ fuerūt q̄ttuor vniones ſed qꝛ xp̄i aīa ſepata fuit a corpe: iō fuit vere mortu⁹. ¶ Rn̄deo dicēdū q̄ in morte non fuit aīa ſepata a v̄bo diuino. Et rō hui⁹ ē qꝛ nec deū decebat: nec nob expediebat nec illi aīe congruebat. Deū nō decebat qꝛ indiſſolubili mr̄imonio ſibi eā ꝯiūxerat vn̄ ſicut nō decet virū relīq̄re vxorē: ſic nō decuit verbū dei ab aīa ſepari. Nob nō expediebat qꝛ ſi facta fuiſſet ſepatio: anima illa nō habuiſſet potentiaꝫ ad eripiendum genus captiuum nec mediatoris officium ad reconciliandum et neutrum nobis erat expediens

ſed potius eius oppoſitum. Anime etiã illi nõ congruebat tum q² innocẽtiſſima tum q² beatiſſima: q² innocentiſſima nõ poterat cõtra voluntatem ſuam ſepari ab eo. Et quia beatiſſima ideo non poterat velle ſepari ab eo.

Secũdo querit̃. Utrũ

in morte xp̃e diuinitas ſit ſeparata a carne. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ in morte chriſti non fuit diuinitas ſepata a carne Et huius triplex eſt ratio ſcʒ. Liberalitas a parte aſſumentis: dignitas a pte aſſumptibilis ⁊ vtilitas a pte aſſumptiõis Liberalitas inq̃ ⁊c̃. cum deus det aliqđ donum non ſubtrahit illud ſine culpa. Si ergo nulla culpa interuenit non decuit diuinam liberalitatem carnẽ quã ſibi liberaliter vnierat ſepari a ſe. Dignitas ⁊c̃. fuit in cauſa quare iſta vnio non debuit ſepari a ſe Caro eni͂ non debuit videre corruptionẽ ſm illud ps̃. Nõ dabis ſanctũ tuum videre corruptionẽ ⁊c̃. Sicut ergo nũq̃ decuit ipſam incinerari: ſic nũq̃ decuit a verbo ipſam ſepari. Utilitas aũt ex pte aſſumptionis ad h̃ ipm faciebat ⁊c̃. Ad hoc eni͂ fiebat vnio illa diuinitatis ad humanã naturã ⁊ carnis ad animam vt procuraretur nr̃a ſalus. Et qm̃ ſepatio carnis a diuinitate in nullo faceret ad nr̃am ſalutẽ: pro eo ꝙ non poteſt per eã fieri ſatiſfactio cum diuinitatis nõ poſſit ſentire dolorem et penam in ſepatione ipſius a carne Hinc eſt ꝙ non eſt cõueniens carnẽ ſeparare a diuinitate. Unde ad hoc paſſio non habebat aliquem ordinem.

Tertio querit̃. Utrum

verbum vnitum fuerit carni ⁊ anime duplici vnione id eſt diſtincta. ¶ Opinio ſcoti ẽ ꝙ in xp̃o fuit quadruplex vnio vt dictuʒ eſt ſupra: ⁊ iſte quattuor vniones nõ ſolum in triduo poſt mortem xp̃i fuerunt realiter diſtincte: ſʒ in principio incarnationis fuerũt etiam realiter diſtincte: pʒ q² fuit diuerſitas ex parte fundamentoꝝ ⁊ terminoꝝ. Et eſt regula ꝙ qñcunq̃ aliqᷓ relationes habent diuerſa fundamenta vel diuerſos terminos illa dicũtur realiter Iſte aũt doctor vult habere ꝙ ante paſſionem vniuit ſibi vnica vnione Scotus autem dicit ꝙ ſemꝑ fuerunt diſtincte ſiue diuerſe vniones pʒ q² habuerunt diuerſa fundamẽta vtrũ. ſʒ vide textum. ¶ Nota ꝙ triplices ſunt anime decedentes dr̃ñter a corpibꝫ noſtris. Quedam cum gr̃a ⁊ ſine peccatis q̃tuʒ ad culpam ⁊ penã. Ita ꝙ nõ habẽt aliđ purgabile ⁊ iſte ſtatim euolant ad celos in inſtãti mortis. Alie ſunt que decedũt cum gratia ⁊ ſine culpa tñ cũ aliqua pena perſoluẽda ⁊, iſte vadũt ad purgatorium: ſed ſoluta pena euolãt ſtatim contra io. xxij. Alie ſunt que decedũt cũ culpa mortali ⁊ per cõſequẽs cũ pena ⁊ iſte ſine dubio damnantur. Prime ſunt impaſſibiles ſtatim euolant poſt ſepationẽ ad celuʒ. Alie patiunt̃ ad tempus. Alie patiantur ad ſemper ⁊ ĩppetuũ. ¶ Queritur de quoꝝ numero fuit anima chriſti ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ duplex fuit opinio vt tangit deuotus doctor. Opinio tamen quã recitat ipſe in textu queʒ videtur ſuſtinere eſt ꝓbabilior.

Quarto querit̃. Utrũ

ex illa ſepatione caro fuerit mortua an poſt eam habuerit vitã cũ habuerit verbum diuinũ ſibi vnitũ qđ eſt vita ꝑ eſſentiam. ¶ Nota ad pñs Mortuũ capitur tribꝫ modis Prio mõ negatiue. Et ſic ẽ illud ꝙ nõ habet vitam nec eſt aptũ natum habere vitã vt ꝙ ligna ⁊ lapides dicuntur mortua. Alio modo capitur priuatiue ⁊ eſt illud qđ nõ habet vitam: ſed eſt aptũ natum habere vitam ⁊ ſic caro xp̃i dicebatur mortua ⁊ nõ primo modo ⁊ ita eſt de corpibus noſtris. Tertio modo capitur ꝯtrarie ⁊ ſic illud dicit̃ mortuum ꝙ prius viuebat ⁊ poſtea ꝑ mortẽ vite cõtrariam deſtructum ⁊ corruptuʒ

eſt ꝛ ſicq̄n homo moꝛitur deſtruit in hu/ manis que pri⁹ viuebāt. Et ſic pꝫ ꝙ alit caro nr̄a dicitur moꝛtua ſcꝫ priuatiue: ꝛ tot⁹ homo dr̄ moꝛtu⁹ ꝯtrarie: qꝛ deſtrui tur tota entitas: ꝛ ſic etiam fuit moꝛtu⁹ ille hō qui dicit xp̄s. ¶ Scd̄s termin⁹ eſt vita. Ubi nota ꝙ triplex eſt vita. Nam quedam eſt vita nature alia gr̄e ꝛ tertia gloꝛie. Pꝛima eſt triplex quedā vegeta/ tiua alia animalis ꝛ ſenſitiua alia rōnal' Pꝛima eſt cōis nobis ꝛ herbis ꝛ aīalib⁹ irrationalib⁹. Uñ aīa eſt pꝛincipiū quo viuim⁹: moueınur: nutrimur: augemur: ꝛ ſentimus: ꝛ intelligimus. Et hec diffi/ nitio cōuenit ſm diuerſas ſui partes tri/ bus animabus vita animalis eſt cōis no bis ꝛ animalib⁹. Tertia ē triplex q̄dā in creata que eſt deus. Alia eſt creata ꝛ eſt duplex quedaꝫ angelica: alia ſpiritualis que eſt in anima noſtra. Uita gr̄e ſoluꝫ cōuenit exiſtentib⁹ in gr̄a ꝛ eſt ipſa chari tas: ꝛ vita gloꝛie eſt clara viſio dei ꝛ frui tio ſequens. ¶ Rn̄deo ad q̄onem dicen/ dum ꝙ abſqꝫ dubio caro xp̄i poſt ſepati onem aīe moꝛtua fuit priuate caruit eīm vſu ꝛ complemēto vite. Res eīm coꝛpis non eſt nata viuificari: niſi ab aliqua foꝛ ma ſpirituali ipā cōplēte ꝛ ꝓpoꝛtiona li qm̄ ergo in ipā ſepatiōe anime aīa xp̄i caruit hm̄ōi foꝛma iō vere moꝛtua fuit Et q̄uis haberet diuinitatē vnitam nō tamen ab ea viuificabatur: non pꝛopter defectum a parte viuificantis ſed pꝛopt̄ impꝛopoꝛtionem viuificabilis.

Quinto querit. Utruꝫ pꝛopter moꝛteꝫ carnis ſit moꝛs perſone verbi attribuenda id eſt vtrum iſta poſ/ ſit concedi filius dei eſt moꝛtuus.

¶ Reſpondeo dicenduꝫ ꝙ abſqꝫ dubio concedendum eſt filiuꝫ dei pꝛo nobis fu iſſe moꝛtuū. Et hoc per communicatio/ nem idiomatuꝫ ideo attribuitur ſibi nō ſm naturam diuinam ſed ſm humanaꝫ Non per eſſentiā aut per inherentiaꝫ qꝛ non poteſt ſibi inherere moꝛs: ſed ꝓpter idiomatum communicationem. Et hoc in nullo derogat diuine maieſtati ꝛ mul tum conſonat pietati nullum eīm verbū maioꝛis dignationis reſonare poteſt in auribus coꝛdis hominis q̄ꝫ ꝙ vnigenit⁹ dei filius moꝛtuus fuerit pꝛo nobis de/ bitoꝛibus moꝛtis ꝛ ideo nō tm̄ eſt hoc credendum ꝛ aſſerendum tanq̄ verū ſed etiam frequentiſſime recolendum.

Circa diſtinctio/ nem viceſimam ſecundam q̄ ritur. Utrum chꝛiſtus fue/ rit homo in triduo. ¶ No/ tandum: quid ſit homo nominis diffini/ tione. Homo eſt natura compoſita ex coꝛpoꝛe ꝛ anima intellectiua non ſuſten tata ab aliquo vel eſt ſuppoſitum ſuſten/ tans talem naturaꝫ compoſitam ex coꝛ/ poꝛe et anima. Et iſta particula vltima conuenit ſolum chꝛiſto. Et ex hoc ſequi/ tur ꝙ chꝛiſtus in triduo non fuit homo quia cui non conuenit diffinitio homi/ nis: non eſt homo: ſed chꝛiſto non conue niebat pꝛedicta diffinitio hominis ergo non fuit homo: ꝙ patet videndo parti/ culas quia ſibi nec pꝛima nec ſecūda nec tertia cōueniebat in triduo ergo. ¶ Se cundus terminus triduū ꝛ dicitur a tris ꝙ eſt tres ꝛ dies vnde in pꝛopoſito tridu um dicit tripliciter. Pꝛimo dicit tridu/ um id eſt tēpus in quo in matutinali oſ/ ficio treni cantantur Jeremie. Hoc mo do dies iouis veneris ꝛ ſabbati: ante diē reſurrectionis dicuntur triduum et hoc modo capiendo xp̄s bene fuit hō in tri/ duo qꝛ die iouis ꝛ veneris vſqꝫ in hoꝛam nonam. Secundo dicitur triduum illi dies artificiales: in quib⁹ anima chꝛiſti a coꝛpoꝛe ſeiuncta eſt: et hoc modo totus dies veneris ſabbati: ꝛ dies dominica di/ cuntur triduum: hoc etiam modo in tri duo chꝛiſtus fuit homo: quia die veneris vſqꝫ in hoꝛam nonam ꝛ die dominico ab hoꝛa reſurrectionis ꝛ deinceps. Tertio dicit triduum per ſynecdochen: id ſoluꝫ

ſcilicet tempus in quo a corpore chriſti
anima ſeiuncta eſt. hoc modo hoc tridu
um dicitur dies veneris ratione vltime
ſue partis dies ſabbati integer ⁊ dies do
minica ratione ſui inicij ⁊ hoc modo chri
ſtus non fuit homo in triduo. ¶ Reſpō
deo dicendū ꝙ circa hoc fuit triplex mo
dus dicendi primus eſt ꝙ non ſolum ve
re chriſtus in triduo poſſit dici homo: ſꝫ
etiam hoc poteſt de quolibet hoīe mor/
tuo. Secundus vero modus dicendi eſt
ꝙ hoc non debet concedi de alijs poteſt
tamen concedi de chriſto. Tertius mo/
dus vero dicendi eſt ꝙ illud non debet
concedi de chriſto nec de alijs hominibꝫ
Et primum modum dicendi tenuit hu/
go de ſancto victo. Secunduꝫ magiſter
ſententiarum. Tertium vero tenet com
munis opinio doctorum pariſienſium.
Hec ꝓpoſitio: chriſtus in triduo fuit ho
mo: nullo modo eſt concedenda ſm om/
nes doctores modernos. Et iſta ē redu/
plicatiua ⁊ ſpecificatiua.

Secūdo querit. Utrū

chriſtus ſm ꝙ homo fuerit in loco deter/
minato. an vbiqꝫ ſcꝫ in triduo. ¶ Reſpō
deo ꝙ iſta queſtio poteſt eē de re. Et po
teſt eſſe de ſermone Tunc eſt queſtio de
re quando queritur vtrum humanitas
chriſti fuerit vbicūqꝫ fuit diuinitas. Et
capitur ibi humanitas ꝑ anima. Et ad
queſtionem reſpondendum eſt ꝙ nō: qꝛ
diuina natura eſt immēſa ⁊ infinita. Unͭ
nullum locum ſibi determinat: ſed hu/
mana natura cum ſit creata et finita lo/
cum ſibi determinat. Unde nō erat vbi
cunqꝫ humanitas: ſed in ſepulchro ratio
ne corporis vel in inferno ratione anime
ſicut dicit magiſter in littera. Similiť
ratione humanitatis q̄tum eſt de ſe in
vno tantum loco eſt. Q; enim ſit in plu
ribus hoc eſt ſub ſacramento: ſm quod
dicit Innnocentius ſcilicet ꝙ dicitur eſ
ſe alicubi ſacramentaliter. Alicubi per/
ſonaliter: alicubi localiter. Localiter eſt
in celo: ſacramentaliter eſt in altari: per/
ſonaliter eſt vbiqꝫ. Et ſic humana natu
ra in chriſto habet ꝙ ſit in loco determi/
nato. Si autem fiat queſtio de ſermone
vide textum.

Tertio queritur. Utrū

corpus chriſti per triduū fuerit in ſepul
cro. Uel poteſt queri in qua hora reſur
rexit chriſtus. ¶ Reſpōſio ad predicto/
rum intelligentiam eſt notandum ꝙ nō
conueniebat corpus chriſti ſtatim poſt
mortem ſuſcitari. Nec tamen conuenie/
bat ſuſcitationem eius vſqꝫ ad genera/
lem reſurrectioneꝫ differri. Et ratio hu/
ius ē quia noſtre fidei certitudo qua cre
dimus nos reſurrecturos: fundata ē ſu/
pra veram reſurrectionem chriſti. ¶ Ad
hoc auteꝫ ꝙ conſtet nobis de veritate re
ſurrectionis duo concurrunt. Primum
ꝙ oportunum eſt: ꝙ conſtet de veritate
mortis. Scōm eſt: ꝙ oportet ꝙ cōſtet de
veritate ꝯiunctionis iterate anime ⁊ cor
poris vel carnis. Ueritas mortis non cō
ſtitiſſet nobis ſi chriſtus ſtatim reſurre/
xiſſet: ſed potuiſſet aliquis ſuſpicari ipꝫ
finxiſſe ſe mortuum. Ueritas iterate co/
iunctionis non conſtitiſſet ſi chriſtus nō
adhuc reſurrexiſſet ergo potius poſſet
quis deſperare q̄ꝫ expectare: immo certe
ſi non reſurrexiſſꝫ. fides in apoſtolis om
nino defeciſſet nec aliquis fuiſſe chriſtuꝫ
deum crederet ſed hominem purum ne/
ceſſe ergo fuit propter noſtre fidei veri/
tatem et firmitatem reſurrectioneꝫ chri
ſti accelerari nec tamen a deo accelera/
ri quin manifeſtaretur veritas mortis
ideo vſqꝫ ad tertium diem diſtulit et nō
amplius quia per tempus illud pote/
rat vere manifeſtari fuiſſe mortuus Re
quieuit ꝗ ſic̄ dicit fides noſtra ꝑ triduū
in ſepulchro non tamen per tres dies in
tegros ⁊ cōpletos ſꝫ ꝑ vltimam partem
diei veneris ⁊ primam partem dominice
diei ⁊ per totam diem ſabbati. Ita ꝙ re
quies illa per triduuꝫ intelligenda eſt.

per ſynodochen. Et in hoc oēs ſancti cō cordant. Licet de hora ipſius videatur eē cōtrouerſia. Nam qdam videntur dice/ re ꝙ ſurrexit ī media nocte. Opinio au/ guſtini eſt in quadam gloſa ſup primuꝫ machabeoꝝ ꝙ xp̄s fuit mortuus .xl. ho/ ras: ꝛ ꝙ ſurrexit in aurora. Ideo nō con cordat cū duabus opinionibus quas re citat ſanctus Bonauentura Math. xij. Sicut Jonas fuit in vētre ceti ꝛc. Iſta auctoritas hꝫ ītelligi ꝑ ſynodochen Nō oportet cōputare ꝛ accipe noctem prece dentem dieꝫ veneris in qua captus fuit: et qꝛ expirauit hora nona ꝛ poſitus fuit in ſepulchro circa horam quartam. Nō fuit ibi per illū diem naturalem tñ ꝑ ſy/ nodochen. Scd̄a dies fuit ītegra ꝛ ſine ſynodochē. Tertia dies habuit ad mi/ nus mediam noctem vel fere totam illi⁹ diei. Ideo fuit ibi per tres dies natura/ les per ſynodochen tamen.

Quarto querit̄. Utrū anima xp̄i deſcenderit ad inferos. ¶ In/ fernus capitur quattuor modis primo mō dicitur oē illd̄ qd̄ eſt ſub globo luna ri ꝛ ſic prima ps eſt ignis. Scd̄s aer cali ginoſus ꝛ eſt infernus demonum ꝛ dicit̄ profundus reſpectu celi empyrrei. Et il lo modo quattuor elemēta dicunt̄ infer/ nia ꝛ ſic poſſum⁹ dicere ꝙ ſumus in infer/ no de quo loquebat̄ ꝓpheta ꝭ eruiſti aīaꝫ meam ex inferno inferiori. Dicitur etiaꝫ infernus eo ꝙ ibi multe ſunt miserie ꝛ ſic nō capitur hꝫ. Alio modo dicitur infern⁹ qdā locus ſubterrane⁹ in quo deſcēdūt filij ade pro peccatis ſuis ꝛ iſte locus ha bet tres cameras Uide ſuperius. ¶ Re ſpondeo dicenduꝫ ꝙ nomine inferni ali quādo intelligit̄ pena aliqñ locus pene. Et ſm hoc dupl'r pōt aliquis dici deſcē dere ad inferos. Aut qꝛ deſcēdit ad pe/ nam aut qꝛ deſcendit ad locū pene primo modo nō cōuenit xp̄o quia in eo nec fuit pena dāni nec fuit pena ſenſus. Secun/ do modo competit xp̄o deſcēdit eī ad il lam parteꝫ in qua erant iuſti qui detine bantur merito peccati primi pentis q̄ q̄/ dem ps conſueuit lymbus appellari. Ad illam inquā partem deſcendit non com/ pulſus neceſſitate ſed ſua volūtate ꝛ po teſtate. Ratio autē quare voluit deſcen dere ad eripiendos illos qui detinebant̄ ibi cōpediti (cū etiā poſſet hoc facere nō deſcēdendo) fuit duplex videlicet ꝓpter conſolationē vinctorū ꝛ propter confuſi onem aduerſariorum. Propter conſola/ tionem vinctorum qꝛ fuit eis magna cō/ ſolatio de pñtia ipſius aie ieſu xp̄i ꝛ ma gna fuit dignatōis oſtenſio in hoc qꝛ ipē perſonaliter voluit deſcendere ad eos ꝓ pter hoc dicit dama. ꝙ deſcēdit vt hijs q̄ in tenebris ꝛ in vmbra mortis ſedent ſu per luceſtat ſicut in ſua natiuitate deſcē dit vt luceret hijs q̄ in tenebꝛ erāt. Pro pter confuſionem aduerſarioꝝ vt ipſi de mones cōfunderentur ex ſua pñtia: ꝛ ſic vicerat eos in terra in natura aſſumpta humana ſic anima eius de eiſdem trium pharet apud inferos ipōs inuitos expo liando. Qd̄ deſcendit ad inferos habet̄ in ſymbolo apl'oꝝ deſcendit ad inferos.

Quīto querit̄. Utrum omnes animas q̄ ī inferno erant libera/ uit. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ dñs in/ inferno non liberauit niſi animas electo rum ſuoꝝ: ꝛ eoꝝ q̄ erāt mēbra ipi⁹ Dicit̄ ꝙ infernus eſt diametraliter ſub paradi ſo terreſtri ꝛ ſicut ille locus eſt ſuprem⁹ locus eſt ameniſſimus ita ille locus q̄ vo catur infernus profundiſſim⁹ eſtꝫ viliſſi mus. Quis eīn paſſio xp̄i omnibꝫ ſuffe/ cerit: nō tñ influit niſi in eius mēbra. Et ideo ſoli per paſſionem ſaluati ſunt qui vel erant eius membra qñ paſſus eſt vel futuri erāt per cōuerſionē ad ipm̄. Qm̄ ergo multi erāt in inferno qui nec mem/ bra xp̄i erant nec mēbra xp̄i futuri erant qꝛ non erāt in ſtatu merendi. Ideo non oēs dñs eripuit de īferno ſed tm̄ electos Et hoc eſt ꝙ dicit gregorius in quadaꝫ

omelia infra octauas paſche. Ait enim ſic. Quod enim ante paſſionem domi/nus dixit ĩ reſurrectõe ſua impleuit. Si exaltatus fuero a terra omnia trahã ad me. Omnia eñ traxit qui de electꝭ ſuis apud inferos nullũ reliquit. Oia abſtulit vtiqꝫ electa. Nota ꝙ ex p̄dictis ſatis ꝓbabiliter põt dici ꝙ xp̃s deſcendit ad purgatoriũ ꝛ liberauit aĩas ibi exñtes Unde etiã per Oſee dixit. Ero mors tua o mors morſus tuꝰ ero inferne. Qꝛ eñ in electis ſuis funditus occidit mortem mors mortis extitit. Qꝛ vero in inferno ꝑtem abſtulit ꝛ ꝑtem reliquit non occidit funditꝰ ſed momordit infernũ. ¶ Concedendũ ẽ ergo ꝙ xp̃s in ſuo de/ſcenſu ad inferos nõ omnes liberauit d̾ inferno. ¶ Ubi nota ꝙ duplex ẽ miſeri/cordia ſcꝫ miſericordia liberãs q̃ libera/uit totaliter a culpa vel pena. Alia ẽ miſericordia ꝑcens: ꝛ iſta ẽ bene in inferno qꝛ punit citra condignũ nõ qd̾ remane/at aliquid impunitũ: ſed qꝛ minꝰ punit q̃ poſſet iuſte puniri. ¶ Sed ꝯ reſolutionẽ q̃ſtionis arguit̾. Si ſolos bonos de inferno liberauit ꝛ malos reliquit: cum plures eſſent mali q̃ꝫ boni. Uidetur ꝙ xp̃s nõ plenã ſed ſemiplenã victoriã de diabolo obtinuit. ¶ Dicendũ ꝙ falſũ ẽ Mali eñ per peccatũ quaſi nihil facti ſunt ꝛ ad nõ eſſe tendunt: ꝛ ideo ipſorum defectus in nihilum cõputat̾: ꝛ ꝓpterea in nullo minuit̾ plenitudo victorie ſup/ne per abſentiam maloꝝ.

Querit̾ ſexto. Utrum ſtatim poſt mortẽ introduxerit eas ĩ ce/lum ſcꝫ empyreũ. ¶ Notandũ ꝙ celum poteſt capi dupľr. Uno modo pro loco beatoꝝ: ꝛ de iſto .ſ. empyreo ẽ iſta pñs q̃ſtio. Alio modo capit̾ celum ꝓ premio beatoꝝ ſcꝫ clara viſione dei ꝛ fruitiõe ſequenti: ꝛ ſic nõ capit̾ hic: quia ſtatĩ poſt mortẽ xp̃i viderũt eum. ¶ Rñdeo dicendum ꝙ aĩe ſanctoꝝ nõ ſtatim pꝰ mortẽ educti ſunt in celũ q̃tum ad locũ: ſtatĩ tamen pꝰ reſolutionẽ aĩe a corpore ĩ xp̃i deſcenſu ad inferos viderũt lumen eter/num ꝛ beate facte ſunt: ꝛ patefactũ ẽ ce/lum eis quãtũ ad p̄miũ. Unde in loco etiã infernali exiſtentes habuerũt paradiſum ꝛ apertã dei viſionẽ q̃ nõ eſt aliud q̃ꝫ vita eterna. Licet aũt beatitudinem ſtatim poſt mortẽ xp̃i haberent nõ tamẽ locũ beatitudinis ſtatim adepte ſunt. Qm̃ ipſe xp̃s debuit in oĩbus primatũ tenere ꝛ p̄mo genitꝰ eẽ in multꝭ fratribꝫ tanq̃ꝫ caput omnium. Dicit mgr̄ hic ꝙ aĩa xp̃i ſtetit tm̃ in limbo cũ patribꝰ ſicut corpus in ſepulchro. Sed in reſurrecti/one ſua eduxit aĩas patꝝ ꝛ reliq̇t eas in paradiſo terreſtri. Reſurrectio aũt xp̃i ꝛ eius aſcenſio differri debuit ꝓpter no/ſtre fidei cõfirmationẽ: iõ eñ dilata fuit reſurrectio vt oñderet̾ ꝙ vere mortuus fuerit. Et iõ etiã dilata fuit aſcẽſio vt ꝑ multa argumẽta oñderet̾ ꝙ vere reſur/rexerit: ſm̃ qd̾ d̾ꝛ Act. i. Prebuit ſeipm̃ in multis argumentis apparẽs eis. ꝛc̃. Qm̃ ḡ nulla aĩa in celũ debuit aſcẽde/re ante xp̃m ꝛ xp̃i aſcenſio propt̾ nr̃ã ſalutẽ debuit differri. Hinc ẽ ꝙ aĩe ſcõrũ nec ſtatim fuerunt de limbo educte nec ſtatim in celeſti paradiſo fuerũt collo/cate diuina diſpenſatione hoc faciente ad noſtram ſalutẽ. Sed cõtra dicit̾ Luce. xxiij. Hodie mecum ꝛc̃. Auguſtinus hoc exponens dicit Paradiſus ibi dicit̾ nõ locus empyrei nec locꝰ paradiſi ter/reſtrꝭ ſed ipſa dei viſio: vbicũq̃ꝫ eñ hõ ſit dũ tamen deũ aperte videat poteſt dici in paradiſo eſſe.

Circa viceſimã tertiã diſtinctionẽ q̃ritur. Utrũ fides ſit virtus. Et loquimur de fide qua quis credit in deũ. ¶ Fides põt capi dupliciter. Uno modo pro fide formata ꝛ ẽ illa que ẽ cũ charitate ꝛ opibus bonis: qꝛ charitas ẽ forma virtutũ nõ ꝙ informet eas: ſed quia reddit eas placentes deo.

Secundo capiť pro fide informata ⁊ eſt
ipſamet fides que ē in aliquo ſine chari/
tate: ⁊ eadē fides ſm hūanā q̄ ē formata
⁊ informis: qꝛ nullū peccatū mortale re
pugnat fidei niſi hereſis: oīe aūt pctm̄
mortale repugnat charitati. ¶ Primus
termin⁹ ē fides. ſcđs credere i deū. ¶ Fi
des accipiť nouē vł decē moīs. Prio mō
ꝑ ſpōſione. i. ꝓmiſſiōe. i. Timo. v. Pri/
mā fidē irritā fecerūt. Scđo mō ꝑ fide/
litate. Iere. vij. Pereat fiđs ⁊ ſciīs. Ter
tio mō capiť ꝑ ſacr̄o fidei: ⁊ iſto mō capi
ebat Aug⁹. Nō ē aliđ hr̄e fidē i ꝑuulos
q̄ꝫ hr̄e fidei ſacr̄m. Quarto mō ꝑ ꝯſcia.
Roma. xiiij. O ē qđ nō ē ex fide. i. ꝯ cō/
ſciaꝫ ⁊c̄. Quito mō capiť ꝑ aſſenſu con
cluſiōis ꝑ rōnē ꝓbate. Boeti⁹ Argumē
tū ē rō rei dubie faciens fidē. Sexto mō
capiť ꝑ cognitōe ꝯphēſiōis. Ro. i. Iuſti
cia dei reuelať ex fide in fidē. glo. in fide
ſpei. Septio mō capiť ꝑ hītu fidei infor
mi: ⁊ ſic capit Iacob. Fides ſine oꝑib⁹
mortua ē. et ſic capiť in ſcđa ꝑte nr̄e di/
ſtīctiōis. Octauo mō capiť ꝑ hītu fide
iformate. Ro. i. Iuſt⁹ ex fide viuit. ⁊ ſic
capiť fides ħ ⁊ ñ alijs modis Nono capi
tur ꝑ actib fidei. Vñ aug⁹. Fides ē cre
dere q̄ nō vides. Decio ⁊ vltio capiť pro
obiecto ipſius fidei ſm qđ dr̄ in ſimbolo
athanaſij. Hec ē fides catholica. Fides
aūt formata hꝫ ſex notificatōes. Pria ē
ſm Augꝭ. Fides ē virt⁹ q̄ credūť q̄ nō vi
dent. In iſta diffinitiōe poniť ꝟtus loco
generꝭ q̄ credūť loco drĩe. ſ. charitatꝭ: qꝛ
ꝑ charitatē nō credim⁹ ſꝫ amam⁹: q̄ ñ vi
deť. poniť ad drĩaꝫ ſcie. Et iſta diffinitō
ē ad gen⁹ ꝓpriū Scđo mō ꝯſiderať q̄ꝫtū
ad finē vltimū: ⁊ ſic diffiniť Fides ē ſubā
ſperādaꝝ reꝝ argumētū ñ appentiū: ⁊ ca/
piť ibi ſbā ꝑ fundamēto: qꝛ fides ē q̄litas
⁊ fides ē fundamētū oīm ꝟtutū ſperāda
rū reꝝ. i. reꝝ q̄ ſperāť. poniť argumētū nō
apparētiū qꝛ eſt de abſentib vł reddens
mētē redargutā. Tertio ꝯſiderať q̄ꝫtuꝫ
ad obiectiuū ⁊ ꝑncipiū motiuū. ⁊ ſic dif
finiť ab Augꝭ. ad ꝯſtantiū. Fides ē illu
minatio mētis ad ſūmā ꝟitatē. Cōſide/
rať nihilomin⁹ q̄ꝫtū ad actū ꝓpriū ⁊ ſic
diffiniť a Damaſ. Fides nō ē inq̄ſit⁹ cō/
ſenſus circa ꝑmā ꝟitatē. i. aſſenſus nō q̄/
ſit⁹: ħ ē aſſenſus q̄ q̄s libere aſſentit ꝟita
ti nō innitēs alicui rōni. Cōſiderať etiā
in ordine ad ſubiectū: ⁊ ſic diffiniť a Dio
niſio in li. de diuis noīb. c. vij. Fides eſt
vnicū fundamētū (ſcꝫ toti⁹ fidei xp̄iane)
credētiū (tāq̄ꝫ ſubiectū) eos collocās ve
ritati. Cōſiderať etiā ad hītus alios in
cōꝑatione q̄ꝫtū ad aſſentiendi modū. et
ſic diffiniť ab Hugo. in li. de ſacr̄is. Fi/
des ē certitudo q̄dā de reb abſentib ſu/
pra opinionē: qꝛ opio eſt cū formidine đ
oppoſito. Ideo ē nobilior cū ſupra opi/
nionē ⁊ infra ſciaꝫ ꝯſtituta: qꝛ ſcia ē que
dam noticia certa ⁊ euidens. Fides aūt
nō hꝫ euidentiā: iō dr̄ enigmatica. i. ob/
ſcura ſed ē certiſſima. ¶ Alius termin⁹
ē credere in deū. Drĩa eſt inter credere
deo: credere deū: ⁊ credere in deū. Cre/
dere in deū ē credere amare q̄ꝫtū ad affe
ctū. credēdo in eū ire quātū ad opus ex
credēdo ei adherere ꝑpeſſionē mali ſcꝫ
patiendo: ⁊ ei⁹ mēbris incorꝑari ꝑ dile/
ctionem ¶ Ex quo ſequiť qꝛ peccatores
non credunt in deuꝫ nec illi q̄ odiuꝫ ha/
bent contra proximū ſuum. Credere de
um ē credere ꝙ ipſe ſit deus qđ etiā mali
faciunt. Sed credere deo eſt credere ve
ra eſſe que loquitur qđ ⁊ mali faciunt ⁊
nos credim⁹ homini ſed nō in hominem
¶ Boauentura in dubijs litteralib⁹ di
cit ꝙ quadruplex genus actus annexuꝫ
eſt ipſi fidei ſm ꝙ iungitur charitati ſm
q̄druplicem cōꝑationē. Ideo quattuor
ponit in eius notificatione. Fides enim
prout iuncta eſt charitati ordinat.

Primo ad amandū deum.
Secundo ad faciendum bonū.
Tertio ad fugiendum malum.
Quarto ad diligendum proximum.

Et iuxta hec quattuor ponunt quatuor
actus in illa notificatiōe vicꝫ credendo
amare q̄ntū ad effectū. credēdo in eum

re q̃ntũ ad op⁹ bonũ:credẽdo ei adhere
re q̃ntũ ad tolerãtiã mali:credẽdo i cor/
porari mẽbris q̃ntũ ad dilectionẽ proxi/
mi.¶Ex h̃ pñt haberi correlaria.¶Pri
mũ nulli paganit infideles credunt i de
um.¶Scdm demones ⁊ dãnati nõ cre/
dũt in deũ:;vt pꝫ ex diffinitiõe.q2 odiunt
deum qđ ẽ cõtra diffinitionẽ:ergo auto/
ritas illa Jacobi dꝫ intelligi de duobus
pmis modis.¶Tertiũ correlariũ. nll's
fidelis ⁊ xp̃ianus exñs in pctõ mortali:
credit i deũ q2 ñ amat deũ amore chari/
tatiuo ⁊ ſibi placenti¶Quartũ nullus
peccans actualr̃ qñ peccat credit i deuꝫ
licet credat deum vel deo.pꝫ q2 credẽdo
nõ vadit in deum.¶Quintũ nll's ipati
ens ⁊ remurmurãs ꝯ deũ credit i deum.
q2 qui diſcordat a voluntate dei infligẽ
te ſibi penã nõ implet tertiã particulaꝫ
diffinitionis.¶Sextum correlarium.
Nullus odiens proximũ actualr̃ credit
in deum vt per quartã particulã.¶Sꝫ
contra hec arguit.Si hec eẽnt vera di/
cens ſimbolũ peccaret mortalr̃ vl' venia
liter:pꝫ q2 mentit:ſed omne mẽdacium
eſt pctm̃:ergo ⁊c̃.¶Rñſio ꝙ exñs i pec/
cato mortali ⁊ dicens ſimbolum apoſto
loꝝ vel nicenũ.Dicendo illa nõ mentit
licet nõ credat in deum:q2 nõ dic̃ in per
ſona propria ſed eccleſie.Si tñ vellet di
cere in perſona ꝓpria tãq̃ obſtinat⁹ mẽ/
tiretur ⁊ eſſet ſibi penitentia imponẽda
Per hanc fidẽ ait magiſter.ſ.ibi iuſtifi/
catur impius.¶Septimũ correlarium
p fidem informẽ nullus credit in deum.
¶Octauum correlarium. Fides qua
credimus in deuꝫ inclinat ⁊ ordinat ad
amandum deum charitatiue ad bonuꝫ
faciẽdum fugiẽdũ malum ⁊ ad diligen/
dum proximum.¶Reſponſio dicendũ
ꝙ abſq̃ dubio ipã fides qua credim⁹ in
deum non tm̃ eſt virtus: verum etiã au/
riga omniũ virtutum.Sicut de prudẽ/
tia dicit Bernhardus ad Eugenium ⁊
phi.Virtus quidem eſt quoniam in ea
conſiſtit rectitudo vite ſm regulã iuſti/
cie.Juſtum eñ eſt vt intellectus noſter
ita captiuet ⁊ ſubiaceat ſumme veritati
ſicut affectus noſter debet ſubiacere ſũ/
me bonitati:quia i nobis ſunt pciſe due
potentie ſcꝫ voluntas ⁊ intellectus.In/
tellectus inclinatur ad verũ ſicut lapis
tendit deorſum ⁊ voluntas inclinat ad
bonum.iõ agim⁹ ꝯ naturã qñ facimus
pctm̃ ſicut ſi lapis haberet voluntatem
⁊ ꝓijceret ſe ſurſum faceret ꝯ inclinatio
nem propriam.¶Secunda propoſio.
Non poteſt eſſe anima noſtra recta niſi
intellectus ſumme v̓itati propter ſe ⁊ ſi/
bi omnia aſſentiat:⁊ affectus ſumme bo
nitati adhereat ſcꝫ obtẽperando oibus
preceptis ⁊ captiuãdo intellectũ noſtrũ
ſibi.Et ſunt duo que peruertunt ordi/
nem iſtum ſcꝫ ptinacia in volũtate ⁊ ig/
norantia in intellectu.Hãc autẽ recti/
tudinẽ nõ hꝫ q̃s nolẽs ſed volẽs. Nemo
eñ plus credit deo q̃ꝫ ſibi: niſi p hoc ꝙ
vult intellectuꝫ ſuũ captiuare in obſeq
um xp̃i.Si ḡ captiuatio intellectus in
obſequium ſũme v̓itatꝫ ſpectat ad recti
tudinẽ vite.voluntas q̃ q̃s vult ſe capti
uare ẽ voluntas recta ⁊ habit⁹ q̃ mediã/
ante ad hoc expedit ⁊ adiuuat facit ad
rectitudinẽ voluntatis.ḡ ſi iuſticia non
eſt aliud q̃ꝫ voluntatis rectitudo:⁊ fi/
des nõ ẽ aliud niſi habit⁹.q̃ intellectus
noſter voluntarie captiuat in obſequm
xp̃i.Reſtat ꝙ habit⁹ fidei ſpectat ad re
ctitudinẽ vite ſm regulã iuſticie. ⁊ ideo
habet in ſe rationẽ virtutis vere ⁊ pro/
prie nec ſolum hꝫ in ſe rationẽ virtutis
vere ſed magis aurige virtutum quarũ
libet tã theologicaꝝ vicꝫ q̃ꝫ cardinali/
um.Sine fide enĩ non eſt cognitio ſum/
mi et veri boni.Sine cognitione autem
ſummi ⁊ vere boni non poteſt eſſe expe/
ctatio ⁊ dilectio.Cognitio autem p̃am
bula eſt et dirigit affectum ad expectan
dum ⁊ ad deſiderandum.Et iõ neceſſa/
rio fides:ſpem: et charitatem precedit
tanquam regula et auriga ipſarum.
¶Rurſus ſine cognitione ſummi boni

non pōt eſſe recta intentio. Hoc eñ ſo/
lum fit recta intentione qḋ fit ad hono
rē ꝛ gloriā dei. Sine vero recta intenti/
one nullus actus virtutis recte incedit
Q̄m ergo habit⁹ fidei ē quo mediante
ſummū bonū a mentib⁹ nr̄is enigmati/
ce cognoſcit. Hinc ē ꝙ fides dirigit no/
ſtrā intētionē: ꝛ ꝑ hoc regula ē oīs oꝑa/
tionis bone: ꝛ oīs virtutis meritorie. et
iō nō tm̄ debet dici virtus gratuita. id ē
deo placens: ſed etiā ꝟtutū gratuitarū
regula ꝛ auriga. Nō placem⁹ deo ꝑ bo/
na naturalia ſed ꝑ virtutes ſolū. Quā/
tum p̄cellit iudiciū viri iudiciū pueri tm̄
precellit iudiciū viri xp̄iani iudiciū viri
ph̄i. Et iudiciū rationis ſurſum ↄuerſe
iudiciū rōnis ad inferiora depreſſe.

Secūda queſtio. Utrū

fides ſit in ꝑte aīe cognitiua .i. ī intelle/
ctu an affectiua. i. in volūtate. ¶ Et ſūt
quattuor opiniones in textu. Pria dicit
ꝙ fides ē in potentia cognitiua ꝛ ī intel
lectu ſpeculatiuo inq̄ntū ſpeculatiu⁹ eſt
Iſtā opinionē videt tenere Franciſ. de
maronis ſed ē falſa. ¶ Scḋa opinio eſt
Scoti: Thome: ꝛ Alexandri quā debe
mus tenere. Et ē ꝙ fides ē in intellectu
practico. Intellect⁹ eñ practic⁹ dr̄ eſſe
intellectus extenſus ſm qḋ vult ph̄s ꝙ
intellectus ſpeculatiuus fit extenſiue.
¶ Tertia opinio ē Hugonis q̄ ponit fi
dem in intellectu ꝛ voluntate. ꝛ iſta etiā
nihil valet. Non eñ perditur fides niſi
per pctm̄ hereſis: ſpes niſi ꝑ pctm̄ deſpe/
rationis. Charitas aūt perdit ꝑ omne
pctm̄ mortale.

Tertio querit. Utrum

fides ſit certior q̄ ſcia. ¶ Duplex ē cer/
titudo quedā adheſiōis: alia ē ſpecula/
tionis. Certitudo ſpeculatōis ē noticia
vera abſq̄ dubitatōe ꝛ deceptōe. Et dr̄
noticia ſpeculationis. i. ipa noticia que
ē ſpeculatiua. ꝛ ponit noticia loco gene/
ris ꝛ ē in intellectu. Uera ponit ad diffe
rentiā hereſis ꝛ erroris: abſq̄ dubitatio
ne ꝛ deceptione ponit: qꝛ certitudo ex/
cludit omnē hereſim ꝛ erroris dubitati/
onē: nec aliq̄s de aliq̄ decept⁹ pōt eē cer/
tus. Alia certitudo dr̄ adheſionis. Et ē
firma adheſio q̄ volūtas vult adherere
firmiter alicui veritati ſiue credite vel
ſcite. Dicit primo firma ad drīam ad/
heſiōis infirme. qua volūtas vult adhe
rere ꝛc̄. ponit ad drīam ſpeculatiōis q̄ ē
in intellectu ꝛ iſta in voluntate. ¶ Re/
ſponſio qñ cōꝑam⁹ certitudinē fidei ad
certitudinē ſcie pōt intelligi dupliciter
Nā vno mō ſcia pōt dici apta ꝛ certa vi
ſio dei in pria: ꝛ ſic nō format q̄ſtio hic.
qꝛ ſcia iſto modo p̄cellit in certitudine
ipam fidē: ſicut glīa p̄cellit grām ꝛ ſtat⁹
prie ſtatū vie. Alio mō dicit ſcia cogni/
tio ſcꝫ ſcialis quā quis habet in via. Et
iſta pōt eſſe duplicit. Aut reſpectu illo/
rum quoꝝ ē fides. Aut reſpectu alioꝛuꝫ
cognoſcibiliū. Si reſpectu illoꝝ quorū
fides ē: ſic ſimplr̄ loquēdo certior ē fidꝫ
q̄ ſcia. Uñ ſi aliq̄s phoꝝ cogſcit aliquē
articuloꝝ rōcinādo: vt pote deū eē crea/
torē: vl̄ deum eſſe remuneratorē: nunq̄
tñ ita certitudinaliter cogſcit per ſuam
ſciam ſicut ver⁹ fidelis ꝑ ſuā fidem. Si
autē loquamur de ſcia ſm qḋ ē cognitio
alioꝝ cognoſcibiliū: ſic quodā modo cer
tior ē fides q̄ ſcia. ꝛ quodā mō ecōuerſo
Eſt eñ certitudo ſpeculatiōis ꝛ ē certi/
tudo adheſionis Et p̄ma reſpicit intel/
lectū. Scḋa vero reſpicit ipm affectum
Uide textū. Duplex eſt dubitatio cir/
ca fidē. Quedā q̄ ē vincens ꝛ trahens ī
oppoſitum. ꝛ iſta dubitatio ſtat in hereſi
Alia ē dubitatio admiratiōis vl̄ titilla
tionis ꝛ iſta bene ſtat in fide. ¶ De de/
ſcriptione fidei ab aplō aſſignata quo/
niam inter ceteras eſt magis autentica.
Diffinit autē apl̄s fidē ſic. Heb. xi. Fi/
des ē ſuba rerū ſperandaꝝ argumentuꝫ
nō apparentiū. ¶ Notandū ꝙ tūc diffi/
nitio ſiue notificatio eſt recte aſſignata:
qñ nihil cōtinet ſupfluum: vel etiam di/

minutū:ꝛ hoc ē qn̄ p ipam notificatione
ipius diffiniti eēntia plene indicaꝛ ꝛ ap/
te manifeſtaꝛ:ꝛ ab oīb aliis ſepatur. H
autē ē reperire in ꝑpoſito ſi qs attēdat.
Nam ipa fides ſm eēntiā ſuam aliud re
ſpicit ex pte intellectꝰ:et aliud ex parte
affectus:habet em̄ affectū ſtabilire ꝛ in/
tellectū illuminare. Et inq̄ntū affectuꝫ
ſtabilitat dꝛ ſubā ſiue fundamētuꝫ. In/
q̄ntū autē intellectū illūiat dꝛ argumtū
qꝛ mentē reddit argutum.i.clarā. Ut g
plene fidei eēntia explicaretur oportuit
eā diffiniri ſiue notificari vt diceret ſub
ſtantia ſit ꝛ argumentū. Dꝫ em̄ diffini/
tio totā eēntiam diffiniti in ſe claudere.
Debet etiā nihilominꝰ apte notificare.
Qm̄ g habitꝰ ꝟtutis dupl'r notificari
habet. vicꝫ p finē vltimū ꝛ ſuuꝫ obiectū
Finis autē ip ius fidei ꝯſiſtit in eēna bea
titudine quā ſperamꝰ:ꝛ ita ē in rebꝰ ſpe/
randis. Obiectū autē cōſiſtit in ꝟitate
nō viſa:ꝛ ita ē in reb nō apparentibꝰ.iō
oportunū fuit fidē diffiniri p res ſperā/
das ꝛ nō apparentes:vt ſic notificatio fi
dei nō ſolū eēntiā explicaret plene p in/
tellectū ꝛ affectum:ſꝫ etiaꝫ manifeſtaret
apte p finē ꝛ obiectuꝫ. Dꝫ etiā diffinitio
diffinitum ab oībus aliis ſepare. Et q'
niā fides formata diſtingui hꝫ a fide in/
formi. Diſtingui habet etiaꝫ ab habitu
cuiuſlibet alterius virtutis. A fide inq̄
informi diciꝛ q̄ntū ſuſtentat totā fabri/
cam ſpūalem. ab aliis autē virtutib in/
quantum veritati nō viſe facit adherere
Jō quantum ad hec duo diciꝛ ſubſtan/
tia rerum ſperandarum vt diſtinguatur
a fide informi. Et argumentuꝫ nō appa
rentiū vt diſtinguaꝛ ab habitib aliaruꝫ
virtutum. Et ſic pꝫ ꝙ predicta notifica
tio nihil cōtinet ſuperfluum nihil dimi/
nutū:nec ē in ea clauſula nec dictio imo
nec etiam ſillaba ocioſa. Argumentum
in logica facit fidem. Fides i theologia
eſt ipmmet argumentū. Cuiuſlibet vir/
tutis alterius a charitate eſt duplex for
ma quedam intrinſeca. Et diciꝛ ꝓpa

eſſentia ipius vt propria forma humili/
tatis.caſtitatis eſt ꝓpria natura ꝛ eſſen
tia. Alia eſt extrinſeca ꝛ eſt ipamet cha/
ritas ꝛ gratia dei. Uirtꝰ illa dꝛ iformis
q̄ caret iſta forma extrinſeca ꝛ nō intrin/
ſeca:qꝛ ſi careret intrinſeca nō eēt virtꝰ.
Ex q ſequiꝛ ꝙ duplex ē fides. q̄dam in/
formis alia formata. De prima queriꝛ
hic.vtꝝ ſit in genere virtutis an non

Quarta queſtio. vtrū

fides informis ſit virtus. Rn̄. dupliciꝛ
virtus accipiꝛ. Uno mō proprie. Alio
cōiter ꝛ large. Ꝓpe capta ē rō recta.i.
recta regula ꝑducēs in ſūmū finē. p hoc
qđ dꝛ recta reg'a diſtinguiꝛ ꝯ vicia et h
mō ꝟtus ē ꝑncipiū opis meritorij. et dꝛ
ſolūmō de habitu gr̄a informato ſine q
nō ꝯtingit ꝑuenire ad finē gl'e:ꝛ iſto mō
nulla virtus informis dꝛ virtꝰ. Alio mō
diciꝛ virtꝰ cōiter ꝛ large habitus rectifi
cans potētiā aliqua rectitudine iuſticie
ꝛ vigorans eam circa opus difficile quā/
uis nō ꝑducat eā in fine ſiue etiā ꝑducat
Diciꝛ habitꝰ rectificans:qꝛ oīs virtꝰ re
ctificat mentē ꝯ aliqđ vitiū. Qꝛ ois enim
potentia in ſuis opibus pōt bene agere
ꝛ etiam deficere. iō indiget aliquo rele/
uante ꝛ dirigente aliqua rectitudine.ꝛc̄
p hoc diſtinguiꝛ a ſcīa ſpeculatiua.ꝛ vi/
gorans ꝛc̄.ꝛ illud qđ ſequiꝛ quāuis non
eſt de eēntia virtutis cōiter capte. Iſto
mō accipiēdo ꝟtutē habitus politici in
formes dn̄r eē virtutes. Hoc etiā mō fi/
des informis que quidē eſt in malis xp̄i
anis eſt vere virtus. Ꝓbaꝛ qꝛ per ha/
bitum fidei informis rectificaꝛ intelle/
ctus hominis dū captiuatur in obſequi
um xp̄i ad aſſentiendū pme ꝟitati pro/
pter ſe ꝛ ſup omia vigoratur etiā vt cre/
dat vere nō apparentia:vt etiā vite erro
nea ꝛ fantaſtica ſicut apparet in multis
xp̄ianis carentib charitate qui libenter
ꝛ humiliter audiunt verba ſpectātia ad
doctrinam fidei ꝛ abhorrent viriliꝛ he/
reticā ꝑuitatē. Augꝰ in lib. q intulatur

de vera innocētia dic̄. Cū certe ꝟtutes possint bonis ⁊ malis esse cōes: sola dilectio siue charitas ē ꝓpria ⁊ spēal' virtus pioꝝ atq; scōꝝ. ¶ Sꝫ ꝯ arguif Jacobi ij. Fides sine opibꝫ moꝛtua ē. Sꝫ nihil qd̄ ē moꝛtuū hꝫ in se rōnē ꝟtutis. Si ḡ fides sine grā caret opibꝫ fructuoſ: ⁊ sic moꝛtua ē iam. ḡ nō hꝫ rōnē ꝟtutis. Dicēdum q nō dr moꝛtua qꝛ careat oī vtilitate ⁊ efficacia sed qꝛ caret gratuita q̄ ē vita ꝑfecta: ⁊ iō ex hoc non pōt ꝯcludi q nō sit simplr virt⁹ sed q nō sit virtus ꝓpriē dicta. ¶ Quadruplicia sunt opa hūana: qdā sunt viua: alia moꝛtua. alia moꝛtificata: alia moꝛtifera. Viua dicūf illa q̄ fiunt ab hoīe exūte in charitate: ⁊ ſm inclinationē charitatis. ¶ Pꝛima ꝓpositio. Nō oīa opa facta ab hoīe hūte charitatē sunt viua: vtputa fricare barbam ⁊ alia indifferentia opera. ⁊c̄.

¶ Scda ꝓpositio. Ad h̄ q aliq̄ opa humana sint meritoꝛia vel viua due conditiones requiruntur vt pꝫ in descꝑtione ¶ Tertia ꝓpositio. Nulla opa q̄tūcunq; bona facta ab hoīe exūte in pctō moꝛtali sunt viua opa. ¶ Opa hūana dicūf viuere dupl'r. Uno mō ꝓncipiatiue et elicitiue. Alio mō final'r ⁊ vltimate. vt qñ aliqs ī charitate exñs fac̄ aliqd bonū opus: illud opus elicif a ꝓncipio vite in caritate ⁊ oꝛdinaf ad vitā eternā. Opa moꝛtua dicunf illa q̄ ſm se bona sunt et ꝟtuosa moꝛal'r sed tñ fiunt ab homīe existēte in pctō moꝛtali. Et sic due ꝯditiones reqruntur ad opa moꝛtua. Pꝛio q sit op⁹ virtuosuꝫ: ⁊ in h̄ dr̄nt ab opibus moꝛtiferis q̄ ferūt secū moꝛtē. Secūdo opꝫ q fiāt ab hoīe exūte in pctō moꝛtali. ¶ Quarta ꝓpō. Opa dnr moꝛtua qꝛ carent ꝓncipio vite. i. caritate. ⁊ carēt fine vltimo. i. vita etna. Et lꝫ ista opa ñ sint meritoꝛia vite etne: sunt tñ vtilia vt in q̄rto dicef. Opa moꝛtificata dicunf illa q̄ añq; fuerūt fcā ab hoīe hūte grām ⁊ ſm inclinatōꝫ charitatꝭ. Sed tñ pctō interueniēte fuerūt moꝛtificata. Et dnr moꝛtificata qꝛ nisi peniteat de pctō: nūq; habebit vitā eternā ꝑ illis. Et sic pꝫ q ista opa fuerūt aliqñ viua. ⁊ ꝑ pniam reuiuiscunt ⁊ erit ꝑmiat⁹ ꝑ illis in vita eterna si ꝑseueret. Sꝫ opa moꝛtua nunq; reuiuiscunt qꝛ sunt facta cū voluntate peccādi. Opa moꝛtifera sūt peccata moꝛtalia ⁊ q̄ fiunt ꝯ ꝑcepta dīna. Et dicunf moꝛtifera qꝛ ferūt secū moꝛtem: qꝛ sunt venena charitatꝭ ⁊ etiā qꝛ digna sūt moꝛte eterna. ¶ Nota q sola fides infoꝛmis ē in genere ꝟtutis q̄ credūf oēs articuli vl' explicite vl' implicite: qua etiā respiciunf oēs erroꝛes. Ex quo sequif q ñ est eadē fides infoꝛmis ī malis xp̄ianis ⁊ in demonibꝫ: qꝛ in malis xp̄ianis rectificat' potentiā assentiendo ⁊ adherendo ꝑīne veritati ꝓpter se ⁊ sup oīa. Jta q ī illo habitu ē rectificatio ⁊ vigoꝛ ⁊ hoc q̄dā perfectio ē: qꝛ ꝑ hanc fidē adhuc possent reuerti ad deuꝫ ⁊ ꝯsequi salutē. Demones autē non.

Quinta questio Utrū fides infoꝛmis sit infusa an acquisita.

¶ Rñsio ad ꝑdictoꝝ intelligentiā ē notandū q cū credere sicut dicit Aug⁹ sit cogitare cū assensiōe. Ad h̄ qd habitus fidei plene ⁊ integre habeaf nccē ē q intellect⁹ instruaf de credibilibꝫ vt possit illa cogitare ⁊ inclinef vt possit ill' assentire ⁊ pꝛimuꝫ quidem ē materiale ī fide. Secundum vero est foꝛmale: ⁊ vtrūq; reperitur tam in fide infoꝛmi: q̄ in fide foꝛmata. Nō enim dicitur infoꝛmis. qꝛ careat omni foꝛma: sed quia careat foꝛma gratie gratumfacientis. Cum ergo queritur. Utrum fides sit habitus acq̄situs vel infusus. Respondendū ē si loquamur de fide quantū ad illud qd est materiale in ea vicꝫ quantū ad cognitionem illam qua cognoscimus qui sūt articuli fidei: ⁊ scimus quid ē quod per nomen dicitur: sic ꝓcedendū est q fides est per auditum ⁊ per acquisitionē ſm legeꝫ cōmunē. Nemo enim scit qui ⁊ quot sūt articuli fidei nisi didicerit legēdo vl' audiendo nisi foꝛte hoc habeat per priuile

gium ſpeciale. Si autem loquamur de fide q̄ntum ad formale videlicet quātuȝ ad illud quod facit aſſentire: ſic dicēduȝ eſt ꝙ quedam fides informis eſt per acquiſitionem: quedam per infuſionē. Nā quedam aſſentiunt veritati audite moti humana perſuaſione: vtpote ꝑ amorē ꝛ reuerentiā dicentis. vel propter miracula: vel propt̄ rationes ꝛ argumēta. Et talis fides eſt ſimplr̄ acquiſita nec dicēda habere rōnem ṽtutis: q꞉ nulli⁹ ē vigoris nec roboris ſublata de medio ipa humana rōne. Quidam autē aſſentiunt veritati fidei propter diuinā illuſtrationem ſicut illi qui innituntᷣ pure veritati ſuꝑ oīa ꝛ propter ſe ſicut multi xp̄iani q̄ charitatē nō hn̄t: ꝛ in talib⁹ fides ē ꝑ infuſionem: voluntarie em̄ aſſentiunt concomitante diuina illuſtratiōe vl' illuminatōe. Illūīatiōe inq̄ꝫ que rōneȝ eleuat in his qui ſunt ſupra ipām. Unde ſicut illūīatiōȝ ad futura pcognſcēda dicim⁹ eſſe infuſā ꝓpter hoc ꝙ in ipa eleuatᷣ aīa ſupra ea q̄ ſunt ei naturalia ſic intelligēdum ē in pte iſta. Concedendū ē ergo fidem informē ſm̄ ꝙ virtus ē eſſe donū diuinitus collatū ꝛ habitū infuſum. Qn̄cunq̄ꝫ aliq̄s ē heretic⁹ circa vnū articulum fidei: de⁹ amouet ſibi fidem infuſā.

Queritᷣ ſexto. Utrum fides informis ſit in demonibꝫ

¶ Rn̄ſio dicendū ꝙ ſicut ex p̄cedentibꝫ ptȝ fides informis dr̄ duobꝫ modis. Quedā que innititur pure ṽitati ꝓpt' ſe ꝗuis i ipaȝ nō tendat amando: ꝛ iſta ē i xp̄ianis malis. Eſt tamen habitus virtuoſus ꝛ donum ſpūſſancti. Alia eſt fides informis que innititᷣ ipi veritati articuloꝝ propt' rōnem creatā: ꝛ iſta nō ē virtus nec habitus infuſus nec donū ſpūſſancti. Prima dicitᷣ informis q꞉ caret forma gratuita. Scd̄a dr̄ iformis: q꞉ caret fidi veritate ꝛ forma gratuita. Nā illa credulitas q̄ quis aſſentit articul' ꝓpter rōnē createȝ nō ſolū caret intentiōe habitus gratuiti ſed etiā intentione habit⁹ virtuoſi. Nullius virtutis videtur eſſe credere: cum quis credit innitendo ꝑſuaſioni quā videt. Si ergo hoc ſcd̄o modo accipiatur informis fides ſic concedi poteſt eā repiri in demonibꝫ. hn̄t em̄ aliquā noticiā et credulitatē de articul' ꝛ credibilibꝫ: q̄ q̄dem pōt dici fid̄s ſiue credulitas ꝓpter hoc ꝙ nō ē in eis viſio apta. Et illa q̄dē cognitio pri fuit eis īdita a prima ꝯditōe ꝑ ſpēȝ infuſa: ꝑtim ex acq̄ſitiōe. Et prima em̄ ꝯditiōe ſua habuerᷣt cognitioneȝ aliquā de articul' ꝑtinētibꝫ ad trinitatem: q ꝛ ſi tunc nō meretur dici fides imo potius cognitio cōtēplatiōis propt' abſentiā enigmatꝭ: pctō tn̄ ſuꝑueniēte ꝛ enigmate ſubſequēte. Illa cognitio meruit dici fides cū ſit cognitio enigmatica de his q̄ ſpectāt ad diuina. Quātū āt ad articulos ſpectātes ad hūanitatē eſt in eis cognitio acq̄ſita ꝑ mlta miracula ꝛ experimēta ꝛ extorta q̄ſi neceſſitate quadam. Dū em̄ demones vidēt apte eos q̄ xp̄m credūt ꝛ ei cōformātur nō poſſe dānari: manifeſta rōne cogūtur credere fidē credentiū in xp̄m veꝝ ēē. Ac ꝑ h̄ ꝑ ꝯn̄s credunt oīa ēē vera q̄ xp̄iani credūt: ꝛ ex h̄ ꝑterrētur. propt' qd̄ dic̄ beat⁹ Iacob⁹ ꝙ credūt ꝛ ꝯtremiſcūt. Si ṽo loquamur de fide iformi ſm̄ qd̄ accipitur primo mō vicȝ ꝓut ē hitus ṽtuoſus ꝛ hit⁹ infuſus ꝛ etiā volūtari⁹ h̄ mō: ꝛ ſi repiatᷣ i xp̄ianis viatoribꝫ nō tn̄ pt repiri i demōibus tū q꞉ ipi nō ſt' apti ad ſuſcipiēdos hitus infuſos: tū q꞉ volūtas coꝝ mag' prona ē ad īpugnādū ṽitatē ꝛ pietatē. ¶ Nō ſolutoȝ de auctē Iacobi ꝛ de glo. Dicēdū ꝙ i vtriſq̄ꝫ repitur fides: ſed tn̄ alit' ꝛ alr ſic̄ pus dcm̄ ē. xp̄iani em̄ nōictēn⁹ volūtarie aſſentiūt ꝛ illa fid̄s pt eis ēē via ad ṽtutē ꝛ q̄dā mō rectificat coꝝ mētē ꝛ ſi n̄ plene nō ſic āt ē i demōibꝫ q꞉ ipi credūt: coacti ꝛ quaſi cum quodam murmure. ¶ Nota enim ꝙ xp̄iani qui ſunt in pctō mortali q̄ꝺiu ſunt in tali ſtatu dumtaxat ſunt chriſtiani nomine et non re.

Sicut religioſi deformate ꝛ male vite dicunt religioſi ſolū nomietenus: qꝛ habitū ferunt ſed nō habent rem.

Septimo querit vtrū

fides informis oīno expellat p aduentū grē. ¶ Rn̄ſio notandū ꝙ cū dico fidē informē. Dico tria vicꝫ habitū ꝛ ipius habitus vſum: ꝛ defectū annexū. Et ꝗtuꝫ ad hec tria pōt tripl'r intelligi ꝙ fides informis expellat ſiue euacuet p grām ſupuenientē. Et ſm huc triplicē modū intelligendi tres fuerūt circa hoc opiones ¶ Pria ē grā ſupueniēte fides informis expellit nō ſolū ꝗtū ad informitatem .i. culpā ſed etiā ꝗtū ad vſū ꝛ ꝗtū ad habitū. Uide in textu. ¶ Secūdus mod⁹ dicendi qui paꝝ aut nihil valet. Actus fidei vel opatio nō ē aliud ꝗ ꝙ volūtarie aſſentire pme vitati ppter ſe ꝛ ſuper oīa. ¶ Opinio pbabilioꝛ ꝛ tenenda ē ꝙ fides informis p aduentū grē excludit: ꝗtū ad ſolū defectū ſaluo habitu ꝛ vſu ꝛ hoc quidē videt ſatis rōnabile cū grā opponat habitui illi infuſo ſolū ratione informitatis ſicut habit⁹ opponit puationi. ¶ Nota mai⁹ lumē abſorbet minus lumē. Diſtinguo vel ꝗtū ad eē primū ꝛ ſic nega' illud dictū: qꝛ luna ſi ſit in emiſperio nr̄o ita bn̄ lucet de die ſicut de nocte ꝛ etiā ſtellas vl' quātū ad apparentiā: ꝛ ſic bn̄ ꝯceditur. ¶ Ad illud qd obijcit ꝙ lumen gratie gratūfacienteꝫ debet ſufficere ad ardendū. Dicendum ꝙ ſufficit gratia gratūfaciens cū pſuppoſitione tn̄ gratie gratis date. Dona enim grē gratūfaciētꝫ nō excludūt dona gratie gratis date. imo magis illa ī ſuo aduentu cōplent ꝛ pficiunt ꝛ quodāmodo ab eis vigorant ꝛ pficiunt. iō non ſequit ꝙ adueniente grā gratūfaciente ſuperfluat habit⁹ fidei informis nec remanente habitu informi: ppter h̄ lumen gratie gratūfacientis ſit inſufficiens. Unūqdꝙ enim donum dei ſufficiens eſt ſm illud ad qd habet ordinem.

Octauo querit vtrum

adueniēte gratia fides informis fiat formata. ¶ Duplex ē formatio: qdā intrinſeca. Alia extrinſeca. Pria d' illa q̄ eſt p aliquā formā inherentē realr: vel inexiſtentē materie vl' ſubiecto pprio vt aīa nr̄a ē forma ſiue informatio corpis nr̄i. Et ſic nō capit in q̄ſtione pcedenti Alia extrinſeca ꝛ ē illa q̄ fit p aliqd extrinſecū adueniēs alicui venuſtans ꝛ decorās eū licet n̄ ſit in eo inheſiue: ꝛ ſic lux d' informatio coloꝝ. ¶ Rn̄. In iſta qōe ſt' tres opiones vt pꝫ ī textu. Tertia ē ꝙ hitus fidei informis format ab ipa grā: ꝛ iſta videt eē pbabilioꝛ ꝛ facilioꝛ ꝗ pdcē vicꝫ ꝙ ipa grā gtūfaciēs ꝯpatur ad hit⁹ virtutū ſubtractos: ſic ꝯpatur lux ad colores. In h̄ tn̄ ē dr̄ia: qꝛ iſta corpalis n̄ ita efficacit' pōt educere colores de potētia in actū ꝗtū adeſſe qd hꝫ coloꝛ in genere coloris ſm ꝙ ipa grā extrīs in ipa aīa pōt facere germinare habit⁹ vtutū. Ipa eīm adueniēs grā in aīa carentib⁹ habitibus vtutū ſe habet q̄ſi originale principium illoꝝ q̄ntū ad eē pmū. Unde ſicut pluuia infuſa terre hn̄ti in ſe ſeminariū: facit eā germinare donec veniat ad fructum cōpletū Sic intelligendū ē de gratia reſpectu habituū ipaꝝ vtutū q̄ntū ad iporum eē primū. Nō aūt pōt facere lux ſup infuſa exteri⁹ reſpectu coloꝝ. Sꝫ ſi cōparemus colores ad lucē ꝛ hitus vtutū ad grām gtūfacientē q̄ntū adeſſe vtpote quantū adeſſe coloꝝ in genere lucidi ꝛ habituū in genere gtuiti: tunc ē ſimilitudo expſſa: vt ſicut multi colores ī vna domo tenebroſa exiſtentes efficiunt luminoſi per vnā luminoſitatē ſupuenientem: ꝛ ab illa informantur ꝛ decorantur ꝛ venuſtantur: ſic habitus vtutuꝫ informes exñtes ī aīa: venuſtāt ꝛ decorant ab vna grā ſupueniēte. ꝛ ſm hmōi hūc modū intelligēdi īfuſionē grē ꝛ vtutū facile ē intelligere q̄lit' hitus fidei informis format p ipi⁹ gratie aduentū. Dicit eīm

formari ſic coloꝛ tenebroſus formaꝛ ad luminis ingreſſum: ⁊ ſicut ex coloꝛe ⁊ lu/mine ſuper infuſo nō fit vnum per eſſen/tiam. Sed vnum per oꝛdinationē quan daꝫ ſic nec ex grā gratūfaciēte ⁊ infoꝛmi fide intelligiꝛ fieri vnū niſi ꝑ quādā oꝛdi nationē ⁊ relationē: qꝛ fides infoꝛmis ꝑ aduētum grē incipit cōplete oꝛdinari in finē. ⁊ in deū credere ⁊ eidē complacere. ¶ Nota in ſolutiōe vltimi argumēti. ꝑt accipi ſimile de infuſione grē ⁊ virtutum in pluuia ⁊ terra ſeminata: ſicut de infoꝛ matione virtutū a gratia accipitur in lu mie ⁊ coloꝛe. Si em̄ vna pluuia adueni at in terram in qua ſunt plantata diuer/ſa ſemina que nō germinauerūt: facit il/la germinare ⁊ ſm diuerſitatē ſeminū di uerſas plantas producere. Si vero iam alias germinauit: ſed ꝓpter defectuꝫ aq̄ iam arefacte ſunt plante: tūc pluuia de/nuo veniens facit illas plantas vireſce/re. Sic grā adueniēs in animam in qua ſunt ſemina habituū virtutū: facit ipſam germinare Ita ꝙ ipſa habita: habentur per ꝯñs ⁊ virtutes et continue facit illa creſcere quouſqꝫ perducat ad perfectio/nem. Et ſi contingat merito peccati: hu moꝛem gratie auferri. Habitus illi vir/tutum efficiuntur quaſi aridi: ⁊ poſtmo/dum ſi reſtituatur pluuia ⁊ humoꝛ gra/tie: non opoꝛtet ꝙ anima iterum germi/net ſed illa que germinauit per humoꝛē gratie aduenientem iteꝝ reuiuiſcat.

Circa diſtinctio/nem viceſimamquartam q̄/ritur. Utrū fidei ſubiectuꝫ ſit ita veꝝ ꝙ ei nō poſſit ſub eſſe falſum. ¶ Rñſio fidei habitui ſiue foꝛmate ſiue infoꝛmi non pōt ſubeſſe fal ſum: quia ipſa fides nō pōt falſificari iō neceſſe ē ponere ꝙ ipſi habitui fidei nec falſum ſubſit nec ſubeſſe poſſit. Queād modum em̄ diuina pꝛeſcientia que ex re bus non pendet: certiſſime cognoſcit: nō ſolum ea que ventura ſunt neceſſario: ſꝫ etiam cōtingentia. Ita ꝙ circa ea nō po teſt decipi. Sic ⁊ fides que cognitiōi di/uine pꝛeſcīe initiꝛ: a qua etiā illuminaꝛ ⁊ dirigaꝛ: certā credulitatē ⁊ illuminatio/nem habet de futuris ⁊ contingentibus ita ꝙ illa q̄ꝛuꝫ eſt de ſe poſſint nō eueni/re. Fides tñ nec pōt decipi nec poteſt er/rare. ¶ Nota Spes eſt certitudo ꝓueni ens ex grā ⁊ meritis nullus ſperat ſe ha/biturum vitam eternaꝫ niſi cū ꝓſuppōne meritoꝝ ⁊ qꝛ efficacia meriti includit fi/naliter perſeuerātiā. Hinc eſt ꝙ in actu ſpei implicatur ꝯditio ꝑſeuerantie fina lis. ¶ Bonauentura dicit: Omnis fide lis recte adoꝛās hoſtiā cōſecratā: adoꝛat ſub ea ꝯditōe ſi perfecta ſunt circa ipſaꝫ ea que ad conſecrationeꝫ ſunt neceſſaria ſm inſtitutionem diuinā: ⁊ ſic nunq̄ de/cipitur nec errat.

Secūdo querit. Utrū

fides ſit circa cōplexum: an circa incom plexuꝫ. ¶ Rñſio Cuiuſlibꝫ ſcie pōt eſſe duplex obiectū ſcꝫ complexum ⁊ incom plexum. Complexum eſt illud ꝙ cōple/ctitur plures dictiones ex quibus com/poniꝛ ⁊ ſuboꝛdinaꝛ alicui actui intelle/ctus: q̄ dꝛ cōpoſitio ⁊ diuiſio vt hō eſt ri/ſibil'. Articuli fidei ſunt obiecta cōplexa vt deus ē trinus ⁊ vnus q̄ dicunꝛ enūcia bilia Incōplexū ē id ꝙ nō cōplectiꝛ plu res dictiones ⁊ ſuboꝛdinaꝛ actui ſimpli/ci intellectus vt deus id eſt ꝓma veritas eſt incōplexū obiectū. Nota ꝙ obiectuꝫ cōiter et per accidens et materiale acce/ptum idem ſunt. Et ſunt oīa q̄ credunꝛ ⁊ tenentur reuelata a ꝓma veritate. Ob iectum foꝛmale aūt ꝓpꝛie ⁊ ꝑ ſe acceptū eſt ipſamet veritas pꝛima in ſe. Enūcia/bilia ⁊ ꝓpōnes ſunt idē. ¶ Sūt tres opi niones in textu. Due pꝛie ſunt falſe ter/tia ē tenēda ⁊ vera Cognitō ſcial' manu ductiue rōcinationis eſt illa q̄ acqꝛiꝛ de deo ꝑ argumētatōes neceſſarias vt dedu cit ſcotus in pꝛō ſcōa diſtinctione. Qñ dꝛ articulus eſt pꝛeptio diuine volunta

ſcretiōe eſt illicitū licet obliget ¶ Nota
duplex ē iuramentū: qḋdā aſſertoriū ali
ud ē ꝓmiſſoriū. Primū ē ſꝑ de p̄teritis ⁊
p̄ſētibus: quoꝝ eſt determinata veritas
Scḋm ē illḋ quod eſt de futuris: quorū
nō eſt determinata veritas. Et iſte due
ſpecies aſſimilanť duabus ſpeciebus ſo
phiſmatibꝯ ſcʒ poſitōi ⁊ petōi. Iuramē/
tum promiſſoriū vocatur ab iſto docto/
re obligatoriuʒ licet nō ſit obligatoriū.
Iuramentum autem promiſſorium ſic
deſcribitur a Scoto. Eſt aſſertio dicti
humani quod ipſum ſit verum vltima/
te. Aſſertio capiť ibi pro affirmatiue vl'
negatiue ⁊ non proprie pro affirmatiue
dicti homini loco materie: ꝙ ſit verum
ponitur loco differentie formalis ⁊ vlti/
mate. qꝛ ſm Apl'm.: Finis oīs ꝯtrouer/
ſie ē iuramentū. Iō diciť vltimate: qꝛ qn̄
hō iurat nō debet vlteriꝯ ꝓgredi. Iura/
re eīm eſt inuocare deum in teſtem. Iḋo
qn̄ aliq̄s dicit: deꝯ eſt mihi teſtis: eſt vera
iuratio. Magiſter autem ſic diffinit iu/
ramentū dicens ꝙ iuramentum ē men/
dacium iuramēto firmatū: propter iſtaʒ
diffinitionē fit p̄ma q̄ſtio. ¶ Rn̄. Tri/
plex modus dicendi. Primꝯ modꝯ nō ē
tenendus: qꝛ ſequiť mgr̄m ad lr̄aʒ: quia
ſm Augu. cuʒ homo iurat ꝙ putat eſſe
verū ⁊ tn̄ ē falſum temere iurat. ¶ Alij
dixerunt ꝙ non omne periuriū eſt men/
dacium: pro eo ꝙ non ſolūmodo cōtin/
git incurrere crimen ꝑiurij propť ꝟita/
tis defectū: veꝝ etiā ꝓpter defectū iuſti/
cie ⁊ iudicij. Ideo ſi quis iurat aliquid
facere qḋ ē illicitū ip̄o facto ē ꝑiurꝯ. Et
ſimiliter ſi quis iuret ſine diſcretione.
¶ Sed inſtantia iſta que ferť magis vi
detur habere locum in iuramento obli/
gatorio id eſt promiſſorio q̄ʒ in iuramen
to aſſertorio. In illo eīm proprie reperiť

iudiciū ⁊ iuſticia:⁊ iō ad hec remaneat
qō. Utꝝ oē piuriū qḋ opponit̃ iuramēto
aſſertorio ſit mēdaciū cū ſit ꝟitatꝭ ꝑua/
tiuū. ¶ Propterea tertio adhuc pōt re/
ſpondēri ꝙ ſicut patuit ī ꝓcedenti diſti
ctiōe. Aliqḋ ē mendaciū ſimpl'r ⁊ ſm ra
tionē ꝯpletā. Aliqḋ ē mendaciū ſm ꝗd:
vicȝ ꝗtuȝ ad ipſius mendacij materiam
Aliqd ē mendaciū ſm ꝗd ꝗtū ad ipſius
mendacij formā. Mendaciū ſm ꝗd ⁊ ſȝ
formā. ē qḋ hȝ falſitatē in voce ⁊ intētōe
Mendacium vero ſm quid ſm materiā
eſt qḋ hȝ falſitatē in voce ſȝ nō ī itētiōe.
Mendaciū ſm ꝗd ⁊ ſm formā ē qḋ hēt
falſitatem in intentiōe ſed non in voce.
Cū g̃ querit̃ vtꝝ piurium oppoſitū iu'
ramento aſſenſato vniuerſal'r claudat
in ſe mendaciū. Dicēdū vl' large capiat̃
⁊ ſic ꝓcedit̃: vl' ſtricte ⁊c̃. vide textum.
¶ Nota ꝙ ꝓhibet̃ piuriū in ſcḋo ꝓdica/
mēto ꝓme tabule inq̄ꝗtū ꝑ ipm piurium
facit ꝗs ꝯtumeliā ſūme ꝟitati aſſumēdo
eā inuanū dū aſſumit eā ad ꝯfirmatōeȝ
falſi ſciti vl' falſi opinati vl' etiam dubij
¶ Aduertendū ꝙ ſicut ꝯſcīa erronea
in moribꝫ nō excuſat factū iniuſticie: ſic
eſtimatio falſa in his que credunt̃ nō ex
cuſat iuramentū falſum.

Querit̃ ſecūdo. Utrū

oīe piuriū ſit pctm̄. ¶ Dicendū ꝙ abſ/
ꝗ dubio piuriū ē malū nō ſolūmō in ſe:
ſed etiā ſm ſe. ita ꝙ nullo mō pt bn̄ fieri
piuriū loquor inordinatū ⁊ temerariuȝ
Rō aūt hꝰ ē dupl'x. Una propt̃ hoc ꝙ
piuriū plerūꝗ claudit in ſe mendaciuȝ:
qḋ ē ſm ſe malū. Alia ꝟo rō ē gn̄alis: qꝛ
oīs piurās ꝯtumeliā fac̃ ſūme ꝟitati dn̄
eā adducit ad eiꝰ ꝯfirmationē ad qḋ nō
deberet aſſumi: ⁊ iō qꝛ nō tm̄ deordinat
hoīeȝ ad ꝓximū ſed etiā deordiāt hoīeȝ
ad deū: inde ē ꝙ ſemꝑ eſt malū. Et in ſo
lutiōe ꝓmi argumenti Adeo eīn̄ ē nomē
dn̄i terribile ⁊ venerabile ꝙ nullus debȝ
eū in teſtimoniū aſſumer̃ niſi nouerit ꝗd
loquat̃. Un̄ ignorantia nō excuſat ī tali
iuramento. Hoc eīn̄ debȝ vnuſqſꝗ ſcire
ꝙ nō debet iuramento alıꝗd firmare ni/
ſi de illo ſit certꝰ. Un̄ ſi talis ig̃ret rē de
q̄ iuret hoc ipō ſcit ſe male iurare ſi eam
iuramēto affirmat: ⁊ iō n̄ excuſat̃ a culpa

Tertio querit̃. vtrum

omne piuriū ſit mortale pctm̄. ¶ Rn̄.
ꝙ piuriū duo dicit vicȝ iurationē ⁊ inor
dinationē. Eſt eīn̄ piuriū iuramētuȝ in
debitū ⁊ inordinatū. Iuratio āt tripl'x
eſt. Quedā ē deliberata ⁊ ſolēnizata. ſ.
qn̄ teſtes iurāt ſupra ſcā dei euāgelia in
iudicis pn̄tia. Quedā ē delibata ſed nō
ſolēnizata qn̄ ꝗs ī oculto iurat aliꝗd ex/
deliberatiōe intendēs illḋ ꝑ diue ꝟitatꝭ
teſtimoniū ꝯfirmare. Quedā aūt ē nec
deliberata nec ſolēniſata ſic̃ qn̄ ꝗs iurat
in cōi ſmone nō attēdens que inuocat ⁊
ad ꝗd: ſed ex q̄dā ꝯſuetudine. ⁊ ſm h̄ ꝑ/
iuriū pōt cōmitti tripl'r. Nā ſi cōmittat̃
circa iurationē deliberatā ⁊ ſolēnizatā
ſic ē graue pctm̄ ⁊ enorme. ita ꝙ reddit
hoīeȝ infamē. Si ꝟo cōmittat̃ circa iu/
rationē nō ſolēnizatā nec deliberatā: ſic
nō ē pctm̄ mortale ſed veniale ꝓpter h̄
qḋ ling̃ in lubrico poſita ē Si ꝟo cōmit
tat̃ circa iuratiōȝ deliberatā lȝ nō ſolen/
nizatā. Scotꝰ dicit ibi ꝙ iſto mō ē pctm̄
mortale ſine diſtinctōe. Iſte tn̄ doc. bo/
nauen. diſtinguit. qꝛ aut deliberat de di
cto ⁊ iuramēto. vtꝝ vicȝ dictū ſit veruȝ ⁊
vtꝝ ſit iuramētū ꝯfirmādū: ⁊ tūc ſi piurat
mortalit̃ peccat. aut deliberat ḋ dcō tm̄
vtꝝ ſit veꝝ. nō tn̄ de iuramēto ſupaddi/
to ⁊ tūc pt eē veniale pctm̄. Ualde tn̄ ca
uendū ē: qꝛ veniale illḋ ē ꝑiculoſū ⁊ int̃'/
tū appropinq̄t ad mortale pctm̄. Cōce/
dendū ē igit̃ ꝙ nō oē piurium ē mortale
pctm̄ ſic̃ illud qḋ nō eſt deliberatum.

Querit̃ quarto. Utrū

licitū ſit iurare ꝑ deū ⁊ nō peccare. ꝗdaȝ
fuit opio. ſ. manicheoꝝ ꝙ oē iuramētū ē
illicitū ⁊ ꝓſūpſerūt hoc ex ꝟbo dn̄i. Mat
thei. v. Et ex eo qḋ dꝛ Iaco. v. q̄ verba
male intellexerāt Cōtra hos dic̃ Augꝰ
ꝙ iuramētū nō fuit ꝓhibitū propt̃ ſe ſed

ꝓpt̃ vitādū piuriū iſte etiā erroꝛ venit ex manifeſta igñātia: q2 neſcierūt itelligere ꝙ aliū ſenſū facit negatio ꝑpoſita ſigno vñiꝫ aliū ſenſū facit poſtpoſita. Prepoſita ei facͭ eq̄pollere ꝑticl'ari negatiẽ: poſt poſita ſuo contrario. Unde non offert dicere non oīs homo currit et omnis hō nō currit. Dñs aūt nō dixit oīno nō iurabis: ſꝫ nō iurab oīno. Uñ nō ꝓhibuit oēꝫ iuratiōeꝫ: ſꝫ ꝓhibuit ꝙ nō eēt oīno: ꝛ ſine oī cā iurādū. Et iō iſto erroꝛe abiecto tā ꝗ irrōnabilr̃ ꝑniciofo: ꝯcedēdū ē ꝙ licitū ē iurare ꝑ deū et h̄ cōitꝫ vniuerſitas fideliū: q2 tn̄ nō ē ſic licitū q̄n aliquo mō poſſit eē illicitū. Dubiū ē iter doc. Utrū iurare ꝑ deū dicat actū bonū in genere: aut actū idifferētē: ꝛ ſunt opiniōes due ſatꝫ ꝓbabiles: q2 vltia q̄ dicit ꝙ iurare ꝑ deū de ſe ſit indifferens vide ibi in ſolutione vltimi argumenti.

Quinto querit̃. Utrū

iurare ꝑ deū licite. i. ſerioſeꝛ cū diſcretione factū ſit licitū appetēdū. ¶ Rñſio dicēdū ꝙ nō: ꝛ h̄ eſt ꝓpt̃ occaſionē mali ad iūctā. Et ē ſil'e ſicut affluētia diuiciarūꝫ q2 diſtrahit hōieꝫ ne cultui dei intēdat: nō eē in appetitu: lꝫ poſſit licite ꝛ meritorie poſſideri. Sic etiā intelligēdū eſt circa ipm̄ iuramentū. Et ꝓpterea btūs Iacobus dicit nolite iurare nō ſolū oſtēdēs vitādū eē actū iuratōis ſine cā ſꝫ etiā affectū. Uñ etiā monemur circa actū iurationis ꝓpter ꝑiculū piurij vitare ꝯſuetudinē: vitare etiā actuꝫ p̄ter neceſſitatē. ꝛ vitare affectū. Et ad iuramētū nō dꝫ qs ire vltroneus. i. voiūtari⁹: ſꝫ coact⁹. Et hui⁹ ſil'e pōt reddi in ꝑſidētia ꝑlatōis: ꝗuis eīn bonū ſitꝛ licitū alijs pdeſſe. Nō tn̄ eſt appetēdū ſꝫ poti⁹ fugiēdū: ꝛ ad illud dꝫ ho trahi q̄ſi inuit⁹: q2 cū amaf ꝑlatio frequēter ē rō ſupbiēdi: ꝛ quodāmō apoſtatandi ꝛ recedēdi a deo. ¶ Ad auctoritatē dñi: ꝛ iacobi. Dicēdū ꝙ nō ꝓhibetur actus iſte q2 malus ē ſꝫ q2 occaſio ē mali: nec ꝓhibef vl'r ſꝫ ne qs iuret irreuerent̃.

Sexto queritur. Utrū

liceat iurare per aliqđ creatū. ¶ Rñſio dicēdū ꝙ iuramētū aſſertoꝛiū dupl'r hꝫ fieri. Qodā ꝑ ipꝛecatiōnē q̄ddā ꝑ ipſius veritatis teſtimonij inuocatōeꝫ. Per imꝑcationē aūt iuraf cū d: vt viuat fili⁹ me⁹ vl' pr̄. Hoc eſt dicere niſi ego ipleuero ꝙ ꝓmitto: vel niſi ipleuero qđ iuro nō viuat fili⁹ meus vel pr̄ meus. Et in hac foꝛma iurādi creatura ad teſtificādū nō iuocaf ſꝫ poti⁹ ipi creatoꝛi oppignoꝛafꝫ ꝙ dic̃ aug. ꝛ hoc q̄dē ē licitū q2 ꝗuis oīs creatura ſit ipſi⁹ creatoꝛis: tn̄ bonū vl' ſolatiū ꝙ ex ipſa creatura ꝑcipim⁹ ꝛ a deo nob ꝯceſſuꝫ ē: tāꝗ nr̄m oppignoꝛare poſſum⁹: ꝛ iō licita eſt hec foꝛma. Licet h̄ iurameti gen⁹ ſm̄ ꝙ dic̃ aug. in lr̄a ſit grauiſſimū. Illđ vero iuramētū fit ꝑ veritatis ipius teſtimonij inuocationeꝫ: q̄n aliqs iurat ꝑ aliquē ad iuocādū illū in teſtē. Pōt aūt creatura dupl'r aduocari in teſtimoniū. Aut ſm̄ ſe. Aut inꝗtū ē veſtigiū veritatꝫ diuine. Si ſm̄ ſe hoc mō nō lꝫ q2 ſic crederefꝙ aliqđ diuinū eſſꝫ in ea rōne cui⁹ dicti veritas poſſit ꝑ hūōi teſtimoniū ꝯfirmari. Scđo mō vero inꝗtū in ea relucet veſtigiū diuine veritatis: licitū eſt iurare ꝑ creaturā. Hoc eīn nihil aliud eſtꝗ iurare ꝑ eū q̄ in creatura relucet: ꝛ tūc nō veneraf qs creaturā ſꝫ creatoꝛē. Uñ ſicut honoꝛ q̄ exhibef imagini referf ad ꝓthotypū. i. ad exēplar ſm̄ ꝙ ſic̃ dicit Dam. Ita hoc mō iuratio facta ꝑ creaturā referf ad ipſū creaturaꝝ actoꝛē. ¶ Sꝫ ꝯ pi⁹ ꝑp. xxij. q. i. Si qs ꝑ capillū vl' caput dī iurauerit ſi ſ cce iaſtico oꝛdine eſt deponaf ſi laic⁹ anathematizef. Dicēdū ꝙ h̄ canō loquif ꝯ illos q̄ credebāt deū ſm̄ diuinitatē hēre caput vel capillos ꝛ tales erāt blaſphemi. Aut certe ꝯ illos q̄ irreuerēter nomināt mēbꝛa xp̄i ꝛ quodā exq̄ſito mō iurādi diuidūt ipm̄ q̄ſi mēbꝛatim q2 valde rationabil'r ſunt arguēdi ꝛ redarguendi.

Septio querit̃. Utruꝫ

ille q̄ iurat falſum ꝑ lapidem ſit piurus. ¶ Rñſio dicēduꝫ ꝙ ſic ſm̄ ꝙ dicit aug.

qm̄ iurās p̱ lapidē aut intendit ipſi lapi di reuerētiā exhibere aut actori lapidis. Si lapidi intendat reuerentiā exhibere dupl'r peccat ſi vero actori lapidis tunc abſq̧ dubio piurat:q2 ipſi creatori lapi dis ↄtumeliā facit tñ nō eius p̱ effectum creature intellectū aſſumit in vanū. Si qs tñ nō serioſe iuraret:ſed quodāmō lu dere intendit:nō eſt dicēdū piuriū:q2 iu rare nō intēdit:ſ3 poti⁹ ludere. Eſt tñ ta lis mod⁹ loquēdi ſat3 reprehēſibilis ꝛ ca ueri d3 a viri3 pfect3 ꝛ eē a bonis religioſ

Octauo querif. Utrū

obligatio ↄhaf p̱ iuramētum doloſum. ¶ Notandū iuramētū ꝓmiſſoriū eſt qua druplex doloſum. Coactū. Cautū ꝛ ca rēs oib3 iſtis ſc3 doloſitate ꝛc̄. Doloſum eſt cū aliqs iurat aliqd facere:ꝛ tñ in ipo actu iurādi itēdit oppoſitum. Et oē tale iuramentū eſt pctm̄ mortale. Incautu3 iuramētū ē illud qđ trāſit ſup indebita3 materiā ſimil'r ꝛ illicitā vl'trāſit ſup ma teriā q̄ l3 eſſ3 de ſe licita ē tñ illicita ma teria iuramēti. Ut ſi qs iuraret occide re aliquē vel fornicari q2 eſt de materia illicita. Et qcūq̧ iurat hoc mō ſiue intē dit h̄ facere ſiue nō peccat mortal'r. Se cūda ps dicit vel trāſit ſup materiā. Si cut ſi qs iurat nūq̄ intrare religione3:q2 eſt licitū ſecularib3 nō itrare religionem Iurare tñ de hoc eſt pctm̄ mortale. Et de iſto ē qđ pñs. ¶ R̄nſio triplex eſt mo dus dicēdi. Prim⁹ modus dicēdi eſt. Iu ramētū doloſum ſimpl'r obligat. l3 intē dat aliū decipe nec aliquo mō excuſaf p̱ cordis fraudulētiā ꝛ i iſto latere ſūt dñi iuriſte. Sed dñi theologi ꝛ illi q ſunt de ſcđo mō dicēdi dicūt ꝙ obligatō iuramē ti eſt obligatoria ſicut obligatio voti et mr̄imonij. Iō videf alijs dicēdū ꝙ ſicut mr̄imoniū nō eſt verū niſi interſit iterior conſenſus nec eſt votū obligatoriu3 niſi ſit intētio obligādi. Sic etiā nec ipm̄ iu ramentū doloſum dicēdū eſt:eſſe ſimpl'r obligatoriū in quo qs ſic iurat:vt tñ p̱ ſ

la vba ſeipm̄ obligare nō in tēdat. Et ꝑ pterea ſm̄ iſtos diſtinguif. Duplex forū vic3 for ecclie:ꝛ for cōſciētie. Scđm fo rum ecclie iuramētū tale eſt obligatoriū in foro dei q iudicat ſm̄ ſecreta conſcie ꝛ ſm̄ veritatē:iſte qdē nō obligaf:q2 nōlvo luit obligare ſeip3 q2 tñ doloſe iurault ꝛ nomē dei inuanu aſſūpſit ſtatim in actu ipſo cōmiſit crimē piurij nec reportat cō modū de malicia:q2 apud deū ex illo iu ramēto iudicaf dign⁹ pena eterna Uñ ſi veniat ad pñia3 eſt ei grauis pñia iponē da:ꝛ ſanū ↄſiliū ē ei dicēs:vt merito cul pe ſibi iponaf ꝛ iuramētū cōpleat i quo primū decipe intēdebat. l3 nō poſſit ſibi ꝓbari in facie ipi⁹ ecclie. ¶ Ad il'ud rñ dori. Quacūq̧ arte vbo qs iuret de⁹ accipit ſicut ille cui iuraf intelligit. Di cēdū ꝙ h̄ dicit nō q2 ipſe de⁹ ad h̄ putet hoiem obligatū:ſ3 q2 ex hoc ꝙ ille nō in tēdit iurare ſicut ille itēdebat recipe de⁹ q h̄ reqrebat ex veritate ꝛ iuſticia repu tat ip3 obligatū ad penā vl'pōt ille ſmo cauſal'r itelligi vt dicaf ꝙ de⁹ ſic accipit et ſic vult accipi ab ipſa ecclia:ꝛ ſic vult etiam iudicari.

Nono queritur. Utrū

oē iuramtū coactū ſit obligatoriū ¶ No tādū duplex ē coactō qdā ē ſimpl'r. Alia eſt ſm̄ qd. Pria eſt illa q̄ aliqs neceſſitaf ſimpl'r ad agēdū vel volēdu3 aliqd ſic ꝙ nō poſſit in oppoſitū. Et iſto mō ipoſſibi le eſt volūtatē cogi humanā ad actū vo lēdi:etiā ab ipſo deo:q2 de ſe eſt rex. Et de iſta nō eſt h̄ ad ꝓpoſitu3. Coactio ſm̄ qd eſt illa q̄ aliqs metu maioris mali vel piculi facit illū actū ad quē inducif. Ut mercator icidēs in latrones timēs ne oc cidaf ab eis ꝓmittit cētū ſcuta:ꝛ ſte me tus cadit in ↄſtātē virū nunq̄ tñ metus alicui⁹ pene d3 inducere cōſtātē virū vt peccet mortaliter. Et ſi ſic inducatur nō eſt cōſtans vir. Quādo ḡ querif de iura mēto coacto. Utrū omne iuramētū ꝛc̄. ¶ R̄nſio ꝙ ſunt ſcđo mō dicēdi ſat3 pro

babiles. Ultimus tñ ꝓpter reuerētiam beati aug. tenef. Excuſatio a tāto eſt qñ aliqs minus graue peccat faciēdo aliud ꝙ ſi faceret illud libere: vt ſi qs cogeref facere fornicationē ⁊ facere latrocinium minus graue peccaret lꝫ mortalr̄ pecca/ret ꝙ ſi libere faceret. Uñ duplex eſt fo/rum videlicꝫ eccl'ie ⁊ diuinum ita ꝙ obli gatio iuramenti coacti econtrario ſe ha/bet obligationi iuramenti doloſi reſpe/ctu huiꝰ duplicis fori. Nā in foro eccl'ie iuramētū coactū non eſt obligatoriū: tū qꝛ eccl'ia preſumit ꝙ iſte qui coacte iura uit non iurauit voluntate implēdi iura mentum: ſed potius euadendi periculū: tum qꝛ etiaꝫ ille qui iurare cōpulit: cum malicioſe ⁊ doloſe proceſſerit nullꝫ ius acquiſiuit nec de malicia commoduꝫ re/portare debuit. Unde nulluꝫ habet ius repetendi. In foro autem dei Iuramen tum coactum obligatorium eſt quia cū deus aſpiciat voluntatem interiorem: et voluntas non poſſit cogi coactione ſuffi cienti ſed inducente: et ita voluntas co/acta: voluntas fit: iudicat deus taleꝫ ho minem obligari. Et ideo in foro conſci/entie ſm̄ theologos conſulenduꝫ eſt ei q ſic iurauit (niſi relaxationem inueniat) iuramentum implere. Et hoc dico ſi iu/ramentum illud fuit reſpectu rei licite. ¶ Nota in prima ſolutione primi argu/mēti. Si qs (ait doctor) coactiōe inducē te cogaf vt votū emittat vicꝫ vt in pic'u/lo mortis exiſtens a dño liberef nō vide/tur abſurdum dicere eum eſſe obligatuꝫ

Decimo querif. Utrū

iuramentum incautum ſit obligatoriuꝫ Iuramentū autem incautum dico ꝙ ꝟ/git in exitum malum vel in exitum minꝰ bonū. ¶ Notandum ꝙ multipliciter cō tingit iuramentum eſſe iuramentum in/cautum. Primo modo quando iuratur aliqd qđ vergit ſimpliciter in ſalutis de trimentū. Sicut cū aliqs iurat ſe factu/rū aliqd qđ nō pōt ſine pctō mortali cō/ſummari. Scđo mō dr̄ iuramētū eſſe in cautū cū qs iurat aliqd ꝙ ꝟgit in ſaluꝫ ſue diſpēdiū ⁊ ꝑfectōis ipedimētū vt pu ta cū iurat qs ſe nūꝗ intraturū religio/nem. Tertio mō dr̄ iuramentū incautū cū qs iurat aliqd in oēm euētū qđ vno ca ſu cōtingente vergit in ſalutis diſpēdiū Alio caſu cōtingēte vergit in ſalutis ꝓ/fectū. Sicut cū iurat aliqs ſe nūꝗ rece pturū prelationē: qđ qdēꝫ eſt in ſalutis diſpēdiū ſi vtilis ſit ⁊ canonice eligaf: et a maiore ſi iniūgaf: tunc aūt vergit in ſa lutis ꝓfectū ſi ſit ꝑſona vtilis ſibi ⁊ aliis ad ſtatuꝫ illū ꝓmoueri. Si ḡ loqmur de iuramēto incauto. Primo mō ſic abſꝗ du bio nō ē licitū nec obligatoriū: imo q ipꝫ obſeruat cōmittit pcm̄. Si ꝟo loqmur de iuramēto icauto. Scđo mō ſic nec ē licitū nec obligatoriū: lꝫ ipm̄ obſeruare nō ſit pctm̄: qꝛ nō eſt pctm̄ nō intrare re/ligionē: graue pctm̄ tñ eſt iurare ſe nūꝗ aſſenſurū ad gradū ꝑfectōis: qꝛ in h̄ qdā mō ipugnat ipiꝰ iuſticie ꝑfectiōeꝫ ⁊ ſpūſ ſctī inſpirationē. Si ꝟo loqmur de iura mēto. Tertio mō ſic vno caſu cōtingen/te eſt obſeruādū: vicꝫ qñ vergit in ſaluꝫ ꝓfectū. Alio ꝟo caſu cōtigēte ē illicitū ⁊ nō obſeruandū: videlicet cum in ſalutis detrimentum vergit.

Circa diſtinctio/

onem quadrageſimam que ritur. Primo de differentia que aſſignatur penes radi/cem Aſſignatur aūt dr̄ia hec penes radi cē ſm̄ aug. ꝙ lex vetꝰ radicabaf in timo/re: ⁊ lex noua in amore. ¶ Notādū ꝙ du plex ē lex. Queda eſt naturalr̄ ⁊ ē regula iuſticie oīb' vtētib' rōne naturalr̄ inſita ꝙ ꝑcipit fieri q ſr̄ fiēdaꝫ ꝓhibꝫ ꝯria Alia ē lex poſitiua hūana ⁊ regl'a iuſticie vtē tiū rōꝫ oim dictāſ aliqd fieri ſub taxatio ne alicuiꝰ pene. Alia ē lex diuīa ⁊ ē regl'a iuſticie eterna ꝑcipiēs aliqd fieri ſub pe na pene etne. ¶ Ad qōnē Rñdef ꝑ vnā diſtinctionē et duo dicta. ¶ Diſtinctio. Cū cōparamus has leges adinuicē hoc pt̄ eſſe dupl'r. Uno mō ſm̄ ſtatū cōeꝫ. Alio

mõ ſm ſtatũ ſpũalis perſone. ¶ Primũ di ctũ. Si compamus has duas leges ſm ſtatũ ſpũalis pſone ſic nõ eſt dr̃ia qꝛ multi in lege euangelica ducunẗ ſpũ timoꝛis. ꝛ econtra multi in lege veteri ducebanẗ ſpũ amoꝛis vt patet de dauid moyſe ꝛ ſic de alijs ſanctꝭ. ¶ Scõm dictũ. Si com paremus has duas leges ſm ſtatũ cõem ſic drñt iſte due leges: qꝛ lex moſaica re ſpiciebat ſtatũ impfectiõis: ꝛ ideo duce banẗ ſpũ timoꝛis. Lex vero noua ꝛ euan gelica reſpicit ſtatuꝫ pfectionis. Sicut dr̃ Math. vi. Eſtote pfecti ſicut pr̃ vr̃ p fectus. Jdeo dr̃ lex amoꝛis: lex vet⁹ erat lex occidens: lex noua eſt lex viuificans.

Secũdo queritur. De

de dr̃ia q̃ aſſignaẗ penes effectũ. Uicꝫ φ lex vetus erat lex occidẽs: lex vero noua eſt lex viuificãs: ꝛ hec dr̃ia accipiẗ ab aplo ij. coꝛinth. iij. vbi dicit Lr̃a occidit ſpũs aũt viuificat. ¶ Rñdeẗ p duas diſtincti ones ꝛ duo dicta. ¶ Prima diuiſio mul tipliciter dr̃ aliqd iuſtificare. Uno mo do effectiue: ꝛ ſic deus ſolũmodo dr̃ iuſti ficare. Scđo mõ foꝛmaliter: ꝛ ſic gr̃a dei dr̃ iuſtificare: qꝛ infoꝛmat ipſam aĩam ex pellẽdo obliq̃tatẽ peccati ꝛ culpe: ꝛ dãdo certitudinẽ iuſticie. Tertio mõ dr̃ aliqd iuſtificãs nõ ſolũ in hitu verũetiã in effe ctu. Et ſic charitas iuſtificat ſiue fides q̃ opẗ p charitatẽ. Quarto mõ dr̃ aliqd iuſtificãs in ipſi⁹ iuſticie exercitatione ꝛ vſu: et hoc mõ mãdata dei in q̃b⁹ iuſticia exerceẗ iuſtificare dicũẗ qñ mõ debito ob ſeruanẗ. ¶ Scđa diſtinctio duplr̃ põt i telligi lex vetus. Uno modo ſm ſenſum lr̃alẽ. Alio mõ ſm ſenſum ſpũalẽ. ¶ Pri mũ dictũ lex vet⁹ vt capiebaẗ ſm ſenſuꝫ lr̃alẽ occidebat. Et hoc eſt intelligendũ occaſione accepta: qꝛ de ſe nõ occidebat. ¶ Scđꝫ dictũ. Sicut lex noua viuificat ita lex vetus ſm ſenſum ſpiritualẽ viuifi cabat tunc tempoꝛis.

Tertio queriẗ. De diffe

rentia legis euãgelij q̃tũ ad dr̃iaꝫ antiq̃ leg̃. Dr̃ eñ moſaica lex eſſe grauitatis lex. Et lex euãgelica dr̃ eẽ lex ſuauitatis ¶ Rñdeẗ p vnã diſtinctionẽ. Et tria di cta. ¶ Diſtĩctio: triplr̃ ẽ loq de iſtis dua bus legib⁹. Aut rõne p̃ceptoꝝ obligãtiũ Aut rõne affectõnũ mouẽtiũ. Aut rõne ſacroꝝ adiuuantiũ. ¶ Primũ dictũ. Si loq̃mur d̃ hijs duab⁹ legib⁹ rõne p̃cepto rũ obligãtiũ. Dicẽdũ φ in antiq̃ lege tri plicia erãt p̃cepta. Quedaꝫ erãt p̃cepta moꝛalia: ꝛ ſunt decẽ p̃cepta: q̃ etiã hem⁹ in lege noua: ꝛ iſto mõ nõ drñt: qꝛ etiã in lege euãgelica tenemur ea obſuare. alia erãt p̃cepta cerimonialia Et iſto mõ lex vet⁹ erat grauioꝛ ſine cõpatiõe q̃ꝫ ſit lex euãgelica: qꝛ vt diẽ Rabiſalomo hñ ha bebat ſexcẽta p̃cepta cerimonialia Alia erãt p̃cepta iudicialia: p q̃ erãt ſbditi iu dicib⁹. Et iſto mõ lex euãgelica vt ẽ tra dita a xp̃o leuioꝛ ꝛ facilioꝛ ẽ q̃ꝫ ſit lex ve tus qꝛ xp̃s nulla iudicialia p̃cepit licet ſm decreta ꝛ leges plima ſũt q̃ꝫ i lege ve teri. ¶ Scõm dictũ Si cõpem⁹ iſtas du as legeſ rõne affectionũ mouẽtiũ ſic leui us ẽ euãgeliũ xp̃i q̃ꝫ fuerit lex moſaica: qꝛ ad obſuãtiã leg̃ euãgelice amoꝛ nos mouet Mathi. xi. Jugũ eñ meũ ſuaue ẽ ꝛ on⁹ meũ leue. Sꝫ ad obſuãtiam legis moſaice timoꝛ erat affectio mouẽs. Ut pꝫ Exod. vij. vbi dr̃ φ man⁹ moyſi erãt gues. ¶ Tertiũ dictũ Si cõpem⁹ iſtas leges adinuicẽ rõne ſacroꝝ adiuuãtium. Sic mlt̃o leuioꝛ ẽ lex euãgelica q̃ꝫ mo ſaica: qꝛ ſacra illi⁹ leg̃ mlt̃ũ hẽbãt põde ris: ꝛ parũ hẽbãt de efficacia ꝟtutꝭ. Eꝫ eſt in ſacr̃is noue legꝭ qꝛ magnã hñt vtili tatẽ ꝛ parũ de põdere. Ad laudẽ ꝛ gl̃iaꝫ illi⁹ q̃ ẽ via veritas ꝛ vita: q̃ cũ. p. ꝛ. ſſ. vi. ꝛ reg. vn⁹ deus in ſecula.

Expliciũt nõnulla repoꝛtata ſup ter tiũ ſniarũ doctoꝝ ſeraphici ſancti bone uẽture oꝛdinis ſacri minoꝝ de obſeruan tia ſub pſidẽtia Reuerẽdiſſimi mgr̃i fra tris ſtephani bꝛuleſer eiuſdeꝫ oꝛdinis ſa cre theologie pfeſſoꝛis ſcotici alme vni uerſitatis giſieñ. metis gallie cõpoꝛtata

Reportata admodum

lucida ſup ſancti Bonauenture quarto ſniaꝝ Reuerendi mgr̄i fratris Stephani brulefer ordinis minoꝝ ſacri eloquij ꝓfeſſoris clariſſimi Pariſienſ Scotici feliciter incipiunt.

Circa principiū q̄rti ſniarum ſancti Bonauēture doctorꝫ ſeraphici. ¶ Notādum ꝙ omnes ſacrarū litterarum interpretes: z ſacre theologie profeſſores aſſerunt ꝙ ſacra theologia eſt quedam copioſiſſima apotheca in qua inuenit omnis homo quicquid eſt ei neceſſarium z vtile ad aīme ſalutē z eternā gloriā cōſequendā. ¶ Nā primo inueniunſ ibi decem decalogi mandata: q̄ ſunt ad vitaꝫ eternā neceſſaria ¶ Secūdo eqſſima xp̄i ꝯſilia q̄ tutiſſime ſunt ad vitā eternā ꝓmouentia. ¶ Tertio ſaluberrima ſacra expiantia hoīeꝫ viatorē a ſordib9 pctōꝝ ¶ Quarto premia glorioſa z beatifica: viatorē ad amorē dei alliciētia ¶ Quinto tormenta horribiliſſima: hoīeꝫ ſuperbum z cōtumacē a pctis retrahentia: qꝛ ipa cōminaſ malis mala innumerabilia q̄ oculus nō vidit nec auris audiuit: nec in coꝛ hoīs aſcēderūt: ſicut z ecōtra promiſit z p̄parauit infinita z inexcogitabilia bona ſuis ſanctis z ſeruitorib9. Hec nō docet grāmatica nec logica nec philoſophia ſed ſūmus theologus deus christianis z electꝫ reuelauit ꝑ ſacrā ſcripturā. Et ſic pꝫ ꝙ ſacra ſcptura z theologia ē copioſiſſima apotheca ſufficiēs ad ſanitatꝫ ꝯſuatōꝫ z morbi ſanatōꝫ. vn̄ Chryſ. ſup Mat. xxij. In ſacra ſcptura z theologia iueīt ignorās qd addiſcat inuenit cōtumnx quid timeat: laborans quo p̄mieſ: puſillanimis quo nutriatur: famelic9 ꝯuiuiū: vulnerat9 remedium: impinguat9 refrigeriū. ¶ In iſta auctoritate tanguntſ ſeptē ſtat9 hominū. Primo ignorantiū. Scđo ptinaciū z ſuperboꝝ. Tertio iuſtoꝝ. Quarto incipientiū cū puſillanimes ſuauib9 verbis z doctrinis debeant nutriri. Quinto perfectorum. Sexto lapſoꝝ. ſeptimo ꝓficientium cū đr: impinguat9 refrigeriū quia cū ꝓficientes agitanſ multis tētationibus ibi inueniunt refrigeriū z ꝯſolationē. Unde dicͭ Hugo de archa noe in p̄mo libro. Sacra ſcriptura liber ē vite. cuius origo eterna: cui9 viſio incorꝑalis: eēntia: cui9 cognitio vita: cui9 ſcriptura indelibilis: cui9 aſpectus deſiderabilis: cuius doctrina facilꝭ: cuius ſcīa dulcis: cuius ꝓfunditas inſcrutabilis: cui9 verba innumerabilia: vnū tn̄ verbū ſꝭ oīa ſcꝫ charitas. Naꝫ oēs ſacre ſcripture ad hoc tendunt vꝫ deducāt nos ad amoreꝫ dei. ecce ꝟbum vnū. Amor eīn dei vſqꝫ ad ꝯtēptū ſui faciunt ciuitatē dei. Sicͭ ecōuerſo amor ſui vſqꝫ ad ꝯtēptū dei faciunt ciuitatē diaboli (vt dicit Augu). Ille tenet quicqd latet: qcqd pꝫ in diuinis ſermōib9 q charitatē ſuat in morib9.

Circa diſtinctionē primā (que ē de ſacroꝝ inſtitutione querif primo. Utꝝ ſacra debuerūt inſtitui. ¶ Sacramētū ſm Scotū) ē ſignuꝫ ſenſibile gratiā vel effectū dei gratuitū ex inſtitutione diuina efficacitꝭ ſignificāſ vel repſentans ordinatum ad ſalutē hominis viatoris. ¶ In hac diffinitiōe ſex ponunſ particule. Prima ē ſignū: z ponitur loco generis. Secunda ſenſibile tanqꝫ fundamentū illi9 ſigni: qꝛ in diffinitionib9 relationū debet poni fūdamētum z termin9 vt addit amēta z ē ſenſus Sacramentū ē ſignum. i. ē relatio ſigni ad ſignatū fundata in aliquo ſenſibili.

Tertio ponitur etiã termin⁹ qui ẽ gratia dei vel effectus dei gratuit⁹ corporꝭ xp̃i in ſacro altaris: qđ eſt gratuit⁹ dei effectus. Quarto ponit ex inſtitutione diuina ad dĩaȝ alioꝝ ſignoꝝ naturaliũ z etiã inſtitutoꝝ ab homine. Dicit ꝙnto efficaciter.i.veraciter certitudinal'r z p noſtice rp̃ſentãs ad dĩam equiuoci et dubij. ¶ Unde ſignũ ẽ duplex.ſ. verax z certum z vniuocum. Aliud eſt ſignum incertum z dubium z equiuocũ:qđ.ſ.indifferenter poteſt habere ſignificatum ꝯcomitans vel nõ: vt emittere ſaliuã ab ore ſup barbã quia huiuſmodi ẽ ſignum furie ſed nõ certũ:vt pȝ de Dauid Signũ certũ ẽ qđ ſemp ſignat ſuum ſignatũ ſi nõ ſit impedimẽtũ in ſuſcipiẽte:z ſic capit hic cum dicitur efficaciter ſignãs. ¶ Et illud ſignũ ẽ triplex.quoddam ẽ ſignum rememoratiuũ reſpectu preteriti:vt imago alicuius ſancti. Aliud ẽ demonſtratiuũ reſpectu preſentis vt ſignum pendens ante tabernã. Tertiũ ẽ ſignum pronoſticum z ẽ reſpectu futuri qualia ſunt ſigna nr̃a ſacramentalia:quia ſacramentũ non ẽ ſignum rememoratiuũ quia in eo qui baptizatur nunꝙ fuit gratia. Nec ẽ demonſtratiuũ quia cũ in actu ſit applicans non ẽ gratia:ſed ſignat ꝙ in vltimo inſtanti verboꝝ erit gratia in ſuſcipiente vt effect⁹ dei gratuit⁹. Jdeo ſacramentũ ẽ ſignũ pronoſticum. Et dicit efficax:quia cum deus omnipotens z veraciſſimus promiſerit eccl'ie ꝙ dabit gratiã ſuſcipientib⁹ ſacramenta ineffabiliter:ita ſit. Et poſſet dari exinde de aliꝗ:de cuius veritate non dubito ſed credo veraciſſimũ. Si poſtꝙ fui eius inimic⁹ in ſignũ reconciliationis mihi manũ p̃beret:hoc eſſet ſignũ efficax recõciliatiõis: qꝛ ordinaſſet illud ſignũ. Sexto dꝛ ordinatũ ad ſalutem:vbi tangit finis ſacramentoꝝ:quia finis ſacramẽtoꝝ in preſenti ẽ ſalus gratie z in futuro glorie. ¶ Primũ correlarium. Jn ſtatu glorie nõ erunt ſacramẽta cum ſint principaliter inſtituta ad delendũ pctã z ſananda vulnera viatoris. ¶ Secundũ. Si Adam nõ peccaſſet ſꝫ ſtetiſſet in ſtatu innocentie non fuiſſent inſtituta ſacramẽta:quia niſi fuiſſꝫ morbus nullũ inſtitutum fuiſſet medicamentum. ¶ Tertium. Jn inferno nulla ſũt ſacramenta:quia ſacramẽta ordinãtur ad ſalutẽ hominis viatoris:ſed dãnati nõ ſunt amplius viatores. ¶ Quartuȝ Jn purgatorio nulla ſunt ſacramenta: qꝛ nõ ſunt ibi hoĩes viatores. ¶ Quintum. Sacramenta eccl'ie ſolũ ordinant p eccl'ia militante z p hominib⁹ viatoribus. Unde eccl'ia militans ẽ oĩm ꝯgregatio fideliũ viatoꝝ. ¶ Notandum ꝙ viator purus dicit ille qui nõ habet premiũ beneficiũ ſibi poſſibile de lege ꝯmuni:z ẽ in ſtatu merendi z demerendi aut põt eſſe de lege ꝯmuni. Per hoc qđ dicitur:qui nõ habet p̃miuȝ beneficiũ: excludunt beati:per hoc qđ dicit ſibi poſſibile de lege cõmuni: excludunt damnati. Per h̃ aũt qđ dicit in ſtatu ẽ merendi z demerendi excludunt exĩſtes in purgatorio. Per h̃ qđ dicit aut põt eſſe:excludunt furioſi z puuli z hmõi carẽtes vſu rationis. Ex iſto correlario tria ſequuntur dicta. Primũ. Nõ omnis viator ẽ in ſtatu merendi vel demerendi:vt pȝ đ eo qui ẽ in pctõ mortali. Secũdũ. Omis homo viuẽs vita mortali põt mereri vt demereri ſi vtat rõne. Tertiũ dictum. Quãuis demereri ſit ſemp fugibile a viatore tñ p infinitũ tempus mereri nõ ẽ eligibile ſm rectã rationẽ ab hoĩe viatore qꝛ ſemp eſſet in via z nunꝙ in termino. ¶ Sextũ correlariũ. Homo volẽdo nõ mereri põt mereri z aliquãdo meretur:vt patet de Paulo qui cupiebat diſſolui zc̃.vbi nõ poterat mereri. Et đ Helya qui orabat deum vt mereretur. z ſic de alijs. ¶ Notandũ etiã ꝙ duplex ẽ debitum ſcꝫ obligatiõis quo quis tenetur z obligatur alicui:z ſic de⁹ non põt eſſe debitor ipi creature nec cuiuſcunꝙ

ſed ipa creatura obligatur ei. Aliud eſt debitum cōgruitatis: ⁊ ſic debuerunt ſacramenta inſtitui. Item aliquid poteſt inſtitui a deo per modū precepti ⁊ obligationis. Alio mō per modū conſilij et ſalubris monitionis. Et hoc modo conſilia xp̄i ſunt inſtituta: ⁊ quicunq̄ nō facit iſta inſtituta non peccat mortaliter.

¶ Prima propoſitio. Non omnia ſacramenta inſtituta ſunt a deo ꝑ modū precepti ⁊ neceſſarie obligationis: vt ſacramenta cōfeſſionis: extreme vnctionis: et matrimonij quo ad omnes: nec ſacramētum ordinis ⁊ eukariſtie quo ad eiꝰſumptionē: ⁊ quantum ē de precepto dei: ſecus ē de precepto eccl̄ie. ¶ Scđa propoſitio. Sacramentū baptiſmi ⁊ ſacramētum penitentie ſunt inſtituta a deo per modū obligatiōis neceſſarie: cetera autem ſacramēta ſunt inſtituta a deo per modū conſilij ⁊ ſalubris exhortationis. De ſacramento baptiſmi patet Iohannis. iij. Niſi quis renatꝰ fuerit. Ubi dicunt omnes doctores ꝙ baptiſmus fluminis ē neceſſarius ad ſalutē omnibus ceſſante impedimento. De ſacramento penitentie ē certū ꝙ neceſſarium ē ei qui pꝰ baptiſmū cecidit in peccatum mortale. Unde Luce. xiij. Niſi penitentiā egeritis omnes ſimul peribitis.

Ad queſtionē reſpondetur.

Ponendo tres concluſiones.

¶ Prima cōcluſio. Inſtitutio ſacramentoꝝ deū decuit. Hoc ē: decens fuit ⁊ congruū ꝙ deus inſtitueret ſacramēta. Primo em̄ decuit dei miſericordiā: quia homo gratiā male ſeruabat propter volūtatis vertibilitatē. Ideo inſtituit deus ſacramenta ad que homo recurrēs gratiam recuparet: ⁊ ideo miſericordie magne fuit ſacramenta inſtituere: maxime qꝛ nō ad remiſſionē culpe tm̄ verūtiā ad remiſſionē pene faciūt. Secundo decuit dei iuſticiā: qꝛ cū ſit iuſtuus exigebat aliquam humiliatōe₃ per quā homo ad reconciliationē ⁊ gratiā ſe diſponeret vt quando homo peccauit: iuſtum ē ꝙ penitentiā faciat. Tertio decuit eius ſapiētiam. Sūme em̄ ſapientie ē in his inuenire remediū que fuerūt occaſio lapſus vt ſic homo per lignū cecidit: ita per lignū remediū ſalutis inueniret. Et quia homo occaſionē lapſus a viſibilibꝫ ſumpſerat: decuit diuinā ſapiam in eiſdē remedium inuenire. ¶ Secunda ꝯcluſio. Inſtitutio ſacramentoꝝ nobis egrotis expediebat. Primo ad nr̄i humiliatiōm quia ſic per vim iraſcibilē homo ē pronus ad elationē: ita decēs fuit inſtituere ſacramenta ad ſui humiliatiōe₃: vt ē ſacramentū penitētie. Scđo ad nr̄i eruditionē: quia ceci eramꝰ ⁊ ignorabamꝰ viam ſalutis Ideo inſtituta ſunt ſacramēta. Tertio ad nr̄i exercitationē: quia ſicut homo erat ⁊ ē faſtidiꝰ quo ad ꝯcupiſcibilem vim vt non ſaperent ei ſpiritualia: ita ꝯgruum fuit inſtituere ſacramenta ad ſui exercitationē ⁊ excitandū animū nr̄m ne poſſet faſtidiu₃ generari vel tediū. ¶ Tertia ꝯcluſio. Licet non fuerit neceſſariū a deo inſtitui ſacramēta neceſſitate ineuitabilitatis: tn̄ fuit neceſſariū neceſſitate ꝯgruitatis. Pria ps patet: qꝛ deꝰ nō obligauit potētiā ſuam ſacramentis ſed deus pōt conferre gratiam ſuā ſine ſacramētis de potētia ſua abſoluta. Et hoc ē qđ dicit magiſter in littera. Secunda pars patet ſup̄. Nota ꝙ facienti qđ in ſe ē nunq̄ deꝰ deficiet nec ē apud deū acceptio perſonarum Ideo pōt dici ꝙ poſſibile ē de qualibet ſecta aliquos ſaluari in ſenſu diuiſo: qꝛ quicunq̄ infidelis viuens ſm legem naturalem: ⁊ vnū credens rectorē mundi q̄ ē deus: ⁊ querens ab illo perſeueranter ſibi dari noticiam veritatis: indubitanter illā deus ꝯferret ei vel per ſe: vel per angelum: vel per hominem: quomodo ſue prouidentie placuerit vt baptiſetur et ſi non baptiſmo fluminis tamē ei nō deerit baptiſmus flamīs: cuiꝰ ſacerdos

ſummus ē adminiſtrator. Et h quia nō alligauit deꝰ potentiā ſuā ſacramentis: ⁊ ille erga que p̄dicta fiunt ē verꝰ xp̄ianus. ¶ Notandū ꝙ ſacr̄m matrimonij fuit inſtitutū. Primo ꝑpter officiū nature ſcʒ ad ꝓcreandā prolē propt̄ honorē diuinū. Scd̄o propt̄ ꝯcupiſcētiā vitandā. Et licet anteq̄ Adam peccaſſet fuerit inſtitutū: tn̄ ꝓprie nō fuit ſacramētū matrimonij: q2 nulla erat ꝯcupiſcentia vitanda. ¶ Notandū p̄terea ꝙ in generali ſeptē ſūt ſacra. Un̄ verſus. Abluo firmo: cibo: peniteo: vxor: ordinat: vngit. Cū igit̄ d2 abluo: notat̄ ſacr̄m baptiſmi qd̄ eſt ſacramentū incipientiū. Sacramentū aūt cōfirmatiōis notat̄ cū dicit̄: firmo. ⁊ illud ē ſacr̄m militantiū. Cum vero d2 cibo: notat̄ ſacr̄m eukariſtie: qd̄ eſt ſacr̄m proficientiuʒ. Cū d2 peniteo: notat̄ ſacr̄m penitentie qd̄ eſt ſacr̄m deficientiū ⁊ reſurgentiū. Cū d2 vxor: notatur ſacr̄m matrimonij in adiutorium et remediū ꝯtra ꝯcupiſcentiā. Cū autē d2 ordinat: notat̄ ſacr̄m ordinis: qd̄ eſt ſacramentū docentiū alios pugnare. Ultimo vero d2 vngit: vbi notat̄ ſacramentum extreme vnctionis: qd̄ eſt ſacramentū exeuntiū. ¶ Nota finalit̄ ſm Augu. Maius ē iuſtificare impiū q̄ȝ creare celum ⁊ terrā. Cū eīm deus iuſtificat impium creat gratiā: que creatio fit ꝑ omnipotētiā ⁊ eſt maius: q2 poſtq̄ȝ hō lapſus eſt reddit ſe indignū. Et nota ꝯtra ingratos pctōres recidiuātes ꝙ cū ſit maius iuſtificare impiū q̄ȝ creare celū ⁊ terram: qn̄ tantū beneficiū ꝯtēnunt et deſtruunt demeritorie per pctm̄ mortale: maximā iniuriā faciūt deo: ⁊ ſibi dānuʒ inferunt: ⁊ ſe dignos efficiunt nunq̄ȝ a deo releuari.

Querit̄ ſecundo Utrū

ſignificatio ſit de eſſentia ſiue integritate ſacramenti. ¶ Notanduʒ ꝙ duplex ē ſignificatio ſcʒ Actiua ⁊ eſt relatio rei ſignantis ad rem ſignificatā. Alia ē paſſiua que eſt relatio rei ſignate ad rem ſignificatā. Et q̄ſtio ē d̄ ſignificatōe actiua. Et vtraq̄ȝ ſignificatio eſt duplex .ſ. voluntaria ⁊ naturał. Uolūtaria eſt q̄ attribuit̄ ſigno ſignāti ex inſtitutōe voluntarie: vt circulus ante tabernā ſignificat vinū venale. Naturalis aūt eſt illa q̄ attribuit̄ ſigno ſignāti nō ex inſtitutione volūtaria: ſed ꝑ naturā ſuā repreſentat illud qd̄ ſignificat vł ſignatū: vt qn̄ videt̄ fumus naturalit̄ ſignificat̄ ꝙ ibi ſit ignis ¶ Notandū ꝙ duplex eſt ſignificatio ſcʒ equiuoca ⁊ vniuoca. Equiuoca eſt relatio ſigni ſignantis eſſentialit̄ ⁊ indifferent̄ plura et diuerſa ſignata vt canis reſpectu canis latrabilis: ſiderꝭ celeſtis ⁊ piſcis. Uniuoca eſt relatio ſigni ſignantis ad vnū primū ſigantū qd̄ ſolum importat ⁊ ſub eadē rōne. Sacramentū igit̄ eſt ſignū vniuocū q2 determinatur ad ſignandū grām q̄ȝtū eſt ex ſe. ¶ Correlariū. Signū equiuocū nō eſt certū ſed dubiū: ſed vniuocū ſemꝑ ē certum. ¶ Itē ſignū ſm Tulium eſt qd̄ ſe offert ſenſui: aliquid aliud relinquēs intellectui. In hac diffinitiōe multum reſtringitur ſignū: q2 ſm hanc nihil eſt ſignum niſi ſenſibile: nec pōt ꝯuenire brutis animalib9: niſi dicat̄ itellectui vł fantaſie. Uel dic ꝙ ſignare eſt aliq̄d intellectui rep̄ſentare. Ex quo ſequit̄ ꝙ oīs res pōt eſſe ſignū: q2 q̄libet eſt rep̄ſentatiua ſui in intellectu: ⁊ ſi non poſſumus quālibet rem intelligere: hoc eſt ex parte nr̄e infirmitatis: ⁊ nō ex ꝑte rei: et iſta ſignificatio eſt naturalis. Unde ſignuʒ certū et verax eſt qd̄ ſemꝑ ⁊ infallibilr̄ habet ſuū ſignificatū ſecū: vł p̄cedenter ꝓ ſigno rememoratiuo: vł cōcomitant̄ ꝓ ſigno demōſtratiuo. vel ꝯſequent̄ pro ſigno pronoſtico: ⁊ hoc niſi ponat̄ obex: ⁊ impedimentū ex ꝑte illius cui tale ſignū applicat̄. Signū incertū ⁊ dubiū eſt ꝙ q̄nq̄ȝ habet ſuū ſignatū cōcomitāter ⁊ indifferenter. quandoq̄ȝ ſuū oppoſitū. ¶ Nota ꝙ differt aliquid eſſe d̄ eſſentia

alicuius:ꝛ eſſe idem eſſentialiter alicui.
Illud eñ eſt de eſſentia alicuius quod
includitur in eo in ꝑmo modo dicendi
per ſe:vel qđ eſt de diffinitione quiddi/
tatiua eius. Illud aũt eſt idem eſſentia/
liter alicui quando idẽtificatur realiter
et eſſentialiter cum illo vt ꝓpria paſſio.
Et ille modus dicendi habeť ab Augu
ſtino.xiiij.de trinitate:dicẽte ꝙ memoria
ꝛ intelligentia ꝛ bonitas ſunt vna vita:
vna mens. Nam potentie anime nõ ſũt
eſſentia anime:ſed diſtinguunť formali/
ter ab aĩa. ¶ Ad ꝓpoſitum:queſtio nr̃a
intelligiť. Utrũ ſignificare ſit de eſſentia
ſacramẽti ita ꝙ ſignificare non ſit eſſen/
tialiter idẽ cum ſacramẽto: ſed incluſuꝫ
q̃ddirariue cũ eo. ¶ Terti⁹ ꝛ diffinitiue
termin⁹ declarand⁹ eſt ſacr̃m. Unde ſa
cramentũ (ſm magiſtrũ) eſt inuiſibilis
gratie viſibilis forma: vt eius imagineꝫ
gerat ꝛ cauſa exiſtat:ibi forma poniť lo/
co generis:ꝛ tm̃ valet ſicut ſimilitudo q̃
dam extrinſeca rep̄ſentans ipm̃ ſignatũ
viſibilis.i.ſenſibilis. Imago poniť pro
ſimilitudine vt ſicut corpus exteri⁹ la/
uatur:ita interiora mundanť in ſacra/
mento baptiſmi. Ut cauſa exiſtat:ibi tã
gitur efficacia ip̄ius ſacramenti. Sacra
mentũ aũt ſm Scotũ (qui inter docto/
res melius diffiniuit) ẽ ſacre rei ſignum
Hoc modo aqua benedicta ẽ bñ ſacra/
mentũ:qꝛ ſignat ablutionẽ peccatorum
venialiũ. Hugo autẽ in primo libro de
ſacramentis ꝑte nona:cap̄.iij.ſic diffinit
Sacramentũ eſt aliqđ materiale elemẽ
tũ ex ſimilitudine rep̄ſentans ex inſtitu/
tione ſignans ꝛ ex ſanctificatiõe gratiã
continẽs inuiſibilẽ ꝛ ſpiritualem. Uide
warlion. Prima ꝑticula ẽ corporale ele/
mentũ foris ſenſualiť ꝓpoſitũ.i. applica
tum vt fit in baptiſmo.ibi tangiť mate/
ria ſacramenti. Capitur tamen ibi ele/
mentum large pro quocunq̨ corporali
ſenſibile ſiue ſit ſenſibile elementũ purũ
ſiue mixtum. Iſta tamen predicatio eſt
materialis ꝛ non formalis prout diffi/
nit Scotus.

Ad queſtionem reſpon
detur ꝑ talem ꝓpoſitionẽ. Sacramenta
lis medicina de ſua integritate hꝫ ſigni/
ficationẽ ſcꝫ certam ꝛ vniuocã:vt ſupra
Et pro iſta propoſitione ſunt argumen
ta ante oppoſitũ. Ratio aũt huius ẽ (vt
credo) qm̃ ſacramẽtalis medicina ẽ ſufficiẽs
medicamẽ:qꝛ igiť hõ lapſ⁹ nõ tm̃ lapſus
ẽ in pronitudinẽ concupiſcentie:ſed etiã
in cecitatẽ ignorantie. Ideo vt in vtra/
q̨ cureť per ſacramẽtũ nõ tm̃ debet ha/
bere ſacramentũ gratuitum quid ſꝫ eti
am myſticum:ꝛ ita figuratiuũ ꝛ ſignifi/
catiuũ. Per iſta ſigna ſẽſibilia ducimur
incognitionẽ inuiſibiliũ. Rurſus qꝛ eſt
ſufficiens medicina de ſe fert ſecum pre/
paratoriũ ſuũ. Unđ ſicut medicina cor
poralis diſponit hoĩeꝫ vt ei ſit ſalutife/
ra nõ prodeſt niſi ꝓpareť ſuſcipiens: ſic
neceſſe ẽ fieri ſpũaliter:ꝛ qm̃ fides diſpo
nit hoĩem vt ei ſint ſalutifera ſacramen
ta vt motus fidei ꝑ exhibitionẽ ſigni vt
requirat ſignatũ:ꝛ hoc diſponit ad cu/
rationẽ. Ideo tanq̨ medicina efficax et
ſufficiens ſacramẽtalis medicina habet
ſignificationẽ de ſua integritate: et ita
eſſentialiter loquendo ſacramẽtũ eſt ſi/
gnum. ¶ Itẽ ſacramenta nõ ſunt ſigna
rememoratiua nec ꝓprie nec improꝑe ſi
gna demõſtratiua ſm Scotũ: ſed ſunt
ſigna pronoſtica ꝓbať. Omne ſignũ ef/
ficax reſpectu ſui ſignificati ẽ ſignũ pro
noſticũ. Sꝫ omne ſacramentũ ẽ ſignuꝫ
efficax reſpectu ſui ſignificati:ğ oĩe ſa
cramentũ ẽ ſignũ ꝓnoſticũ:ꝓbatur ma/
ior. Omne ſignũ efficax reſpectu ſigni/
ficati eſt reſpectu futuri. Sꝫ oĩe ſacra
mentũ ẽ ſignum efficax reſpectu ſignifi/
cati ſui:ğ oẽ ſacramentũ ẽ ſignũ prono/
ſticum. Minor probať.qꝛ ſignuꝫ efficax
ẽ quo poſito ordine nature:ſequiť ſuum
ſignatum:vel poſterior duratiõe. Unđ
de ratione ſigni efficacis eſt ꝙ precedat
natura vel duratione ſuũ ſignatum.ꝓꝫ

etiā oīa ſigna p allegoriā ꝛ improprie eē rememoratiua. Nō video aūt ꝙ poſſint eſſe ſigna demonſtratiua niſi capiendo p̄ſens large

Tertio querit. vtrum ſacramēta ſint gratie cōtentiua. ¶ Gratia gratis data ē aliqd additū eſſentiali b⁹ naturalitatib⁹ creature rōalis iuuās ꝛ p̄parans ipā ad habendū gratiā gratūfacientē: vel adu'ſum eius ſi iā habeat Contentiuū eſt illud qd ē aptū natum continere. Eſt autē triplex cōtinentia. ſcʒ cōſeruatiua ꝛ localis: alia ē ſubiectiua: tertia ſignatiua ꝛ figuralis. Cōſeruatiua ꝛ localis ē illa qua locatū continetur in loco ſuo ipo cōſeruante. Iſto modo vinū continet in vaſe. Continentia ſubiectiua ꝛ formalis ē illa qua aliqd ſubiectū cōtinet ſuū accidēs ſibi realiter ꝛ formaliter inherens: vt paries dicitur cōtinere albedinē ſcʒ ſubiectiue et formaliter. Cōtinentia ſignatiua ꝛ figuralis ē illa qua ſignū ſignat ſuū ſignatū contineri ab aliquo. Illo modo circul⁹ pendēs ante tabernā cōtinet vinum ſcʒ ſignatiue ꝛ figuraliter. Et de iſtis continentijs eſt queſtio preſens. Circa duas primas errauerūt antiqui doctores: qui dicebant ſacra cōtinere gratiā ſicut vas vinū qd ē falſum vt patebit. Vel etiā ꝙ gr̄a formaliter iherreret ſacramētis ꝛ ſignis ipis ſicut albedo in pariete: ꝛ iſti peius dixerūt. ¶ Nota ꝙ nō ē poſſibile etiā per potentiā diuinā ꝙ accidēs mere ſpūale inſit alicui corporali inheſiue ꝛ realiter: ſicut nec accidēs corporale pōt informare aliquid mere ſpūale. Nō gr̄a nō pōt inherere ſacramētis: ſed bñ de⁹ faceret illā aſſiſtere ſacramētis ipis ſicē corp⁹ xpi aſſiſtit ſpēb⁹ ſacramētalib⁹ Reſolutio queſtionis ſecundū mentem magiſtri ꝛ ſancti Bonauenture. ¶ Propoſitio. Gratia nō conti'ef aliquo modo in ipis ſacris eēntialr tanꝗ aqua in vaſe vl medicina in pixid e: imo hoc intelligere ē erroneū. Sed dicuntur continere gratiā: qꝛ ipa ſignāt: ꝛ quia, niſi ſit defectus ex pte ſuſcipientis in ipis inuenitur gratia ꝛ ſemp confert: ſic intelligēdo ꝙ gratia ſit in anima nō in ſignis viſibilib⁹ ſacramēti: ꝛ pro tanto dicuntur vaſa gr̄e. Poſſunt etiā dici vaſa ratione alia: qꝛ ſicut qd ē in vaſe nō ē de ipo: nec ex ipo ſed ab ipo haurit: ſic gr̄a nō eſt a ſacramentis: nec de ſacramentꝫ ſed orit a fonte eterno: ꝛ ab illo hauritur: ab ipa anima de ipis ſacramentis. Et ſic quis recurrit ad vas cum requirit liquorem: ſic querenti liquorem gratie ꝛ nō habēti recurrendū ē ad ipa ſacramēta: vt pʒ. Nullus em̄ pōt melius domare paſſiones ſuas corpales ꝛ carnales ꝙ deuote ꝛ reuerent ꝛ timorate ſumere ſacrm̄ corporis xpi. Hec ē opinio magiſtri. Et ſic patet reſponſio ꝙ ſacra nō ſunt ꝯtentiua gr̄e ſcʒ ꝯtinētia ꝯſeruatiua ꝛ locali: nec formali ſed ſignatiua ꝛ figurali.

Quarta queſtio tres ī ſe habet queſtiōēs ꝛ ſunt argumēta pro ꝛ ꝯtra ad quālibet qōnē vt pʒ in textu. Primo queritur Vtrū ſacramenta ſint gratie effectiua: hoc eſt querere. vtrum cauſent gr̄aʒ effectiue ¶ Gratia ē forma nobis collata a deo ſine meritis gratūfaciens habentē: qꝛ gr̄a reddit habentē charꝫ deo ꝛ opus ei⁹ bonū reddens: id ē meritoriū: ſic diffiniebat gr̄a antiquit⁹ Magiſtri Pariſien. dicunt ꝙ eſt forma cōtra magiſtrū ſententiaꝝ qui nō ponebat aliquā formā creatā ꝛ inherentē anime noſtre: ſed dicebat ꝙ ſpūſſanct⁹ per ſe habitabat in nobis rōalibus creaturis collata a deo. Ex h̄ ſequitur.

Solutio queſtiōis preſentis. ¶ Propoſitio. Iſta tria ſcʒ effectiuū: cauſatiuum: ꝛ productiuū habēt ſe per ordinem. Effectiuum em̄ eſt ens productiuū alicuius effectus in genere cauſe efficientis: ideo tm̄ valet effectiuū

ſicut cauſa efficiens. Cauſatiuum autē eſt ens productiuū alicuius effectus in genere alicui⁹ per ſe cauſe ſiue formalis ſiue finalis: ſiue material. Productiuū vero eſt aliqua res potēs producere aliquod producibile: ꝛ iſtud producibile ē bene in diuinis. Unde actus ꝛ potentia in diuinis non differunt: quia idem eſt in deo generare ꝛ poſſe generari. ¶ Propoſitio. Omne effectiuū eſt cauſatiuū ſed non econtra: ꝛ omne cauſatiuum eſt productiuū ſed nō econtra: vt patet ex diffinitionib⁹ eorum.

Secūda queſtio. Utrū

ſacramenta ſint cauſa efficiens gratie. Iſte queſtiones ſe habent per ordinem quia ſi ſacramenta nō ſint cauſa efficiēs gratie queritur. Utrum ad minus ſint cauſa diſponens ad gratiā. Iſte autem queſtiōes nō ſūt de cauſis materiali: formali ꝛ finali ſed efficiente. ¶ Notandū ꝙ gratia dicitur operans inquantū gratificat animam: ꝛ dicitur cooperans eadem gratia inquantum dirigit ꝛ inclinant ad opera meritoria Ut dr̄ operās quando inclinat ad actū interiorem elicitum: ꝛ dicit cooperans reſpectu actuū ¶ Notandū inſuper ꝙ triplex eſt cauſa efficiens ſcꝫ proprie effectiua: diſponens ꝛ ſine qua non. Cauſa efficiens proprie effectiua eſt illa que dat eſſe ſuo effectui ipm̄ vere ꝓducendo in genere cauſe efficientis. ¶ Correlarium. Hoc modo pater ē cauſa filij ꝛ deus omniū rerū. Cauſa efficiens diſponens eſt illa que vere ꝓducit aliquam formam diſponentē ad vltimum effectum: ſiue principalem effectum: ſic tamen ꝙ non attingit vltimū effectum. ¶ Correlariū. Iſto modo generatio hominis eſt cauſa diſponens reſpectu anime rationalis: quia producit formā proprie organicam corporis humani que diſponit ad animā rationalē. Et hoc modo intelligitur queſtio ſecūda ſcꝫ vtrum ſacramentū aliquod in ſuſcipiente cauſet diſpoſitiones ad grām gratum facientē: vtpote in ſacramento baptiſmi: effectus proprius eius eſt ablutio corporis baptizati ad quam deus producat gratiam. Cauſa efficiens ſiue qua non eſt illa que neceſſario requirit ad ipm̄ principalem effectum vl ad eſſe effectus. licet ipm̄ non producat vere nec ꝙ aliquid eſt diſponens ad ipm̄ principalem effectum. ¶ Correlarium. Hoc modo vnio anime cum corpore pōt dici cauſa ſine qua non: ꝛ ē minime cauſa ꝛ improprie: tamen reducitur ad cauſaꝫ efficientem. Et de iſta eſt etiā queſtio.

Tertia queſtio que ra-

tione huius queſtionis mouetur ē Utrum in ſacramentis ſit aliqua virtus ꝑ quaꝫ influunt in ipām animā. Declaratio terminorum Anima a natura ſua ē tanꝗ̄ tabula nuda: depingibilis tamen ſcientijs et virtutibus. ¶ Quid ſit virt⁹ moralis in ſecundo Ethicoꝝ dicit eſſe que habentem perficit: ꝛ opus eius bonum reddit. Uirtus autem effectiua (ꝺ qua ad propoſitum) eſt ratio agendi ꝛ ꝓducendi effectum ipi agenti. ¶ Propoſitio In omni agente eſt id quod cauſat: Et id quo cauſat: vt ignis in ſe eſt id quod cauſat: ꝛ calor id quo cauſat. Uel ē illꝺ principiū quo agens agit. Item principium ratio ꝛ virtus idem ſunt. Uirt⁹ autem adhuc ē duplex ſcꝫ naturalis ꝛ ſpiritualis. Uirtus naturalis ē vltimum de potentia: vt ignis ē producere ignem quia prio calefacit: deinde producit ignem. et de iſta non eſt queſtio. Uirt⁹ ſpiritualis eſt aliqua ratio agendi imediate: infuſa a deo in aliquo quo poſſit exire in effectum. Et de iſta ē queſtio vltima. ¶ Nota Augu. in. iiij. de trini. Sacrm̄ eſt id in quo ſub rebus viſibilibus virtus diuina ſalutē nr̄am ſecreti⁹ opatur. Gratia dei gratum faciens eſt quidam

habitus ſupnaturalis a deo immediate
infuſus i natura itellectuali per quē ipa
creatura intellectualis ē dignavita eter
na:chara ⁊ grata deo:ſponſa dei ⁊ filia
Et diciť habitus loco generis. Dicitur
ſupnaturalis ad differentiā omniū ha/
bituū acquiſitoꝝ ſiue intellectualium ſi
ue moraliū. Et diciť ſupnaturaľ: q: ex/
cedit oēm ꝟtutē creature: quia illā nul/
la creatura pōt creare: ꝗuis poſſit acq/
ri per deuotā orationē ⁊ diligentē ꝑpa/
rationē. In natura intellectuali poniť
ad denotandū ſubiectū ipius grē qđ eſt
natura intellectualis: ⁊ in hoc notatur
gratie nobilitas: p quā etiā ibi denotan
tur effectus grē: q: deus ordiauit nullū
acceptare in amiciciā niſi habeat hanc
grām tāq͂ veſtē pulcherrimā. Alia eſt
gratia que diciť gratis data que ſupius
ē deſcripta Et eſt triplex ſcʒ habitualis
actualis ⁊ motiua. Habitualis eſt que
aliqđ donū habituale habet additū: vt
caſtitas: pietas. Unde Criſantus. Ni/
ſi tuo imbre extincta fuerit flāma libidi
nis nō pōt animus puenire quo tendit.
Errat qui proprys viribꝫ putat ſe caſti/
tatem obtinere. Unde Sapiens. Scio
ꝙ ꝯtinens eſſe nō poſſū niſi deꝰ dederit:
⁊ hoc ſcire donū deí eſt. ¶ Sciendum ꝙ
duplicia ſunt creature ronalis natura/
lia. Quedam ſunt eſſentialia vt eſſentia
anime ⁊ ea que ſequunť eam naturaliť ⁊
neceſſario: vt intellectꝰ ⁊ volūtas. Alia
ſunt accidentalia vt clemētia: ingenioſi
tas: pulchritudo corpis: facūdia: ⁊ pñt
dici gratie gratis date. ¶ Propoſitio.
Omnes gratie gratis date ordinantur
ad grām: ⁊ deus dat illos vt homo reci/
piens p illas ſe diſponat ad gratiam vel
ad melius vtendū. Gratia gratis data
actualis ē aliquod actuale donū addi/
tum ⁊c. vt ſupra patuit diffinitione gra
tie gratis date. vt ſunt inſpiratiōes dei:
interiores predicationes ⁊ monitiones
exteriores: ⁊ tribulationes ⁊ omne illud
quod deus nobis facit vt relictis pecca/
tis ad eum redeamus. Unde Johānis
decimoquinto. Nemo poteſt ad me ve/
nire niſi pater traxerit eum. ¶ Nota ꝙ
deus trahit quoſdam dulciter per pro/
ſperitates ⁊ cōſolationes ⁊ interioreſq͂ ſ
dam ſuauiſſimas deuotiones: ⁊ hi trahū
tur ſicut paruulus trahitur ad matreʒ:
cum ei p̄ſentat pomum vel aliquod con/
cupiſcibile. Gratiā vero motiua gratiſ
data (ſm Petrum de aliaco) eſt ſpecia
le dei auxilium vel beneplacitum diui/
ne voluntatis quo nos mouet ad bonuʒ
Apocalipſis.iij. Ecce ego ſto ad hoſtiū
Et hec gratia de principali ſignificato
importat quid increatum id eſt diuinuʒ
beneplacitū ⁊ cōnotat monitionē.

Reſolutio queſtionis

ſtat in duabꝫ opinionibꝫ. Prima eſt do/
ctoris ſancti Thome. Secūda fuit pri/
mo diſputata a magiſtro guilhelmo pa
rienſi: ⁊ approbauit eam Alexander de
Hales. Et Scotus multum eam am/
pliauit ⁊ modo teneť cōmuniter ab om/
nibus doctoribus. ¶ Prima propoſitio
In ſacramentis noue legis eſt aliq̄ vir/
tus ſpiritualis creata per quam inferūt
in animā: ⁊ habent rationem cauſandi
differenter reſpectu triū effectuum. Di/
cunt enim ꝙ in ſacramentis datur gra/
tia gratumfaciens datur etiā in eis gra
tia gratis data. ſicut eſt caracter (⁊ hoc
in tribus ſacramentis duntaxat ſcilicʒ
baptiſmo: confirmatione: ⁊ ordinis ſa/
cramento que ſunt irreiterabilia) et eſt
indelibile. Et eſt ornatus anime i aliis
quattuor ſacramentis. Sed iſte orna/
tus preciſe non placet Scoto. Datur
etiam debilitatio fomitis ſiue expeditio
potentiarum. Hec eſt efficacia gratie.
Et in hoc concordant omnes doctores
excepto de illo ornatu. Dicunt etiam ꝙ
licet ſacramenta noue legis nō ſint cau
ſa proprie effectiua gratie gratumfaci/
entis ſunt tamen cauſa ſine qua nō. Et
pro iſta queſtione ſunt argumenta ſex.

diſtinguit ab alijs qui nō ſunt de grege
⁊ etiā diſtinctionē facit in eodem grege:
ſm aliā ⁊ aliā rōnem aſſimilandi. ¶ Di/
cendū ergo ꝙ character ē vtilis ad ſignā
dum:ad p̄parandū: ad aſſimilādū: ⁊ ad
diſtinguendū. ¶ Pro declaratōe q̄dam
notande ſunt ꝓpoſitiōes. ¶ Prima ꝓpo
ſitio. Character ē ſignaculum ſacrale a
deo īmediate ip̄ſſum ¶ Scđa. Non tm̄
ſignat grām ſed etiā diſponit ad gratiā
⁊ p̄parat ad eā. ¶ Tertia: qꝛ character
ſignat grām ⁊ ad grām diſponit. iō aliq̄
modo aſſimilat̄ grē ¶ Quarta. Qꝛ grā

gratū faciēs eſt ſilitudo dei: iō charact ad ipam diſponēs ⁊ pparās ⁊ ipam ſig/ nificans ⁊ quodammodo ↄfigurās nos deo. ¶ Quinta ꝑpoſitio. Quia chara/ cter omnes ↄfigurat vni: ideo aſſimilat gregē xpi inter ſe. ¶ Sexta ꝑpō. Q₂ di ſtinguit eos q̄ ſunt de grege xpi ab alijs qui nō ſunt de grege xpi. ¶ Septima ꝑ poſitio. Diſtinguit eos qui ſunt ꝺ codē grege xpi ſm ꝙ receperūt diuerſa ſacra ¶ Nota ſm Bonauenturā ꝙ character diſponit ſicut qōdā lumen ⁊ calo₂ dat⁹ Diſpoſitio em̄ illa non ē neceſſitatis: ita ꝙ agens nō poſſit aliter agere vl' ſuſcipi ens capere: ſed tm̄ congruitatis. q₂ eni natura co₂rupta ē ꝑ peccatū ⁊ indiſpoſi ta ad grām: ↄgruū₃ fuit ꝙ intercidet di ſpoſitio media. Eſt autē ſicut lumē ſtel/ le p̄cedens ſolem in auro₂a diei: ſic cha/ racter p̄cedit grām ſicut puum lumen. Eſt etiā paruus calo₂ ſiue tepiditas q̄/ dam reſpectu magni calo₂is ſignat etiā grām inceſſe: ⁊ ꝙ ibi nō eſt: illud ē ex defe ctu ſuſcipientis tm̄. ¶ Notandū etiam ꝙ triplex ē aſſimilatio. Prima ē ꝑ vnius qualitatis ꝑticipatōꝫ creature ad crea/ turā. Scđa ꝑ imitatiōꝫ creature ad de/ um. Tertia per oīmodā indiuiſionē ſc₃ dei ad deū: ſiue vni⁹ perſone ad alteram Aſſimilatio aūt creature ad deū vl' per/ fecta eſt vel ſufficiens vel ad ſufficientē diſponens. Pꝛima ē in glo₂ia. ⁊ hec non cōpatiť diſſimilitudinē aliquā nec culpe nec miſerie. Scđa ē in gratia: ⁊ hec ↄpa tiť diſſimilitudinē miſerie ſed nō culpe. Tertia eſt in charactere: ⁊ ↄpatiť vtrā/ ꝗ: q₂ ſolū eſt gratie gratis date: ⁊ mul/ tum longinqua.

Tertio queritr in quo

ſit character ſicut in ſubiecto ¶ Notan dum ꝙ character eſt nomen grecū ⁊ idē eſt in latino ſicut figura. Heb₂eo₂ pmo eſt ſic figura ſubſtātie eius: in greco ha/ betur character. ¶ Notandum itaꝗ ꝙ character capiť trib₉ modis. Pꝛimo p₂o qualibet nota exterio₂i q̄ facit venire ali quid in mentē alicui⁹. Vñ Hiero. Ser mo caldaicus ⁊ heb₂aic⁹ ſolū differunt characterib₉. Scđo mō capiť ꝑ q̄lib₃ di ſtinguente aliq̄d ab alio: ⁊ iſtꝭ duob₉ mo dis nō capiť hic. Tertio mō ꝑ q̄dā ente ſpūali imediate impſſo a deo: ſuſcipien/ ti ſacrm̄ nō iterabile. Et ſic diffiniť ab antiq̄s docto₂ib₉. Caracter ē diſtinctio ſuſcipientis ſacrm̄ a caractere eterno. ſ. filio dei imediate impſſa aīe rōnali ſm imaginē ↄfigurans trinitatē creata₃. i. trinitati creanti. diſtinguens a nō confi guratis ſm ſtatū fidei. Triplex em̄ eſt ſtatus fidei: vt infra patebit. ¶ Nota ꝙ ſanct⁹ Thomas ponit caracterē in in/ tellectu. Scotus aūt in voluntate. Do cto₂ aūt iſte ⁊ Alexander de hales po/ nunt eum in tota imagine. vt patet.

Quarto queritu₂. per

quid caracter impmať. vt₃. ſ. impmať ꝑ virtutes an ꝑ ſacra. ¶ Notandū ꝙ im/ preſſio pōt ſic diffiniri. Impſſio ē aliqua ꝑductio cauſalis ⁊ effectiua alicui⁹ rei ī aliq̄ ſubiecto qđ info₂mat. ¶ Pꝛimum co₂relariū. Pater in diuinis nō pōt im/ primi q₂ nō pōt ꝑduci. ¶ Scđm Entia repugnātia (vt chymera) nō pñt impri/ mi. ¶ Tertiū. Fili⁹ in diuinis nō pōt ī/ primi nec etiā ſpūſſanct⁹: q₂ nō pñt cau/ ſari. ¶ Quartū Angel⁹ nō pōt impmi q₂ nō pōt eē in ſubiecto ꝑ info₂mationē ¶ Quintū. Nulla ſubſtātia ↄpoſita et ↄpleta pōt impmi: q₂ nō pōt eſſe in ſub/ iecto ꝑ info₂mationē. ¶ Rñſio. Chara cter ē ſignū interi⁹ diſtinctiuū: q₂ ꝫ ſigni care nō ↄuenit ei niſi rōne ſigni viſibiť. Iō nō impmiť in ꝟtutib₉ ſed ſolū ī trib₉ ſacris nō iterabilib₉. ſ. i baptiſmo tāq₃ ī ſtatu fidei genite. i. in ↄfirmatōe tāq₃ in ſtatu fidei robo₂ate. In ſacro o₂dis tan ꝗ in ſtatu fidei mltiplicate q₂ officiū ſa cerdotis ē mltiplicare fidē ⁊ gñare ſpūa liter filios ⁊ filias. Et ſic p₃ ꝙ tripl'x eſt diſtinctio in ꝑp'lo. ſ. bono₂ a mal': fo₂tiū

ab infirmis:clericoꝝ a laicis. Et hec di/ſtinctio p̄ceſſit in figura in ppl'o iſrl'. P̄ria cū oēs ſunt diſtincti ab egiptijs ad veniendū in terrā ꝓmiſſiōis. Sc̄da cū fortes ab infirmis diſtincti ſūt ad pugnādū in bellū. Tertia cū leuite ab alio ppl'o di/ſtincti ſūt ad miniſtrādū in tēplo. Et ꝗ tm̄ tria ſūt ſacra q̄ reſpiciunt ſtatū fidei determinatū:baptiſmꝰ p̄mū:qꝛ ibi fides gignit̄ ⁊ hō ab egiptijs ſepat̄. ꝯfirmatio ſecūdū:qꝛ ibi diſcernit̄:⁊ ordo tertiū:qꝛ ibi virtꝰ multiplicāda dat̄:⁊ hō vt ſctūs ad miniſteriū tēpli a laicis ſepat̄:iō ī iſta tria tm̄ imp̄mit̄ caracter:p̄mū p̄cedit de neceſſitate. ſcḋm ⁊ tertiū de ꝯgruo:quia vero interiꝰ ſpūal'r diſtiguēs:iō i ſacris q̄ ſunt nō carnal' ppl'i:ſed ſpūal':iō imprimit̄ in ſacramētis noue legis nō veteris qꝛ diſtinctiuū nō vnius ſed multoꝝ vni/tiuū in vno ſtatu fidei.

Quinto q̄ritur Utrum

character indelibilit̄ imprimat̄. ¶ Notandū ꝙ deletio ē triplex. P̄ria ē deletio acceptiōis vl' acceptatiōis diue:⁊ eſt illa q̄ delet̄ gr̄a vel ipa charitas p quā hō ē acceptabilis ad vitā eternā:⁊ iſta deletio ē peſſima:⁊ eſt a deo effectiue a pctōribus demeritorie. Ūn̄ ps̄. Deleant̄ de libro viuētiū:⁊ cū iuſtis nō ſcribant̄. Sc̄da ē deletio iniq̄tatis p̄uerſe.⁊ ē illa q̄ pctm̄ mortale delet̄ i aliq̄:⁊ iſta ē optima:⁊ fit p grām formal'r. De hac dicebat ps̄. ſm multitudinē miſerationū tuaꝝ dele ini/quitatē meā.⁊ de iſtis nō ē hic ad ꝓpoſi/tū. Tertia ē deletio entitatꝫ create.⁊ ē illa q̄ delet̄ ⁊ dſtruit̄ aliq̄ entitas creata ⁊ iſta ē duplex. Quedā ē ānullatiua ſim/plicit̄ ⁊ totalit̄:⁊ ē illa q̄ res ſic delet̄ ꝙ ex ea nihil remanet: vt qn̄ delet̄ ⁊ deſtruit̄ gr̄a totalit̄:⁊ h̄ fit qn̄ ꝗs peccat mortal'r Alia ē deletio ānullatiua ptial'r:⁊ ē illa q̄ aliq̄d annihilat̄:ſic tn̄ ꝙ aliq̄ pars eiꝰ remanet vt fit in morte aīalis. Ūn̄ caracter nō delet̄ p deletionē qn̄ ꝗs peccat:licet deleat grām. ¶ Correlariū primum Character nō delet̄ p deletionē acceptatiōis diuine:qꝛ pōt ſtare cū pctō. ¶ Secundū. Character nō delet̄ nec pōt de/leri p deletionē iniq̄tatis p̄uerſe. ¶ Tertiū. Character nō ē delibil' p deletoꝫ en/titatis create ab aliquo ente naturali. ¶ Quartū correlariū. Character ē de/libil' de potentia dei increata vt olim dicebat. Delebo oēm ſubām quā creaui a facie terre:ſed character ē entitas inde/libil' de potētia dei ordinata:qꝛ ſic ordi/nauit. Et ſic pꝫ rn̄ſio ad q̄nem ꝙ cha/racter ē indelibil' nec vnq̄ delet̄ de potētia dei ordiata:⁊ rō ē qꝛ deꝰ ordīauit ſic.

Sexto queritur vtrum

baptiſmꝰ debeat iterari. ¶ Rn̄ſio ſtat ī q̄ttuor ꝓpoſitiōibꝰ. ¶ P̄ria. Baptiſmꝰ nō debet iterari. ¶ Sc̄da. Baptiſmus nō pōt iterari. ¶ Tertia. Si ꝗs bapti/zet ſcḋo baptiſmo nihil fac̄. ¶ Quarta Si ꝗs ſcient̄ baptizet bis aliquē:grauiter peccat:⁊ propter h̄ efficitur ſacerdos irregularis.

Septimo querit̄ Utrū

aliꝗs poſſit in vtero baptizari:ſic̄ ⁊ ſan/ctificari. ¶ Notādū ꝙ triplex ē ſanctificatio. P̄ria ſanctificatio ē gr̄e infuſio:et iſto mō ſacrm̄ penitētie pōt dici ſanctificatio:qꝛ ibi infundit̄ gr̄a. Sc̄da ſancti/ficatio ē excellēs culmē ꝟtutū vel alicu/ius ꝟtutis:⁊ iſto mō viri pfecti dn̄r ſm theologos ſcī:ſm vero phos vocant̄ viri heroici:⁊ iſte due ſanctificatōes ſūt ſan/ctificatiōes vie. Tertia ē ſanctificatio gl'ie q̄ habet̄ in patria. ps̄. Exultabunt ſancti in gl'a.⁊c̄. ¶ Notandū ꝙ loquen/do de rigore ſermonis iſta differunt. gr̄e infuſio:ſanctificatio:⁊ gl'ificatio. Nam ois gl'ioſus ē ſcūs:ſed nō ois ſanctus eſt gl'ioſus:vt pꝫ de ſcō viatore:etiā omnis ep̄ns in gratia ē ſanctus ꝓprie loquēdo: vt pꝫ in paruis pueris. ¶ Ad q̄nem reſpondet̄ ꝙ ſanctificatꝰ (vt hic capitur): ē ille qui recipit grām ſpūſſancti. Pre/ſuppoſito igitur ꝙ puer poſſit ſanctifica

ri in vtero matris. vt pȝ de Jeremia et Johanne baptiſta tñ nunq̄ poteſt baptizari baptiſmo fluminis niſi aliqđ mẽbrum pueri exterius appareat: ita q̄ requiritur q̄ aqua tangat aliquod membrum pueri: ⁊ principalis ratio huiꝰ eſt quia deus ſic ordinauit.

Octauo querit. Utrū ſanctificatus in vtero debeat baptizari cū natus ē. ¶ Rñſio. Sanctificatus debet baptizari baptiſmo aque: ſicū baptizatus baptiſmo flaminis: cuiꝰ triplex ē ratio. Prima ē ꝑpter bonū obedientie: qꝛ deus precepit vt oīs renaſcatur aqua Scđo ꝑpter humilitatē: qꝛ debet ſe reputare pctōrem ⁊ indigere xp̄i redēptione. Tertio ꝑpter vnitatē: vt ab alijs mẽbris xp̄i nō diſcordet.

Nono querit. Utrum intentio ſit đ neceſſitate baptiſmi ¶ Notandū q̄ intentio pōt capi duobus modis ſcȝ large ⁊ ſtricte. Intentio large capta ſumit quinq̄ modis. Primo modo pro quacunq̄ ſpecie repſentatiua alicuius rei: ſiue illa ſit ſpēs intelligibil': ſiue ſenſibil': vt ſm Auguſtinum. Lumen ē ſpēs repſentatiua lucis: ⁊ iſto modo nō capitur hic. Secundo modo pro quocunq̄ actu alicuius potentie tendentis in aliquod ſiue ſit potentia cognitiua ſiue appetitiua: ſiue tendat ī aliud tanq̄ ī obiectum: ſiue tanq̄ in finē. Tertio mō capit pro obiecto intento a potentia: vt dicunt logici q̄ duplex ē potentia. ſ. prima ⁊ ſecunda. Quarto modo ꝑ aliqua mutatione augmentatiua vl' pfectiua ⁊ intenſiua ſm quā aliqua forma pficitur ſuſcipiendo pl'es gradus. Quinto modo ꝑ omī mutatiōe augmētatiua ſiue fiat ꝑ appoſitionē ſiue ꝑ additionē ſiue fiat intenſiue ſiue extenſiue: vt quādo dicitur q̄ aliquid intendit id eſt augmentatur. Et de iſtis q̄nq̄ modis nō intelligitur q̄ſtio. Intentio aūt ſtricte capta ē actus volūtatis tendētis in aliquē finē. ꝑ aliqđ vel ꝑ aliqua ad ipm finē ordinata. ¶ Correlariū pmū. Nullus actꝰ potentie ſenſitiue ē intentio ꝓprie loquendo eo q̄ non ē actus voluntatis. ¶ Secundū. Nullꝰ actꝰ intellectꝰ ꝓprie pōt dici intentio: ¶ Tertiū. Reſpectu preteriti nō pōt eſſe intentio: ꝓprie loquendo qꝛ intentio ē reſpectu futuri: nō cuiuſlibet futuri: ſed futuri tendētis in finem. Nec etiā ꝓprie loquēdo intentio pōt eē pſentis. Et de iſta intentiōe ſtricte capta ē pñs qō. Et iſta intentio ē triplex. ſ. actualis: habitualis: ⁊ virtualis. Uñ ille dicit intēdere actualr': q̄ actu intendit ad illud qđ intendit: vt qñ quis actu intendit celebrare: ⁊ iſta ē perfectiſſima: et iſta non ē in dormiente. Ille autem dicitur intēdere habitualiter: qui habet habitum ex actibꝰ frequentatis: inclinantē ad actuȝ quē intēdit: ⁊ iſta ē imperfecta intentio: ⁊ poteſt eſſe in dormiente. Ille vero dicitur intendere virtualit' q̄ priꝰ habuit intentioneȝ aliquid facere. tamē quando illud adimplet non intendit vt ſi quis intenderet celebrare: ⁊ añ miſſaȝ haberet illam intentionem tñ per totaȝ miſſam non intendit ad ea que profert. ¶ Reſolutio qōnis habet in tribꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima intentio actualis nō requiritur in baptizante: ad h̄ q̄ baptiſet: qꝛ deꝰ non obligauit hominē ad impoſſibile: nec ad nimis difficile: ſȝ ē valđ difficile q̄ ſemper actiue tendat ad ea q̄ exercet: ḡ ⁊c. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Intentio habitualis nō ſufficit: qꝛ iſta ē ī dormiente: ſed ſi aliquis dormiendo baptiſaret ibi nō eſſet baptiſmus. ¶ Tertia intentio virtualis ē neceſſaria: ad hoc q̄ aliquis baptizet: vtpote ſi aliquis baptizaret non requirit q̄ actu qñ baptizat habeat intentionē actualem baptizādi: ſed ſufficit q̄ priꝰ habuerit. Et ſilit' dicendum eſt de omnibus ſacramentis. ¶ Concluſio. In omni ſacramento neceſſaria ē intentio ſaltem virtualis

Decimo querit᷑ Utruꝫ

recta intẽtio ſit neceſſaria ad baptiſmū.
¶ Notandū ꝙ duplex ē intẽtio actual᷑.
Quedã ē recta ⁊ ē actus volũtatis tẽden
tis in aliquẽ finẽ debitū ⁊ debito mõ: ꝑ
aliquid vel aliqua ad ipm̃ finẽ ordinata
vt qñ aliqͥs vult intrare religionẽ propt̃
deū: ibi eſt intentio recta. Alia ē intẽtio
ꝑuerſa: ⁊ eſt actus volũtatis tendentis
in aliquẽ finem indebitum vel indebito
modo per aliqͥd vel ꝑ aliqua ad ipm̃ fi/
nem ordiata: vt quãdo aliquis vellet in/
trare religionẽ ꝓpter honores habẽdos
vel ꝓpter malū finẽ: ibi ē intentio ꝑuer/
ſa. ¶ Rñſio. Ad ſacramentū baptiſmi
nihil facit intentio recta nec aliquid ob
ſtat intentio nõ recta ꝙ̃tū ad ſubſtãtiaꝫ
ſacramenti ſed nocet vel prodeſt tm̃ ha
benti illam intentionẽ: vtpote ſi aliquis
ſacerdos baptizaret ꝓpter pecunias il/
la ꝑuerſa intentio non nocet baptizato
ſꝫ ſufficit ⁊ requirit᷑ ꝙ ſacerdos intẽdat
facere qᷣ eccl'ia intendit.

Undecimo queritur.

Utrū ꝑuuli debeãt cathesizari. ¶ No/
tandū ꝙ iſta tria ſcꝫ ſacrū: ſacramentuꝫ
⁊ ſacramentale differunt. Sacrū eñ dᷣr
quodlibet ꝑtinẽs ad ſanctitatẽ: ſiue ſit ĩ
ſigno vt eccl'ia: cimiteriū ⁊ ſacra vaſa: ſi
ue tanꝗ̃ in effectu: vt mens humana di/
cit᷑ ſacra ꝑ grãm: ſiue ꝑ eſſentiã: vt deꝰ ē
ſacer ꝑ eſſentiã. Sacramentū aũt ſupe/
rius ꝓlixe declaratum eſt: diſtinctõe pri
ma. Sacramentale vero dicit᷑ eſſe illud
qᷣ ē ordinatū ad ſacramẽtū tanꝗ̃ ꝑuiū
⁊ diſponens ad ſacrm̃: ⁊ ſic capit᷑ h̃ in q̃/
ſtione: vt cathecismus ⁊ exorciſmus di/
cunt᷑ ſacr̃alia baptiſmi: aliqñ tñ capitur
ſacr̃ale pro eo qᷣ eſt de eẽntia ſacramen
ti: ⁊ iſto mõ nõ capit᷑ h̃. ¶ Notãdū ꝙ ca/
thecismꝰ ē inſtructio de his q̃ ꝑtinẽt ad
fidẽ catholicã: ⁊ ſic in ꝑ̃mitiua eccl'ia ca/
thesizabant᷑ adulti añ baptiſmū ⁊ ĩſtrue
bant᷑ de his q̃ ſũt neceſſaria ad fidem ca
tholicã obſeruãdã. ¶ Ad qõnem rñdet᷑:
ꝙ in ꝑ̃mitiua eccl'ia cathecismꝰ in adul/
tis ꝓ̃cedebat baptiſmū. Primo vt bapti/
zandi inſtruerent᷑ de credẽdis. Scḋo vt
ſe obligarẽt volũtarie ad dei impia faci/
enda. Paruuli q̄dẽ ⁊ ſi nõ poſſint doceri
pñt tñ ꝑ patrinos obligari: iõ fit ĩ eis ca/
thecismus ⁊ patrini obligãt ꝑuuluꝫ ad
ſeruãdã fidẽ catholicã. Diony. Senſus
verboꝝ que dicunt patrini ē ꝙ cū puer
ille ĩ ſeniũ venerit teneat ſacras ꝯfeſſio/
nes. Etiã patrini obligant᷑ ad inſtruen/
dū pueꝝ vel ad faciendū inſtrui puerū
poſito ꝙ talis puer nõ habeat alios pa
rentes vel doctores docentes eum

Duodecimo queritur.

Utrū exorciſmus habeat aliquã effica/
ciã in ꝑuulo vel in adulto. ¶ Notanduꝫ
ꝙ exorcismꝰ ĩ greco idẽ eſt qᷣ ꝯiuratio ĩ
latino. ¶ Eſt aũt triplx exorcismꝰ. Qui
daꝫ ē exorciſmus ſalomonis: ⁊ ē ille q̄ fit
ꝑ aliq̃ ſacra verba ⁊ per certos characte
res quibꝫ fugant᷑ demones ⁊ de iſto nõ ē
hic ad ꝓpoſitū. Aliꝰ ē exorcismꝰ benedi
ctionis ⁊ eſt qñ cõiurat᷑ aliqua creatura
vt ordinet᷑ ad aliquẽ actū benedicti. Et
iſto modo exorcizat᷑ aqua benedictiõis:
⁊ ſic nõ capit᷑ hic. Tertiꝰ eſt exorciſmus
ſolẽnitatis ⁊ ſic diffinit᷑. Exorcismꝰ ē ꝯiu
ratio diaboli q̄ arcet᷑ ptãs diaboli ne no
ceat baptizãdū a ſuſceptõe ſacr̃i: ne etiã
habeat tãtã ptãtẽ ſuꝑ exorciſatū ꝙ̃tam
hr̃et ſi nõ eẽt exorcizatꝰ: ⁊ iſto mõ exorci
zant᷑ pueri ⁊ adulti baptizãdi ꝑ ꝯiurati
onẽ diaboli ¶ Rñ. ad q̃ſitū. Exorcismꝰ
valet ad duo. Primo ꝓpter ſolẽnitateꝫ qꝛ
baptiſmꝰ dꝫ fieri ſolennit᷑ qñ oportuni/
tas dat᷑: eo ꝙ ē ianua oĩm ſacroꝝ. Scḋo
valet ad cohibendū diabolū vt nõ poſ/
ſit occidere ꝑuulū nec ita fortiter vexa/
re adultū. vt retrahat eum a baptiſmo.
Uñ nõ ē ꝯ vexatiõꝫ quã faciat ĩ corpe:
ſed quã faceret in aĩa ⁊ ſpũ: qꝛ diabolus
ex q̄ videt hoĩem ꝓ̃parare ad baptiſmū:
ipm̃ vexaret. Uñ Gregoriꝰ dic ꝙ illos

pulſare negligit: quos ꝗtos iure ſe poſſi dere ſentit ſed quādo videt ſe deſeri tūc prouocatur.

Circa diſtinctio/

nem ſeptimā querit̃ primo de cōfirmatōe. Utrū ſit neceſſariū in ſacramento ꝯfirmatiōis habere formā verboꝝ. ¶ Notādum ꝙ confirmatio ſm theologos capit̃ tribus modis. Primo mō capit̃ ꝑ firma et cōſtanti adheſione in bonū ⁊ ſic diffi/nitur. Confirmatio eſt ꝑſeuerantia cōtinua: firma ⁊ ꝑfecta: alicuius volūtatꝫ in bonū: ⁊ iſto modo bti dicunt̃ cōfirmati in bono: qꝛ ſꝑ ꝑſeuerant in bono. Scdo mō capit̃ ꝯfirmatio pro impoſſibilitate peccādi ꝑ grām: ⁊ ſic pōt diffiniri Cōfirmatio eſt ĩpoſſibilitas peccādi ꝑ grāꝫ: ſolum ꝓueniens ex manutenētia dei omnipotentis: ſeu ex dono ⁊ ꝓuidentia ipſius qua cōtinuat ſuos iuſtos ⁊ beatos firmiter in bono: ⁊ iſto mō bti dicūtur impec/cabiles: ⁊ hoc ꝑ grāꝫ in ſolo aūt deo ē im poſſibilitas peccandi ꝑ naturā. Tertio modo capit̃ ꝑ ſacramento ꝯfirmationis ⁊ ſic capit̃ hic: ⁊ diffinit̃ a Scoto Confirmatio eſt vnctio hominis viatoris aliq̄liter cōſentiētis: vel libero arbitrio nunq̄ vſi facta in frōte in figura crucis cū criſ/mate ſanctificato et h̄ a miniſtro idoneo ſimul cū intentiōe debita in vngēte ⁊ v̄/ba certa ꝓferēte ſignificās efficaciter ex inſtitutiōe diuina vnctioneꝫ aīe ꝑ grām roborātē ad ꝯfitendū cū ꝯſtātia fidē xpi ¶ Rn̄ſio Forma eſt de neceſſitate ſacri ꝯfirmatōis. Forma vero hec eſt Signo te ſigno crucꝫ ꝯfirmo te criſmate ſalutꝫ in nōie. p. ⁊ fi. ⁊ ſpūſſ. Notādū ꝙ anteq̄ aliq̄s poſſit confirmari req̄rit̃ ꝙ ſit baptizatus. Notādū etiā ꝙ criſma eſt oleum oliue balſamatū id ē mixtū cū balſamo ⁊ ꝯſecratū ab epiſcopo.

Secūdo querit̃. Utrū

materia ſit neceſſaria ſacro ꝯfirmatiōis.

¶ Notādū ꝙ q̄ñcunq̄ plura entia ꝯcurrūt ad ītegritatē alicꝰ minꝰ ꝑncipale qđ eſt de neceſſitate totiꝰ ītegritatꝫ pōt vo/cari: materia maiꝰ aūt pꝛicipale pt vocari forma: vt in ſacro baptiſmi aq̄ ē minꝰ pꝛicipale ⁊ dr̄ materia: v̄ba aūt q̄ ſūt maius pꝛicipale dicunt̃ forma. Siłr ī ſacro cōfirmatiōis: criſma: balſamū ꝯſecratuꝫ dr̄ materia v̄ba v̄o dicūt̃ forma. Rn̄ſio Sicut forma eſt neceſſaria: ita etiā materia eſt neceſſaria in omni ſacramento.

Tertio queritur. Utrū

ſolꝰ ep̄s poſſit miſtrare h̄ ſacr̄m. ¶ Dicēdū ꝙ illud ſacr̄m non pōt nec dꝫ ꝑ alios diſpēſari. i. miſtrari q̄ ꝑ ep̄os: ⁊ ſi alij preſumūt nihil faciūt. Et rō huiꝰ eſt qꝛ au/ctoritas eccl'ie fuit ꝺriuata ad membra ſm primū ordinē eccl'ie. Un̄ ſicut apl'i h̄ poterant ſoli: ſic nūc ſoli eoꝝ ſucceſſores pn̄t ꝯferre h̄ ſacr̄m ⁊ nllus inferior eoꝝ.

Quarto queritur ꝺ vir

tute ⁊ efficacia ſacri confirmatiōis. Preſuppoſito ꝙ det grāꝫ cū ſit ſacrꝫ noue le/gis q̄rit̃. Utrū det grāꝫ gratūfaciētem. ¶ Rn̄det̃ ꝙ ſicut inuit Rabanꝰ: ⁊ mgr̄ dic̄ ⁊ cōiter oēs doctores ꝯcordāt in hoc ꝙ ꝯfirmatio dat grāꝫ gratūfaciētē. Sꝫ notādum ꝙ duplex eſt grā gratūfaciēs Quedam eſt iuſtificatiōis: q̄ facit de nō grato gratū: de inimico amicū: vt grā q̄ datur in baptiſmo ⁊ in ſacro penitentie. Alia eſt grā gratūfaciēs augmētans: q̄ facit de iā grato magis gratū: de iā ami/co magis amicū. Et iſta eſt grā q̄ dat̃ in ſacramento ꝯfirmationis.

Quīto querit̃. Utrum

eadē grā ꝯferat̃ in baptiſmo ⁊ ꝯfirmati/one. ¶ Rn̄ſio Grā gratūfaciens in aīa eſt vna: qꝛ vna eſt aīa q̄ gratificat̃ et rur/ſus tota grā tollit̃ vnico pctō. Propter hoc dr̄ ꝙ vnica eſt grā ꝑ eſſentiā: ſꝫ habꝫ diuerſos effectus qꝛ effectꝰ grē in ſacro baptiſmi eſt iuſtificare: ⁊ purgare a pec/

cato:effectus aūt gratie in sacro confir/matiōis est roborare.

Sexto queritur. vtrum

copiosius munus grē cōferaſ in cōfirmatione ꝙ̄ in baptiſmo. ¶ Dicēdum ꝙ grā cōfirmatiōis ꝑſupponit grām baptiſmalem:ſicut bñ eſſe preſupponit eſſe. Poteſt itaqꝫ duplex fieri cōparatio inter hoꝶ gratias. Uno mō pñt compari cōpatōe preſuppoſitionis:ꝛ ſic oino maioꝛ eſt grā cōfirmationis ꝙ̄ baptiſmalis:qꝛ grā q̄ daſ in baptiſmo augmentaſ in cōfirmatiōe. Alio mō pñt iſte grē compari compatione preciſiōis:vt ſcꝫ iſta grā que addiſ ſit maioꝛ vel minoꝛ: tunc ſine dubio grā baptiſmalis eſt maioꝛ ꝙ̄ grā ꝯfirmationis qꝛ maius eſt viuificare moꝛtuū:ꝙ̄ iā viuificatū ſanare vel foꝛtificare:ſꝫ in ſacramēto baptiſmi moꝛtu⁹ p pctm̄ viuificaſ per grām. In ſacro aūt cōfirmatiōis ſolum roboꝛatur per gratiam.

Septio queriſ de vſu

id eſt de receptione ſacri cōfirmationis. Utrū ſit gñalis omnib⁹:ſcꝫ tam viris ꝙ̄ mulieribus:tā puulis ꝙ̄ magnis:tā mutis ꝙ̄ loquētib⁹:tā clericis ꝙ̄ laicis:tā ſanis ꝛ viuentib⁹:ꝙ̄ infirmis ꝛ moꝛientib⁹. ¶ Rñſio Illud ſacramētū omnib⁹ cōpetit his qui ſunt de acie pugnātiū in bello ſpūali:ꝛ qꝛ hoc cōpetit omni ſexui iō ꝛ hoc ſacrm̄ oib⁹ cōpetit. Uñ Hugo in li. de ſacramētꝭ. Omnino periculoſum eſt ſi ab hac vita ſine cōfirmatione migrare contingeret ꝛ moꝛienti etiam opoꝛtunū eſt ſuple recipere.

Octauo queriſ. Utrū

grā ꝯfirmatiōis ſit de neceſſitate ſalutis ¶ Reſolutio qōnis ſtat in duab⁹ ꝑpōnibus cū diſtinctione tali. Neceſſitas eſt duplex ſcꝫ ſimpliciter ꝛ ꝯditionata. Neceſſitas ſimpliciter ē qñ aliq̄d ē ita neceſſariū ꝙ ſine illo non pōt qs ſaluari vt ſacramētū baptiſmi Neceſſitas aūt cōditionata ē illa q̄ preſupponit aliq̄d ad h̄ ꝙ ſit neceſſaria:vt ſi aliqs velit viuere:neceſſe eſt comedere. ¶ Pria ꝑpoſitio Gratia cōfirmatiōis nō eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutē pꝫ qꝛ puulus baptizat⁹:nō cōfirmatus:qñ moꝛiſ euolat ad celos ¶ Scda ꝑpō Receptio ſacramēti cōfirmationis eſt cuilibꝫ adulto ad ſalutē neceſſaria ſuppoſito ꝙ habeat opoꝛtunitatem plenariam recipiēdi. Uñ Melchiades papa dicit(ꝛ habeſ de cōſecratiōe diſtinctione quinta) Quia in hoc mundo tota etate victuris inter hoſtes inuiſibiles et picula gradiēdū eſt:ꝛ baptiſmo regeneramur ad vitam poſt baptiſmū cōfirmamur ad pugnā Hugo. Quid pꝛodeſt ꝙ per baptiſmū a lapſu erigeris niſi etiam per cōfirmationē ad ſtādū cōfirmeris:quaſi dicat nihil.

Nono queriſ. Utrum

poſſit dari ante ſacrm̄ baptiſmi. ¶ Rñdetur ꝙ abſqꝫ dubio iſtud ſacrm̄ nō pōt dari ante ſacramētū baptiſmi:et ſi aliqs attentaret nihil faceret:pꝫ ex duplici rōne. Pꝛimo ex pte grē qꝛ in baptiſmo daſ grā iuſtificās:ꝛ in ſacro cōfirmatiōis datur grā roboꝛans:q̄ nō pōt haberi ſine pꝛima grā ſcilꝫ iuſtificāte. Scdo pꝫ ex pte caracterꝭ qꝛ in baptiſmo daſ caracter q̄ eſt fundamentum oim alioꝶ ſacroꝶ:ſine quo nō pōt haberi alius caracter:vl̄ aliȷ̄ caracteres non poſſunt haberi.

Circa diſtinctōꝫ

octauam q̄riſ pꝛio. Utrum ſacrm̄ euchariſtie debuerit id eſt cōgruū fuerit ꝑfigurari. ¶ Notanduꝫ ꝙ euchariſtia ſic diffiniſ a Scoto. Euchariſtia eſt ſacramētū coꝛpoꝛis ꝛ ſanguinis xp̄i veraciter cōtētiuum ſub ſpēbus panis ꝛ vini poſt cōſecrationē factā a ſacerdote.i.ſb certis verb' cū debita intētiōe ꝓlatis ex inſtitutiōe diuina ſignificās coꝛpus et ſanguinē xp̄i ſub illis ſpēb⁹ realr̄ cōtineri:ꝛ ipm̄ digne ꝛ re

nerenter recipientes realr̃ refici. In iſta
diſtictōe ponūtur ſeptē ꝑticule. Pria eſt
ſacr̃m: ⁊ ponit̃ loco gn̄is. Scd̄a corꝑis ⁊
ſanguis xp̄i realiter ꝯtētiuū: ⁊ ponit̃ ad
drīam alioꝝ ſacr̃oꝝ: qꝛ in iſto ſolo ⁊ excel
lentiori ſacr̃o cōtinet̃ xp̄s veraciter: ⁊ nō
ficte ſicut dixerūt quidā heretici: ſed eſt
ipſe verus xp̄s: ꝗ natus eſt de maria vir/
gine ⁊c̄. ita ꝙ ī iſto ſacr̃o tota trinitas cō
tinet̃ ⁊ xp̄i humanitas. Eſt etiā verbū
diuinū: ⁊ qꝛ verbū eſt deus. iō ibi ē eſſen/
tia diuina: ⁊ pr̄ ⁊ ſpūſſctūs ſacr̃alr̃ et ali/
ter ꝙ̄ ī alio loco. Tertia ꝑticl̃a: ſub ſpē/
bus panis ⁊ vini hic tangit̃ materia iſti⁹
ſacr̃i. Quarta ꝑticula factā a ſacerdote
vbi tangit̃ idoneitas miſtri: qꝛ ſolus ſa/
cerdos pōt cōſecrare: nec pōt btā maria
virgo nec angeli nec demōes: nec aliꝫ ho
mines a ſacerdotibꝫ pn̄t ꝯſecrare. Qui/
ta ꝑticula cū certis verb̄ cū intētiōe ꝓla/
tis: ibi tangit̃ forma cōſecratiōis de qua
poſtea dicet̃. Sexta ꝑticula ex iſtitutio/
ne diuina: ibi tangit̃ excellētia qꝛ imedia
te fuit inſtitutū a xp̄o ieſu. Septima ꝑ/
ticula: ⁊ ip̄m digne ⁊c̄. ibi tāgit̃ efficacia
iſtius ſacramēti. Notādū ꝙ iſtud ſacr̃m
excellit alia: q̄ttuor excellentijs. Pria qꝛ
iſtud ſacr̃m ē ſꝑ veruꝫ: nec vnꝙ̄ pōt ipe/
diri. Alia vero ſacramēta poſſunt impe
diri ex indiſpoſitiōe ſuſcipiētiū: vt pꝫ de
ſacr̃o baptiſmi in ficto. Sed in ſacr̃o eu/
chariſtie quocūꝙ̄ impedimēto poſito ſꝑ
ibi eſt ꝑncipalis effectus: ſcꝫ ꝯtinētia cor
poris xp̄i: nec ſolū h̄ ſꝫ etiā ſcd̄a ꝑſona tri
nitatis ⁊ diuinitas: ⁊ ꝑ ꝯn̄s tota trinitas
cū pr̄ ſit in filio ⁊ ſpūſſctūs: ⁊ filius in pa
tre ⁊ in ſpūſctō. Et h̄ adoramus ꝑncipa/
liter: nō ſolū corp⁹: ſꝫ corpus vnitū diui/
nitati. Scd̄a excellētia ē qꝛ iſtud ſacr̃m
qd̄ ſignat ꝯtinet: qꝛ ſignat corp⁹ xp̄i qd̄ ē
refectio ſpūalis aīe: qꝛ ibi gr̃a ꝯfert̃ ⁊ eſt
ibi vere: baptiſm⁹ aūt ⁊ alia ſacr̃a ſignāt
gr̃am ⁊ tn̄ in ip̄is nō eſt gr̃a ſꝫ ē in anima
Tertia eſt: qꝛ illud qd̄ ſignat̃ ibi eſt gr̃a
ꝑ ſe extn̄s: alia ꝟo ſacr̃a nō ſignāt niſi gra
tiā accn̄talē ſiue inherētē: ⁊ ſic pꝫ ꝙ iſtud
ſacr̃z hꝫ excellētiſſimū ſignatū qꝛ ſignat
ibi deū eſſe ⁊ ꝑ ꝯn̄s trinitatē totā. Quar
ta excellētia eſt qꝛ iſtud ſacr̃m eſt in eſſe
ꝑmanēti: qꝛ inetermiꝫ ꝑmanet: alia vero
ſacr̃a nō ſunt ꝑmanētia. qꝛ celebrato ſa/
cramēto baptiſmi ampli⁹ ſacr̃m baptiſ/
mi nō eſt actu ſed tranſijt illa ablutio: ⁊
nō remanet: ſunt ergo cū fiūt ⁊ nō vltra.
Notandū ꝙ in hoc ſacr̃o ſunt tres act⁹
Prim⁹ eſt ꝯſecratio. Scd̄s eſt ip̄m ſacr̃ꝫ
Tertiū eſt ip̄ius ꝑceptio. Cōſecratio ē
quidā act⁹ ſacr̃alis ꝑui⁹ ad ip̄m ſacr̃m: ⁊
ſunt ꝟba neceſſaria ad ꝯſecrationē. Vn̄
cōſecratio eſt aliud a ſacramēto. Sacr̃ꝫ
ſunt ipſe ſpēs: ſcꝫ illa albedo ⁊ rotundi/
ta ꝗ prius erāt informātia panē poſt cō/
ſecrationē illa eadē remanēt in ſacr̃o eu/
chariſtie. Perceptio eſt ꝗdaꝫ actus ſacr̃i
ꝗ eſt via ad h̄ ꝙ corpus xp̄i ſumat̃ a fide
libus ⁊ ad icorꝑandū caput: ſcꝫ xp̄m ip̄i
mēbro ſcꝫ hoī fideli: ⁊ ip̄m xp̄i mēbrū ca/
piti: ꝑ hunc actū digne ſuſcipiēs incorꝑa
tur ꝗ xp̄o ⁊ toti trinitati vnit̃ tanꝙ̄ mem/
brū capiti: ⁊ iſta incorꝑtio fit ꝑ amorē et
gr̃aꝫ: nihilominus in ꝯſecratiōe dat̃ gr̃a
ꝯſecrāti: ſi ſit dign⁹ ⁊ ꝑcipiēti. ¶ Rn̄ſio
ad qōnē iſtud ſacr̃m debuit ꝓfigurari ꝓ
pter duo ſcꝫ rōne dignitatꝭ ⁊ difficultatꝭ
Prio rōne dignitatis qꝛ ꝑdicatū ⁊ expe/
ctatū erat ſicut donū dei excellētiſſimuꝫ
iō figure huius ſacramēti ꝑire debuerūt
Unde figurarū premiſſio nō fuit aliud
ꝙ̄ fame eius diuulgatio. Scd̄o rōne dif
ficultatis: qꝛ hoc inter cetera ſacramēta
eſt difficillimū ad credendū: imo inter ce
tera credibilia. ideo debuerūt homines
aſſuefieri quadam manuductione. Vo/
luit ergo xp̄s eſſe nobiſcū (vt creditur ꝓ/
babiliter) in tali ſigno ſenſibili vt magis
excitet̃ ꝗlibꝫ ad amorē xp̄i recogitādo il/
lū amorē dulciſſimū quē nobꝭ in paſſiōe ⁊
morte oſtendit. Ideo dicit Luce. xxij. et
mathi. xxvi. Hec quotienſcunꝙ̄ feceri/
tis ⁊c̄. Vn̄ tota deuotio xp̄ianoꝝ eſt ad
iſtud ſacr̃m: qꝛ deuoti⁹ audit miſſaꝫ ꝙ̄ a
liud officiū: ⁊ ꝯfitētur dū recipiunt.

Secundo querit̃ de numero ꝛ ſufficientia figurarū huius excellentiſſimi ſacramenti. ¶ Notandum ꝙ oēs cibationes ꝛ potationes et occiſiōes animaliū ꝛ alia ſacrificia que a deo erāt inſtituta repreſentabāt iſtud ſacrificiuȝ ſcilȝ ſanctiſſimū ſacrm̄:ſed reducunt̃ ad quattuor figuras ſm mgr̄m ſcȝ agnū paſchalē:manna:ſacrificiū melchiſedech et ſanguinē qui fluxit de latere xp̄i. Notandum ꝙ figura pōt capi qnqȝ modis. Primo modo capit̃ figura ꝓ q̄titate terminata. Scd'o mō pro diſpoſitiōe ꝑñte ex q̄titate. Tertio mō capit̃ grāmatice vt figura ſimplex et cōpoſita. Quarto modo pro quadam imagine repreſentāte imaginatū:vt imago crucifixi repñſentat xp̄m crucifixū:ꝛ omibus iſtis modis nō capitur hic. Quīto modo ꝓ quacūqȝ re vel quocūqȝ exēplo ducente in veritate rei:ꝛ iſto mō capitur hic:vt in ātiquo teſtamēto māna repreſentabat ſanctiſſimum ſacrm̄ euchariſtie:qꝛ ſicut manna deſcēdebat de celo:ita xp̄s qui eſt verus panis deſcendit de celo:etiā ſicut māna erat commeſtibilis ꝛ ad vſum filiorum iſrahel ita xp̄s ſumit̃ a nobis:ꝛ ſi'r pȝ de alijs figuris. ¶ Ad rōnem rñdet̃ ꝙ magiſter in lr̄a ſufficienter aſſignat figuraſ in hoc ſacramēto habito reſpectu ad oēs leges nam in lege nature ponit figuraȝ ſacrificiū Melchiſedech In lege moiſi ponit figuram agni paſchalis:ꝛ figurā māne in deſerto:ꝛ in lege grē ſanguinē paſſionis xp̄i Sufficiētes ſunt figure ſi attēdam⁹ ad ea que preſignant̃. Nam in ſacramento eſt viſibilis forma ſcȝ ſpēs:ꝛ hec preſignata eſt in ſacrificio melchiſedech. Et eſt res ꝯtenta ſcȝ corpus xp̄i:ꝛ hec fuit in agno paſchali pſignata. Tertia eſt res ſignata tm̄:que eſt refectio ſpūalis:ꝛ hec eſt in māna pſignata. Et virtus dās efficaciā:et eſt meritū paſſiōis xp̄i:ꝛ hec ē in ſanguie q̄ fluxit de latere xp̄i. Vñ tres p̄me tenēt rōneȝ figure:ſed vltima magis tȝ rōnē cāe. Vñ oēs oblatiōes:ſacrificia ꝛ occiſiōes thaurorum et occiſorum reducunt̃ ad agnū paſchaleȝ id eſt xp̄m. Auguſtinus dormit adā vt fiat eua:morit̃ xp̄s vt fiat eccl'ia. Dormiēte aūt adā fit eua de latere:mortuo xp̄o lancea pcutit̃ lat⁹ vt pfluāt ſacra quib⁹ format̃ eccleſia.

Tertio queritur que figura ſit expreſſior. Vtrū illa q̄ fuit tēpe legis nature:an illa que fuit tpe leg' moſaice. ¶ Rñſio Figure illarū legū ſm diuerſas ꝯſiderationes mutuo ſe excedūt in expreſſiōe:ſicut oñdūt rōnes. Pōt eīm h̄ ſacrm̄ prefigurari q̄tū ad ritū ꝛ ſignuȝ vel q̄tū ad effectū ꝛ ſignatū Si q̄tū ad ſignū ꝛ ritū:tūc expreſſior figura pceſſit in ſacrificio melchiſedech:q̄ obtulit panem ꝛ vinū ꝛ iſtud ſanctiſſimū ſacrm̄ ſi'r offert̃ ſub eiſdē ſpeciebus. Si aūt q̄tū ad effectū ſic expreſſe preſignat̃ in māna:qꝛ per iſtud omnes reficiebantur.

Quarto queritur. vtrū ſacrm̄ euchariſtie debuerit inſtitui a p̄ncipio. ¶ Notādum ꝙ iſtud ſacrm̄ nominat̃ qnqȝ modis. Pmo mō dr̄ hoſtia. Scd'o ſacrificiū:ꝛ h̄ qꝛ ibi repñtat̃ mēoria paſſionis xp̄i:q̄ fuit hoſtia et ſacrificiū ꝓ oib⁹ oblatū. Tertio mō dr̄ euchariſtia:ꝛ idē ē ꝙ bōa grā ꝛ ipe xp̄s ē ipa grā. Quarto mō dr̄ viaticū qꝛ refic̄ viatores:ꝛ ſic dr̄ cib⁹ viatorum. Quītoōm dr̄ cōio:qꝛ vnit noſ ipi xp̄o:ꝛ vnit nos iter noſipſos tāqȝ mēbra capiti xp̄o iuicē. Notādū ꝙ a principio h̄ totū ꝯplexū pōt capi dupl'r. Vno mō cauſal'r ꝛ effectiue ꝛ denotat p̄ncipiū aliqd̄ cauſale ꝛ ſic dicim⁹ ꝙ oia ſūt a p̄ncipio cauſali:qd̄ ē d's:ꝛ iſto mō ñ capit̃ h̄ Alio mō capit̃ tpal'r ꝛ ſucceſſiue:ꝛ dicit ſucceſſionē imediatā vel ſatȝ ꝓpinquā ꝛ ſubitā poſt initiū rei:ꝛ ſic dr̄ ꝙ diabolus a p̄ncipio peccauit id eſt ſtati poſtqȝ creatus eſt:ꝛ iſto mō capit̃ h̄ a p̄ncipio:ꝛ ſic eſt ſenſus queſtionis. Vtrum ſacramentum euchariſtie debuerit id eſt cōgruuȝ fuerit iſtitui a p̄ncipio id eſt ſtatim poſt lapſum primi pentis. ¶ Rñſio. Hoc ſa-

cramentum congruebat leg. gr̄e tm̄:tū propter rem cōtentā que eſt corpus xp̄i verū:qui xp̄s nondum erat natus de maria virgine: tum ꝓpter xp̄i efficaciā q̄ eſt vinculum charitatis:que charitas in lege noua apparere ꝛ habūdare debuit in anterioribus autem imperfecte poſſideri vt ita grad⁹ſit i mūdo ſicˀ in vno hoīe.

Quinto queritur. vtrū

debuerit inſtitui ante paſſionem chriſti vel poſt. ¶ Reſpondetur ꝙ iſtud ſacramentum ſanctiſſimum continet corpus chriſti verum:et vere eſt ibi cibus:ꝛ precipuus effect⁹ cibi eſt reficere:ideo tempore refectionis debuit inſtitui:etiaꝫ eſt cibus paſchal:ideo in paſchali cena debuit inſtitui. Quia vero erat ſignū amoris ꝛ in receſſu debet oſtēdere homo amoris ſigna et memoꝛale vt arti⁹ in memoria maneat:ideo in vltima cena inſtituit chriſtus hoc ſacramentum ſanctiſſimū.

Sexto queritur. vtruꝫ

prius confecerit ꝙ̄ verbum protulerit. ¶ Reſponſio Xp̄s ſimul cōfecit:ꝛ ſimul verba ꝓtulit:ꝛ hoc eſt intelligēdū ſimultate imediatiōis:qꝛ in illo inſtāti quo ỽba fuerūt totaliter ꝓlata:etiā in illo iſtāti fuit ꝯfectū corpus xp̄i:nec eſt cōſecratio facta niſi ſit finita ꝓlatio verboꝝ. Et q̄uis poſſ ꝯficere ſine ỽbo debuit tñ cōficere verbū dicendo:vt ap̄lis formā traderet:qꝛ dñs nō tm̄ ibi ſuā potentiā oſtēdebat:ſed etiā diſcipulos informabat.

Septimo querit̄ ī qua

die fuit inſtitutuꝫ iſtud ſctiſſimū ſacr̄m. ¶ Dicēdū ꝙ in die iouis fuit facta inſtitutio iſtius ſacri. Vñ notāduꝫ ꝙ dies iouis fuit a deo decorata in q̄ttuoꝛ. Pꝛio qꝛ illa die fuerūt create aues in aere ꝛ piſces in aq̄:ad denotādū ꝙ tā cōtēplatiui q̄ p aues deſignant̄:q̄ actiui q̄ p piſces ſignant̄ pñt ꝛ debēt recipe iſtud ſctiſſimum ſacr̄m. Et notat̄ p hoc ꝙ martha ꝛ Maria magdalena receperūt xp̄m in domo ſua. Sc̄do ē oꝛnata iſta dies in hoc ꝙ in ipſa beata virgo pñtauit filiū ſuū in templo. Tertio qꝛ in iſta die inſtitutuꝫ eſt a xp̄o iſtud ſacramentū. Quarto quia eadem die chriſtus aſcendit in celum.

¶ Poteſt etiaꝫ queri qua hora fuit inſtitutum iſtud ſacr̄m. ¶ Rñdet̄ ꝙ hora cōpletoꝛiȷ̄ q̄ hora oꝛnat̄ tribus gratijs. Pꝛimo i ipſa fuit facta annūciatio dñica:qñ miſſus eſt gabriel angelus ad virginem. Sc̄do in ipſa fuit inſtitutū iſtud ſacr̄m. Tertio eadem hora xp̄s fuit ſepultus.

Octauo querit̄ de foꝛma

verbi in ſacramento euchariſtie. Et primo de forma verbi ſup panē que eſt. Hoc ē coꝛp⁹ meū:q̄d ſcꝫ iſtud ꝓnomē h̄ demōſtratiuū demōſtret an demonſtret coꝛp⁹ xp̄i an panē. ¶ Notādū ꝙ iſta dictio eīm nō ē de neceſſitate ꝯſecratōis:qꝛ xp̄s non protulit eā qñ dedit corpus ſuū diſcipulis ſuis:tñ ſi q̄s ſacerdos ſcienter omitteret peccaret moꝛtaliter ꝓ eo ꝙ eccleſia inſtituit illā dictioneꝫ addi:ſꝫ cōſecraret. ¶ Pro reſolutiōe q̄onis ſunt multe opiniones:ſicut pꝫ in textu. Cū mgr̄ Stephanus brulefer tꝫ primā que dicit ꝙ ſacerdos dicit illa verba nō vt ſua:ſed vt xp̄i. Vñ materialr̄ tenent̄ nec tūc eſt q̄rere q̄d ibi demōſtret̄ p ꝓnomen vel q̄d copulet̄ p verbū qꝛ nec eſt ibi ſubiectum nec p̄dicatū nec copulatuꝫ nec verbū:tamen iſta non eſt opinio Bonauenture.

Nono queritur de forma

verbi ſup vinū. Hic ē calix ꝛc̄. Vtrū hec forma ſit recta. ¶ Notandū ꝙ calix capit̄ multis modis. Pꝛio mō ꝓ paſſiōe ſiue moꝛte. vñ pat̄ ſi poſſibile eſt ꝛc̄. pꝰ. Calicē ꝛc̄. Sc̄do mō capit̄ ꝓ quodā genere poculoꝝ q̄d fiebat ex quodaꝫ ligno aromatico. Tertio mō ꝓ quodā vaſe aureo vl̄ argēteo vel ſtāneo in q̄ ꝯſecrat̄ coꝛpus xp̄i. Quarto mō ꝓ q̄libꝫ vaſe ſiue lapideo ſiue vitreo facto ad modū calicis: ꝛ iſto mō dr̄ de iohāne euāgeliſta ꝙ dederūt ei venenū in calice. Quīto mō capit̄

pro quocūq; potu cōtento in vaſe: z iſto modo vinum dicit̃ calix. Sexto mō capitur calix p̄ p̄cioſo ſanguine xp̄i: z iſto mō ſolum capit̃ hic: z ſignat proprie ſanguinis xp̄i effuſionē in cruce. Et qñ dicitur hic eſt calix zc̃. idē eſt: hic eſt potus meꝰ qui eſt ſanguis meꝰ. ¶ R̄nſio q̄onis ſtat in duabus ꝓpoſitiōib;. ¶ P̄ria ꝓpō ſeu concluſio Hec forma. Hic eſt calix ſanguinis mei: eſt recta z congrua. ¶ Scđa cōcluſio Hec forma an ſit ſufficiens z tota: dubitat̃: tñ Bonauētura credit q̄ eſt tota z ſufficiēs ad cōſecrationē ſanguis tñ q̄d ſequit̃ ſc; noui z eterni teſtamenti myſteriū fidei q̄ pro vob z p multꝭ effundet in remiſſionē pctōꝝ nō ponitur fruſtra q2 ibi ponit̃ effectus ipſius ſacri: tñ iſta verba nō ſunt de eſſentia z neceſſitate ſacri: dimittēs tñ ſcieter formā ordinatam ab eccl'ia peccat mortaliter: tñ vere cōſecrat dicēdo q̄ttuor p̄ria v̄ba. ¶ Notandū q̄ in iſtis verb ſc; noui z eterni zc̃. ponunt̃ tres effectus. Primus eſt inouatio teſtamēti z eius cōfirmatio cū dr̄ noui z eterni teſtamenti eterni a parte poſt q2 in morte xp̄i cōfirmat̃ teſtm̄: z nouum efficitur: q2 vetus fuit in ſanguie aīaliu; z thaurorꝝ: q̄d ibi eſt euacuatū. Scđs effectus ē fidei manifeſtatio: q2 in lege antiqua fides erat obſcura: ſed in effuſione ſanguis xp̄i fuit māifeſtata fides: q2 oīa ſacrificia q̄ fiebāt in antiqua lege: erāt ſignum et vmbra iſtius ſacri: z h̄ notatur cū dr̄ myſteriū fidei. Tertius effectꝰ eſt amoris dei erga nos oſtenſio: cū dicitur qui pro vobis z p multis zc̃. Et ſic expoitur. Qui pro vob iudeis effundetur z pro multis ſc; gentilibus vl' ſic p vobis ſacerdotibus: z pro multis laicis. Ideo ſi quis ſacerdos vellet excludere ſe a merito miſſe ſue: z dare alicui peccaret mortaliter: etiā ſi vellet aliquos de eccl'ia excludere: q2 d; gñal'r pro omnibus orare.

Decimo queritur de ſacramēto eucariſtie q̄tū ad ſignationē vic; q̄d ſit res ibi z quid ſacrm̄ ¶ R̄nſio

In hoc ſacramēto ſunt tria. P̄io eſt aliqd q̄d eſt ſacramentū tm̄: z ſunt ille ſpēs viſibiles q̄ remanēt poſt cōſecrationē q̄ ſūt albedo rotūditas ſapor z rubedo i vino. Scđo ibi ē aliq̄d q̄d ē res ſacri tm̄ et pciſe: z ē corpꝰ xp̄i myſticū vñ corpus xp̄i myſticū ē vnio oīū fideliū exñtiū in charitate militātiū ſub xp̄o. Tertio ibi eſt aliquid q̄d eſt ſacrm̄ z res ſacri: z eſt ip; corpus xp̄i verū. Ideo Bonauentura dicit (ſicut dicūt mgr̄i) tria ſunt in hoc ſacro: ſpēs viſibiles corpus xp̄i verū: z corpus xp̄i myſticū. ¶ Correlariū Fideles exiſtētes in pctō mortali nō ſunt ꝑp̄e de corpe xp̄i myſtico: q2 ē purū z nitidū: ſic̄ corpꝰ xp̄i ē puriſſimis ſanguib; v̄gis ꝯceptū ſic corpus xp̄i myſticū eſt ex puris fidelib;.

Undecimo queritur de vnitate huius ſacramēti. Utrū ſit vnu;

¶ Pro queſtiōis clariori elucidatiōe ponunt̃ tres ꝓpoſitiōes. ¶ P̄ria Sacrm̄ eucharistie nō eſt vnū vnitate indiuiſibilitatis: q2 ſpēs vini diſtinguunt̃ a ſpēb; panis: z etiā ex verbis differētib; vt p; in cōſecratiōib;. ¶ Scđa ꝓpō Sacrm̄ eucharistie nō eſt vnū vnitate integritatis abſolute: q2 illud dr̄ vnū vnitate itegritatꝭ abſolute: q̄d ꝯſtituit̃ ex pluribꝰ ptib; itegrantib; ipm̄ ſed iſtud nō ꝯſtituit̃ ex plurib; ptibus integrātib; ip;. g̃. ¶ Tertia Sacrm̄ eucharistie dr̄ vnū vnitate integritatꝭ relatiue z q2 cōparatiue: illud dr̄ vnū vnitate integritatis cōpatiue q̄d ordinat̃ ad vnū: ſed ſacrm̄ eucharistie inſtituit̃ ad ſignificandū vnū ſc; corpus xp̄i. g̃ zc̃. talis integritas ordinatiōis vnius diſpoſitiue venit a natura: q2 nec panis eſt p ſe plene reficiēs nec vinu;: ſ; vtrūq; vna plena refectio Iō Gregorius dicit: q2 ſacrm̄ vna ordinatiōe ordinat̃ iō ſtatī dicit. Et p̄ſta vt hoc tuū ſacramētu; zc̃.

Circa diſtinctionē nonā q̄rit̃ p̄mo quot ſint modi mādu cādi iſtud ſcētiſſimū ſacrm̄. ¶ Notandū q̄

grāmatice loq̄ndo iſta tria dr̄n̄t:edo:es:
comedo:ꝛ māduco as. Nā edo es:ec̄: eſt
comedere totalr̄ vl̄ vorare vl̄ turpit̄ co/
medere cibū ſine maſticatiōe. Comedo
aūt ſignat cū alijſ comedere turpiſ vl̄ cū
alijs vorare:ꝛ nō differt ab edo:niſi q2 ſi
gnat cū hoc ſocietatē habere. Māduco
vero eſt idē ꝙ honeſte comedere. ¶ No/
tandū ꝙ in māducatiōe corꝑali tria ſūt.
Prīo eſt cibi maſticatio. Vn̄ ſi q̄s pone/
ret cibū in ſtomacho ſine maſticatiōe ꝓ/
prie nō eſſet māducatio. ¶ Scd̄o eſt cibi
maſticati in ſtomachū traiectio. Tertō
eſt cibi traiecti cū corꝑe incorꝑatio. Si/
milr̄ ī iſto ſacr̄o ſpūalr̄ loquēdo iſta tria
debēt eſſe. Prīo maſticatō ꝑ fidē. Scd̄o
dz eſſe maſticati in ſtomachū traiectio ꝑ
ſpez. Tertio dz eſſe ꝑ charitatē incorꝑa/
tio. Tamen differt a cibo corꝑali:q2 in/
corꝑamus cibū corꝑalē in nos ſz in cibo
ſpūali ſcz in iſto ſacr̄o ↄuertimur in ip̄m
cibū:q̇ eſt xp̄s. Vn̄ xp̄s dixit Auguſtino
cibus ſum grandiū:crede ꝛ me māduca:
nō cōuertes me in te:ſz tu cōuerteris in
me. Notādū p̄terea ꝙ q̄druplex eſt mo/
dus māducādi (ſm doctorē ſubtilē) iſtō
ſctiſſimū ſacr̄m Aliq̇s eīn p̄ot manduca
re ſacr̄m euchariſtie tm̄:ꝛ nō ſacr̄alr̄ nec
ſpūalr̄ vt ſi q̇s ſumeret ſacr̄m iſtud ſicut
aliū cibū nec credēs ibi eſſe corp⁹ xp̄i:nō
dījudicās corp⁹ dn̄i:talis māducat ſacr̄z
ſz nō ſacr̄aliter:nec ſpūalr̄. Scd̄o aliq̇s
p̄ot ſumere ſeu māducare ſacr̄alr̄ ſz non
ſpūaliter vt ſi q̇s exn̄s in pct̄ō mortali re
cipiat ſacr̄z:tn̄ cū fide informi credēs ibi
eſſe corpus xp̄i. Tertio aliq̇s p̄ot mādu
ducare ſacr̄aliter ꝛ ſpūaliter:ſicut ille q̇
cū fide ſe prepat ꝑ purā cōfeſſionē ꝛ ↄtri
tionē de pctīs. Quarto aliq̇s māducat
nō ſacr̄alr̄ ſz ſpūaliter tm̄:ſicut ſunt illi
qui ſunt in gr̄a q̇ ꝓpter reuerentiā aliq̄n
abſtinēt a receptiōe iſtius ſacr̄i:etiā oēs
qui ſunt in gr̄a ꝑ fidē:ſpem ꝛ charitatem
māducāt ſpūalir̄. Vn̄ Auguſtin⁹ Cre/
de ꝛ māducaſti. ¶ Ad q̄ōnez rn̄dr̄ ꝙ du
plex eſt modus māducandi:ſcz ſacr̄alr̄ ꝛ
ſpiritualiter:ꝛ iſti ſunt duo modi princi
pales:ꝛ alij reducunt̄ ad iſta duo.

Secūdo queritur quid

ſit manducare ſpūaliter. ¶ Rn̄ſio Mā/
ducare ſpūaliter eſt cū fide ſpe ꝛ charita
te xp̄o adherere. Vn̄ ſicut in māducatio
ne corꝑali tria ſunt principalr̄ ita etiā in
manducatiōe ſpūali. Maſticatio ſpūal̄
eſt recogitatio cibi ſcz carnis xp̄i ꝓ nobis
expoſite in p̄ciū ad redimendū:ꝛ in cibū
ad reficiēdū. Incorꝑatio vero attendit̄
dū recogitās charitatis amore ei q̇d co/
gitat̄ iūgit̄ ꝛ ſic incorꝑat̄ ꝛ dū incorꝑat̄ re
ficit̄ ꝛ magis aſſimilat̄. Ad h̄ ergo ꝙ q̇s
ſpūaliter māducet req̇rit̄ recogitatio fi/
dei:ꝛ affectio charitatis ꝛ ſic patz q̇d ſit
manducare ſpūaliter.

Tertio querit̄ quid ſit

māducare ſacr̄alr̄. ¶ Rn̄ſio. Manduca
re ſacr̄alr̄ eſt manducare ſacr̄m ita ꝙ re/
quirit̄ intētio ꝛ intētōis regulatio:vl̄ ſm
fidē q̄ eſt in ip̄o vel ſm fidē q̄ eſt in altero
Intentio inquā neceſſaria eſt Si eīn q̇s
iret ad mēſam ꝛ intēderet corp⁹ reficere
ꝛ aliq̇s ꝓ pane cōi ſacr̄m ſibi ſicut panez
offerret:ꝛ intēderet oīno cibū corꝑalē aſ
ſumere nemo diceret eū ſacr̄alr̄ māducaſ
ſe. ¶ Correlariū Mus vl̄ canis ꝛ cetera
aīalia brutalia p̄nt māducare ſacr̄m ſed
nō ſacr̄aliter Neceſſe ē ergo ꝙ illa intē/
tio dirigat̄ vel ſm fidē q̄ eſt in ipſo vel in
altero:q2 vl̄ opz ꝙ credat ꝙ ſub illa ſpē
aliquid ſpūale lateat q̇d ſumere intēdit
vel oz ꝙ ſaltē intendat ſumere q̇d alios
credere eſtimat q̄uis ipſe nō credat.

Quarto querit̄. Utrū

xp̄s māducauerit ſacr̄z q̇libz p̄dictoꝝ mo
doꝝ. Hoc eſt vtꝝ māducauerit ſeip̄m ſa
cramētalr̄ ꝛ ſpūalr̄. ¶ Rn̄ſio ꝑ duas hēt
ꝓp̄ōnes. ¶ Pria Xp̄s māducauit ſeip̄m
ſacr̄alr̄ Vn̄ gloſa ſup illō Leuitici. viij.
Cūq3 de ſanguine arietis ꝛc̄. Gloſa Eſt
cij. primo ſacerdos:deīde filij ſanguie in
tingebant̄:q2 xp̄s in cena prius ſangui/
nē accepit:deīde diſcipl'is dedit. Et rur

ſus ibidē dicit gloſa:bibit et alijs bibere dedit. Itē Eſicius dicit ꝙ xp̄s p̄mo dedit ſibi ne alij potū ſanguis abhorreret ¶ Secūda ꝓpo. Lz xp̄s mādu caverit ſeipm ſacramentalr nō tñ ſpūalr:qꝛ viator(ꝗtū cūcꝗ ꝑfect⁹)qñ māducat ſpūalr iſtud ſacramētū motu vel habitu augmentaṫ in charitate:ſꝫ in xp̄o nō potuit augmētari charitas cū ab inſtāti ſue cōceptionis fuerit ꝯſūmat⁹ in grā ꝛ charitate.ꝗ ꝛc.

Quīto queriṫ. Utrum

mali id eſt pctōres ſumāt corpus xp̄i veraciṫ. ¶ Rñſio Mali recipiūt ſacrm qḋ eſt corp⁹ xp̄i verū:qḋ natū ē de maria virgine:qḋ pepēdit ī cruce qḋ a mortuis reſurrexit ꝛ eſt in cel':tñ nō recipiūt rē ſacrī que eſt vnio in corpe myſtico ꝑ charitatē ſꝫ recipiūt ſacrm ad dānū ſuū: Nā ꝗ mā ducat indigne iudiciuın ꝛc.

Sexto queritur. vtrum

peccator ꝗ eſt in pctō ex certa ſciā mādu cet corpus xp̄i dānabiliter. ¶ Notāduꝫ ꝙ hō pōt eſſe in pctō dupl'r. Uno modo ſciēter qñ bñ ſcit ſe eē in pctō mortali:ꝛ ñ vult penitere nec ꝯfiteri. et iſto mō capitur in qōne. Alio mō pōt eē in pctō igrāter:qñ ſcꝫ ē in pctō mortali tñ igrat ꝛ nō hꝫ memoriā de pctō. Et de iſto mō diceṫ in qſtione ſequenti. ¶ Ad qōnem dicendū ꝙ peccator qui eſt inpeccato ex certa ſcia ſumit ſibi corpus xp̄i ad dānationē nō qꝛ ipſum corpus xp̄i aliquam maculam det aīe:ſꝫ qꝛ peccator ipſum cōtemnit. Unde talis committit duo peccata. Primo cōmittit pctm̄ omiſſionis in hoc ꝙ ſe nō p̄pat debite:nō dijudicans corpus xp̄i. Secundo cōmittit pctm̄ cōmiſſionis:quia contēnit deum.

Septīo queriṫ. Utruꝫ

videre vel tangere corpus xp̄i in peccato mortali ſit peccatum mortale. ¶ Reſpōſio eſt in quattuor propoſitionibus. ¶ Prima Quicūꝗ recipit corpus chriſti in peccato mortali ſciēter peccat mortaliter. ¶ Secunda propoſitio Uidere corpus chriſti in peccato mortali nō eſt peccatum mortale:niſi fiat cum mala intentiōe. ¶ Tertia Tāgere corpus chriſti in mortali peccato(neceſſitate vrgente)non eſt peccatum mortale. ¶ Quarta Tangere corpus xp̄i in pctō mortali (neceſſitate nō vrgēte)eſt pctm̄ mortale

Octauo queritur. vtꝝ

peccator ſumēdo corpus xp̄i mortaliter peccet ¶ Notādum ꝙ queſtio intelligiṫ de peccatore exiſtente in peccato mortali per ignorātiam vel ignoranter. ¶ Ad queſtioneꝫ reſpōdetur(ad predictoꝝ intelligētiā)ꝙ in hoc ſacramento teneṫ ꝑcipiens ſe preparare:qꝛ deus venit ad habitandum in homine. Preparatio autē ſemper eſt ſufficiēs:qñ inimicus dei expellitur de hoſpicio per veraꝫ examinationē et contritōeꝫ ſiue iudiciū pnie in ꝗ pctōr eſt reus ꝛ accuſator ꝛ ē ibi ꝯſcia ſcꝫ deus ꝛ ē ibi arbiter ſcꝫ ipē ſacerdos. Rurſus qꝛ diuia maieſtas ſūma ſe dignatōne humiliat et diuina bonitas offert grām doꝫ homo vltra predicta cū metu reuerentie ꝛ cum omni dilectione accedere ad hoc ꝙ digne māducet. Digne autē māducare eſt ſufficienṫ ſe preparare ſcꝫ cū oīs pctī expulſione cū reuerētia ꝛ dilectiōe Quidam igitur ſunt qui ſe ſufficiēter p̄parāt ſm veritatē ſicut ſunt illi qui fecerūt bonā ꝛ longā examinationem. Unde dicit Scot⁹ ꝙ qui accedit ad iſtud ſacrm doꝫ ſe preparare:ac ſi vellet ad aliqḋ opus arduiſſimuꝫ accedere:vt eſt pro morte eulitanda:hij habent diſplicentiā de peccatis ꝛ voluntatem cauēdi Quidā ſunt ꝗ nō ſufficienter ſe p̄pant ſm veritatē tñ ſufficienter ſe p̄pant ſm ꝓbabilitatem et ſunt illi ꝗ examinant ꝯſciām ſuā ſufficiēter ſm eoꝝ iudiciū:tñ in eis remanet aliqḋ pctm̄ mortale de quo nō habēt memoriā. Et iſti(ſm Bonauen.)nō māducant digne:qꝛ nō ſe p̄pauerūt ſufficienter:nec indigne:qꝛ ſe p̄pauerūt ꝓbabiliter. Tales ꝗuis nō recipiāt grāꝫ:tñ nō

incurrũt offenſam. Sʒ iſta opinio videt̃ eſſe nimis dura Jõ Scot⁹ dicit ꝙ pctm̃ tale delet̃ ꝟtute ſacri ⁊ recipit gr̃aʒ i hoc caſu. Durandus aũt dicit ꝙ tale pctm̃ remittit̃ ꝟtute ſacri vel reducit̃ ad mẽo/riam pctm̃ vt ↄfiteat̃. ⁊ hec opĩo multũ placet. Ad illud qđ obuicit̃ de digne ⁊ in digne ſumẽte: q2 ẽ ibi mediũ: ꝙuis nõ ſit mediũ inter dignũ ⁊ indignũ: ſm̃ tamen Scotũ ⁊ Durandũ nullũ ẽ mediũ: q2 q̃ ſe ꝑparat ſm̃ ꝓbabilitatẽ: recipit gr̃am: ſi coteraṫ de oĩb9. Jtẽ nullus tenet̃ ſuffi cienter ſe ꝑparare: ꝑ ↄñs nullus põt ſcire vtꝝ accedat digne ⁊ in gr̃a. Jõ ſufficit ꝑ paratio ſm̃ ꝓbabilitatẽ: hoc ẽ ſm̃ dicta/men ↄſcie: ⁊ in ħ debet hõ eſſe ↄtent⁹. ꝯ ſm̃ Scotũ talis gr̃am recipit. Jtẽ inde uotus capit̃ dupl̃r. Uno mõ ↄr̃ie vt eſt ille qui accedit cũ ꝓpoſito peccãdi Alio modo ꝑuatiue vł negatiue: ⁊ ƀʒ ille qui caret deuotiõe: ⁊ talis indeuotio nõ im/pedit: q2 habere deuotionẽ nõ ẽ in ꝑtãte noſtra. Ad vltimũ ꝙ iuſtus ex tali ↄſcia ſe reddit magis inhabilẽ nõ ꝑpt̃ culpaʒ ſed ꝑpter ↄſciam erroneã. que quidem ꝙdiu ꝑſiſtit obligat vt nõ recipiat gr̃aʒ ꝑpter ħ ꝙ nõ poteſt cũ hac ↄſcia recipere quin ↄtẽnat. Quidã aũt neutro modo ſe ꝑparãt imo ↄtennũt: ⁊ iſti ſine dubio indigne mãducãt Ap̃ls. ꝑme Coꝛ. xi. Probet aũt ſeipm̃ hõ ⁊c̃. ſcʒ ꝑ diligentẽ examinationẽ ⁊ diſcuſſionẽ ↄſcie ſue per attritionẽ ⁊ diſplicẽtiã de pctĩs ↄmiſſis per purã ⁊ verã ↄfeſſionẽ vocalẽ. ꝑ ꝓpo/ſitũ abſtinendi de cetero a pctõ

Nono queritur Utruʒ

peccet dãnabił̃r qui coꝛp⁹ dñi dat ei quẽ ſcit eſſe pctõꝛem. i. eſſe in pctõ moꝛtali.

¶ Notãdũ ꝙ ille peccat dãnabił̃r qui peccat moꝛtal̃r: q2 pctm̃ moꝛtale ẽ pctm̃ ad dãnatiõeʒ. Sciendum ꝙ dr̃ia ẽ inter manifeſtabile: manifeſtum: ⁊ notoꝛium. Manifeſtabile ẽ illud qđ põt mãifeſta/ri in publico ꝑ teſtimoniũ duoꝝ teſtium Manifeſtũ ꝟo ẽ illud qđ ſcit̃ ꝑ teſtimo/nium duoꝝ teſtiũ Notoꝛiũ aũt põt fieri tripl̃r. Uno mõ fit aliqđ op⁹ notoꝛium ꝑ ſniaʒ iudicis. Scđo mõ ꝑ ↄfeſſionem factã in iudicio: vt ſi quis ↄfiteret̃ pctm̃ ſuũ in iudicio. Tertio mõ ꝑ euidẽtiã rei q̃ nulla tergiuerſatiõe rei põt occultari vt ſi q̃s occiderit hoiem in publico corã hoib⁹ ⁊ oĩbus. ¶ Rñ. Sacerdos debet coꝛp⁹ dñi dare illi quẽ ſcit eẽ pctõꝛem ſi petat in apto: ſi ſit pctõꝛ occult⁹: et ipſe ſolus ſcit. Si notoꝛi⁹ nullo mõ debeat dare ſiue petat ſiue non. Sic̃ dñs dic̃: et Ciprian⁹. Nolite dare ſcm̃ canib9: ꝯ hy ſtrione. Ratio aũt q̃re dꝫ dari ẽ multi/plex. Prima ẽ q2 neſcit an deus occulte opet̃. Scđa ne ꝑdat crimẽ eius: Tertia ẽ ne alios ſcãdalizet. Quarta q2 ius ha bet in facie eccl̃ie: ⁊ tunc tenetur illi ius ſuum petenti reddere.

Circa diſtinctio

nem decimã q̃rit̃ ꝑmo Utꝝ coꝛpus xp̃i ſit i altari ſm̃ ve ritatẽ. ¶ Notãdũ ꝙ altare põt capi multis modis. Pr̃io capit̃ pro ipõ deo ꝟo: trino ⁊ vno: ⁊ ꝯ iſto altari di cit pš. Jntroibo ad altare dei ⁊c̃. i. ibo ad deũ meũ. Scđo mõ capit̃ ꝑ ipõ dño nr̃o ieſu xp̃o Apocal̃. vi. Uidi ſub alta ri dei aĩas interfectoꝛũ. i. vidi ſub prote ctiõe xp̃i aĩas interfectoꝝ. i. martyrum. Tertio mõ capit̃ altare ꝑ glĩoſa ⁊ bñdi cta cruce in q̃ pependit xp̃s. vñ canit̃ in hymno paſcali. Cui⁹ coꝛp⁹ ſciſſimũ in ara crucis toꝛridũ. i. in altari. Quarto mõ ꝑ aĩa cuiuſlibet iuſti exñtis i gratia. Quinto mõ põt capi ꝑ aĩa peccatrice ⁊ iſtud altare ẽ ſacrilegũ. Sexto ꝑ ſta/tu eccl̃ie militãt̃. Septĩo ꝑ illo loco i q̃ i lege veteri offerebãt̃ victĩe. Octauo ꝑ padiſo vbi ſũt aĩe btẽ: ⁊ oĩb9 iſtis modis nõ capit̃ ħ. Nono capit̃ ꝑ illo loco i q̃ vł ſup quẽ ſacerdoſ i noua lege offert coꝛp⁹ Et iſtud ẽ duplex. q̃dã ẽ fixũ: ſic̃ ẽ coĩt̃ in eccl̃ijs: ⁊ tũ reqrit̃ ꝙ ſit lapideũ. Aliđ ẽ altare viaticũ qđ põt poꝛtari: ⁊ reqrit̃ ꝙ

Quīto queriť (ſuppoſito ꝙ per opa facta extra charitatē nō fiat ſatiſfactio nec viuificenť) Utrum homo per ea mereatur aliquid. ¶ Notādum ꝙ ſm Scotū (ſicut dictū eſt in queſtione pcedenti) iſta queſtio preſupponit vnum falſum: q2 ſm Scotum ꝛ modernos doctores p opa facta extra charitatem fit ſatiſfactio: ꝛ viuificanť ꝗtuꝫ ad remiſſionē pene Notandum etiam ꝙ triplex eſt meritū ſcꝫ de ꝯgruo: de digno ꝛ de cōdigno. Meritū de ꝯgruo eſt quādo peccato2 facit qđ eſt in ſe ꝛ pro ſe: ipo ſemper remanente in peccato. Meritū vero de digno eſt quando aliquis iuſtus et in gratia exiſtens o2at: vel aliquid bonum operatur pro exiſtente in peccato: ꝛ iſtud eſt melius ꝗ3 primuꝫ. Meritum autem de condigno eſt quando aliquis exiſtens in gratia o2at: vł aliquod opus bonum operatur pro ſeipſo ꝛ iſtud meritum eſt optimum. ¶ Reſponſio Peccato2 apud deum nihil meretur de condigno: ſed tamen mereri poteſt de ꝯgruo. peccato2 aliquando facit bonum opus in genere propter vanam gloriaꝫ: ex hoc opere non meretur mercedem: ſed penaꝫ quia procedit ex contumelia. Aliquando autem facit opus bonum ad dei gloriam: ꝛ propter amo2em dei quem habꝫ et hoc non poteſt eſſe ſine aliqua gratia gratiſdata: que diſponit de congruo ad gratiam gratūfacientem quam deus acceptat: et ex hoc meretur de congruo: q2 facienti quod in ſe eſt: nunꝗ3 deus deficit. Etiam nullum malum impunitum: et nullum bonum irrenumeratum.

Sexto queriť. Utrum bona opera facta extra charitatem valeant ad tollerabilio2em penam. Hoc eſt ſuppoſito ꝙ nō remunerentur in hoc mūdo. Utrum valeant ad tollerabilio2em penam infernalem. Notādū ꝙ opera facta extra charitatē valēt ad ſex. Pᵒ ad tꝑaliū multiplicationē Eſaie. i. Si volueritis ꝛ audieritiꝫ me bona terre comedetis. Scđo ad tꝑalis pene diminutionem. iij. Regū. xvi. Nōne vidiſti achab co2ā me humiliatū. icirco nō inducā ꝛc. Tertio ad grē impetrationē: ſicut raab inuenit grām ꝑpter opera q̄ nūcijs fecit Joſue. vi. Quarto ad bone vite aſſuefactionē Trenoꝝ. iij. Bonuꝫ eſt viro cum po2tauerit iugum ab adoleſcētia ſua. Quinto ad peccati reſiſtentiam: q2 peccatū trahit ſuo pondere ad aliud. Eccl. iij. Ignēꝫ ardentē extinguit aqua: ꝛ elemoſyna reſiſtit pctō. Sexto valēt ad tollerabilio2em penam eternā: nō q2 diminuant penā que eſt in inferno: ſed valent ad tollerabilio2em penā ex cōſequēti: q2 niſi feciſſent illa bona: maio2a pctā cōmiſiſſent: ꝛ cū maio2i cōcupiſcētia: q2 bona opera diminuūt cōcupiſcentiam. Et ſic pꝫ ꝙ illa bona opera valēt ad tollerabilio2em penam.

Septīo queriť quid ſit ſatiſfactio. Un̄ Aug. ſic eam deſcribiť. Satiſfacere eſt pctōꝝ cauſas excidere: ꝛ earum ſuggeſtionib9 aditū nō indulgere Et ꝯtinet iſta deſcriptio ſeu notificatio tria. Pᵒ cōtinet ꝙ ſatiſfactio ſemꝑ reſpicit pctm̄: ꝛ eſt ſꝑ ꝓ pctō. Un̄ q̄ non hꝫ pctm̄ nō pōt ſatiſfacere. Scđo ꝯtinet ſatiſfactio emēdā pn̄tē de pctīs cōmiſſis: et hoc tangiť cū dr̄ Satiſfacere eſt pctōꝝ ū cauſas excidere. id eſt remouere ꝑ dolo2em. Tertio ſatiſfactio ꝯtinet firmū ꝓpoſitū de futuro ꝛ hoc tāgiť cū dr̄: ꝛ eoꝝ ſuggeſtionib9 aditū nō indulgere. Item Anſhelmus Satiſfacere eſt hono2ē debitū deo īpēdere ſupple: pro pctō nā illa diffinitio Augu. reſpicit receſſuꝫ a malo Iſta ꝟo anſhelmi reſpič acceſſū ad bonū

Octauo queriť cui ſit

facienda ſatiſfactio. ¶ Rñdet breuiter: ꝙ ſatiſfactio ꝓncipaliter fit deo: qꝛ deꝰ iniuriatur per culpã: qꝛ pctm̃ eſt ſpreto incõmutabili bono rebus cõmutabilibꝰ adherere. Hec Auguſti. Uide textum.

Nono queritur per qualia opera debeat fieri ſatiſfactio.

¶ Rñſio Satiſfactio dꝫ fieri per opera penalia ꝛ laborioſa. Et hoc propť quattuoꝛ que ꝓlixe habentur in textu.

Decio queriť per que opera contingat ſatiſfacere.

¶ Notãdũ ꝙ tria ſunt per que debemus ſatiſfacere ſcꝫ per orationẽ ieiunium ꝛ elemoſynaꝫ. ¶ Notandum etiã ꝙ ieiuniũ capiť duobus modis. Primo modo ieiuniuꝫ diciť quoddã inteſtinuꝫ tenue in quo nihil recipitur: ſed eſt ſemper vacuũ: ꝛ de iſto nõ eſt queſtio. Scďo modo ieiuniũ dicitur abſtinẽtia a cibis vel vicijs. Et iſtud eſt duplex. Quoddã eſt ſpũale ꝛ illď eſt abſtinẽtia a quolibet pctõ mortali: ꝛ de iſto ieiunio quilibet viatoꝛ tenetur ieiunare ad ſemper ꝛ pro ſemper. Et iſtud ieiunium eſt neceſſariũ ad ſaluteꝫ. In iſta parua deſcriptione ſunt due particule. Prima eſt abſtinẽtia: et ponitur loco generis. Secunda particula a quolibet peccato mortali. Ex quo ſequiť ꝙ quilibet viatoꝛ tenetur ſemper ieiunare iſto ieiunio: vt dictũ eſt: ꝛ iſtud eſt principale ieiuniũ: ꝛ de iſto ieiunio nõ eſt hec queſtio. Aliud eſt ieiunium corpoꝛale et ſic diffinitur a dioniſio. Ieiunium eſt parſymonia victus abſtinentiaqꝫ ciboꝝ. In qua due ponũtur particule: ſed ſecũda exponit primam. Et iſtud ieiuniũ corpoꝛale non eſt neceſſarium ad ſalutem nec obligat ad ſemper nec pro ſemꝑ. Unde poſſibile ẽ ꝙ hõ nũqꝫ ieiunet corpaliter ſeu ieiunio corꝑali: tñ nõ eſt trãſgreſſoꝛ ꝓcepti eccľie pꝫ qꝛ non teneť ad ſꝑ. Scďo qꝛ poſſibile eſt aliquẽ eſſe conſtitutũ in tali neceſſitate corꝑali vel ex infirmitate ꝙ non poterit ieiunare: ꝛ lex diuina nõ obligat ad ĩpoſſibile. Et de iſto ieiunio corpoꝛali eſt hic queſtio. Notãdũ igitur ꝙ triplex eſt ieiunium corpoꝛale. Quoddam eſt ieiunium nature: ꝛ eſt quãdo aliquis eſt ieiunus: qꝛ illa die non comedit eſt autẽ iſtud ieiuniũ neceſſariũ volenti celebrare. Aliud eſt ieiuniũ virtutis: ꝛ ẽ actus abſtinentie virtutis regulatus ſm̃ dictamẽ recte rationis: vt ille qui ſobrie comedit: ꝛ de iſtis nõ ẽ queſtio. Tertiuꝫ eſt ieiuniũ eccľie: qď inſtitutuꝫ eſt ad macerandum carnem pro peccatis: ꝛ eſt afflictio carnis ſm̃ guſtuꝫ et de iſto eſt hic queſtio. ¶ Notanduꝫ inſuper ꝙ triplex eſt oratio ſcilꝫ logica rhetoꝛica ꝛ de iſtis nõ eſt q̃ſtio. Tertia vero eſt oratio theologicalis ꝛ ſm̃ theologos eſt piꝰ: ꝛ humilis affectus mentis in deũ directus. Ibi affectus ponitur loco generꝫ: qꝛ proprie oratio ſtat in affectione. Dicitur pius. Unde ille pie orat qui deuꝫ perfecte diligit. Mentis ibi tangitur ſubiectum: ꝛ dicitur mens ab emineo: es. Unde oratio ſtat in ꝑte intellectuali ꝛ nõ ſenſitiua In deum directus: ibi tangitur obiectũ: ſcilicet deus. Pro tertio termino (qui eſt elemoſynam) ¶ Notanduꝫ ꝙ triplex eſt elemoſyna ſcilicet in coꝛde: ĩ oꝛe: ꝛ in opere. Elemoſyna in coꝛde eſt miſericoꝛdia in coꝛde compatiendo proximo: et dicitur ab elemon quod eſt miſericoꝛdia: et ſina: quod eſt mandatum: quaſi mandatum miſericoꝛdie. Sꝫ elemoſyna in oꝛe eſt ad conſolandum verbis proximum. Elemoſyna vero in opere fit ſubueniendo proximo in neceſſitate. Et ſic diffinitur eſt opus quo datur quid indigẽti: ꝑ compaſſionem ꝛ propter deum. Une elemoſyna poteſt fieri triplici bono fine. Uno mõ ex naturali pietate: ꝛ iſta ẽ in aĩalibus brutis: ꝛ iſte finis ẽ bonus. Secũdo mõ ex iuſticie ꝟtute: qꝛ iuſtũ ẽ ſubuenire populo chriſtiano: et iſte finis eſt melioꝛ. Tertio mõ poteſt fieri ex amoꝛe dei ꝛ iſte finis eſt optimus. Finaliter ſcꝫ

endū ꝙ duplex ē elemoſyna .quedā ē ele/
moſyna corꝑal':z eſt ſeptuplex. Vn̄ verſus
Viſito poto:cibo:redimo:colligo:veſtio
cōdo:Viſito ſcꝫ infirmos:poto ſitiētes:
cibo eſurientes:redimo incarceratos:col/
ligo errantes:veſtio nudos:et condo:id
eſt ſepelio mortuos. Alia eſt elemoſyna
ſpiritualis:z illa ſimiliter eſt ſeptuplex.
Vnde verſus. Conſule caſtiga:ſolare:
remitte:fer:ora:et hijs additur compaſ/
ſio. Conſule:id eſt doce ignorantem:ca/
ſtiga delinquentē:ſolare:id eſt conſola/
re triſtem:remitte delinquentibus in te:
fer id eſt porta infirmitates aliorū:ora
pro proximo. ¶ Reſponſio ad queſtio/
nem. Contingit ſatiſfacere per ieiuniū
orationem z elemoſynā:z omnes alij bo
ni actus reducuntur ad iſtos tres. Vn̄
prime epiſtole Johannis ſecūdo. Om/
ne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcē
tia carnis:ꝯ quā eſt ieiuniū:aut eſt con/
cupiſcētia oculoꝝ ſcꝫ auaricia ꝯtra quā
eſt elemoſyna:aut eſt ſuperbia vite con/
tra quam eſt oratio.

Undecimo queritur de

quibus debet fieri elemoſyna. ¶ Dicen/
dum ꝙ debet fieri de bonis proprijs:iu/
ſte acquiſitis et neceſſarijs:ſupple ſm cō/
munem vſum viuendi. Vnde ſm Sco/
tum Nullus poteſt dare pecuniam fra/
tribus minoribus. ¶ Correlarium Fra
tres minores non poſſunt facere elemo/
ſynam:quia nihil habent proprium.
¶ Secundum correlarium Aleatores
et vſurarij nō poſſunt facere elemoſynā
de male acquiſitis:ſed potius tenentur
reddere ꝙ̄ dare.

Duodecimo queritur.

Utrum ieiunio contingat ſatiſfacere.
¶ Reſponſio Ieiuniū eſt opus ſatiſfa
ctorium:ſm ꝙ ipſe dominus dicit Ma/
thei.xvij. Hoc genus demoniorum non
eijcitur niſi in oratione z ieiunio. ¶ No
tandum ꝙ ieiunium valet ad quattuor.
Primo vt corpus ſpiritui non repugnet
contumaciter. Prouerbiorū.xxix. Qui
delicate a pueritia nutrit ſeruum ſuum
ſentiet illum contumacem ſeruum:id eſt
corpus. Secundo valet vt corpus ſpiri
tui totaliter ſubijciatur. Prime corin/
theorum nono. Caſtigo corpus meum:
et in ſeruitutem redigo zc. Tertio valet
vt corpus non crucietur eternaliter Eccl.
ſecundo. Eſt qui multa redimat modi/
co precio:z Ezechielis quarto. Diem ꝓ
anno dedi tibi. Quarto vt corpus glo/
rificetur eternaliter:ſecunde corinthio/
rum quarto. Id enim quod in preſenti
eſt momentaneum et leue tribulationis
noſtre ſupra moduꝫ in ſublimitate eter/
num glorie pondus operatur in nobis.

Tredecimo queritur.

Utrum contingat ſatiſfacere oratione.
Et cum duplex ſit oratio ſcilicꝫ vocalis
et mentalis queritur que magis ſit ſatiſ
factoria. ¶ Notandum ꝙ triplex eſt ora
tio:quedam eſt pure mentalis:quādo la
bia non mouentur ſed cor ad deum loqui
tur. Alia eſt pure vocalis et eſt quando
hō nihil cogitat:nec in gn̄ali nec in ſpāli
ita ꝙ nō referat ad ſenſum vboꝝ vl' ad fi
nē intētionē:ſed cū orat fabricat caſtra
et ſic mentalis excedit ſimpliciter voca/
lem z paruꝫ valet. Alia eſt mixta in qua
ſcilicet orat mentaliter et vocaliter:z de
iſta eſt diſtinguendum:quia aut verba
illa impediunt affectum:quia ſcilicet ſic
inflammatus eſt ꝙ verba impediunt af/
fectum cordis: tunc oratio mentalis eſt
melior z vtilior. Si autem verba vnian
tur:ita ꝙ nō impediāt:tūc vtilior eſt vo
calis:et multi ſunt tales:z maxime illi q̄
nō ſunt ſpirituales:ad quoꝝ affect⁹ ꝓuo
cādos inſtitute ſunt vocales orōnes. Si
q̄raſ q̄ oratio ſit ſatiſfactoria. ¶ Rn̄ſio
Credo ꝙ oīs orō ſit ſatiſfactoria.q2 nul
la eſt in q̄ nō laborēt vires aīales:z quā

tum delectaꝛ ſpũs tñ caro frequẽter ta/beſcit. Firmiter aũt teneo ꝙ illa inter ceteras eſt ſatiſfactoꝛia: in qua accedit bõ ad gemitum Grego. Amoꝛes in cõpunctione gemitus: nõ oꝛnata verba reſonare. Mathi. vi. Oꝛantes nolite multum loqui: ſicut ethnici faciunt. ¶ Regula Omnis oꝛatio vocalis reqrit oꝛationez mentalez: ſed nõ econuerſo apud deũ enim nõ eſt agendum verbis: ſʒ affectibus.

Ultimo queritur. Utrum reſtitutio ſit ps ſatiſfactionis. ¶ Notandum ꝙ reſtitutio eſt redditio alicuiꝰ rei bone ꝛ vtilis: que fuit iniuſte ablata vel iniuſte detenta. ¶ R̃ñſio Reſtitutio nõ eſt pars ſatiſfactiõis: ſed fundamentum Pꝛo quo ſciendũ ꝙ quedã requiruntur ad penitẽtiã ſiue ſatiſfactiõem vt fundamenta ꝛ talia ſunt pctĩ dimiſſio: ꝛ aliene rei reſtitutio. Et iſta reſtitutio non põt imponi a ſacerdote pꝛo pnĩa ꝛ ſatiſfactione: qꝛ iam obligaꝛ ex lege diuina. Quedam requirũtur vt expediencia: vt vitare pꝛauã ſocietatẽ. Quedã vt ſatiſfactoꝛia: vt ieiuniũ et elemoſyna. Alia ſũt perficientia: vt ſunt opa ſupererogationis. Et iſta non ſunt neceſſaria Luce. x. Quodcũqꝫ ſupererogaueris reddam tibi. Ex quo ſequitur ꝙ non ſunt neceſſaria niſi de congruo.

Circa diſtinctionem ſedecimaȝ queritur de cõtritione: ꝛ pꝛimo qñtũ ad quidditatem. Uñ mgr̃i dicunt ꝙ cõtritio eſt doloꝛ voluntarie pꝛo pctis aſſumptus. Scotus dicit Contritio eſt deteſtatio ſeu diſplicentia pctõꝝ a ſe cõmiſſoꝝ: libere elicita a volũtate ad placandã diuinã offenſam. ¶ Ad qõnez reſpõdeꝛ ꝙ ſicut pctm̃ perpetraꝛ per cõſenſum ſic econtra deleꝛ ꝛ deſtruitur per diſſenſum voluntatis rationalis. Et qꝛ diſſenſus ab ea re quã impoſſibile eſt nõ eſſe generat doloꝛem ſicut dicit Auguſtinus. Ideo dicendum ꝙ ꝯtritio eſt doloꝛ per eſſentiam. Sed attendendum ꝙ doloꝛ dicitur dupliciter. Uno modo eſt ipſe diſſenſus voluntatis. Alio modo eſt paſſio reſultans ex illo diſſenſu: per queȝ pꝛorumpit homo in lachꝛymas: ꝛ ille diſſenſus eſt de eſſentia cõtritionis: ſed illa paſſio eſt effectus eius. Notandum etiã ꝙ aliquis poteſt habere diſplicentiã de peccato a ſe cõmiſſo dupl̃r. Uno modo ipſo exiſtente adhuc in peccato et vocaꝛ attritio: ꝛ eſt actus infoꝛmis: qꝛ nõ fit in gratia licet ſit bonus: qꝛ eſt neceſſariꝰ ad ſalutem. Alio modo aliquis poteſt habere diſplicentiam ipſo exiſtente in gratia: ſcilicet poſt confeſſionem: ꝛ vocatur contritio. Demum notandum ꝙ ad veram contritionem quattuoꝛ requiruntur. Pꝛimo requiritur diſplicẽtia de peccatis a ſe commiſſis. Secũdo doloꝛ qui concomitatur illam diſplicentiã. Tertio pudoꝛ de peccatis non de confitẽdo ipſa peccata. Quarto ſequitur gaudiũ de contritione quam habet.

Secũdo queritur. vtrũ ꝯtritio ſit in genere moꝛis: id ē ſit actus virtutꝫ. ¶ Reſpõſio Cõtritio eſt actus virtutis moꝛalis ſcilicet iuſticie: quia ptinet iuſticie deteſtare peccatum: ꝛ eſt motus ſpecialis virtutis ſcꝫ patientie.

Tercio queritur de contritione quo ad quãtitatem. Utrum neceſſe ſit doloꝛem contritionis eſſe maximum. ¶ Notandum ꝙ doloꝛ poteſt dici dupliciter maximus: et ſic dicendum eſt de omni ſuperlatiuo. Uno modo poſiti ue ꝛ affirmatiue: ꝛ tũc eſt ſenſus doloꝛ cõtritionis eſt magnus et omni alio maioꝛ Alio modo negatiue: ꝛ ē ſenſus. Doloꝛ contritionis eſt magnus et nullus eſt eo maioꝛ. ¶ R̃ñſio ad queſtionẽ Doloꝛ poteſt dici diſplicentia de pctõ: ꝛ eſt diſſenſus voluntatis. Uel poteſt dici paſſio ex hoc reſultans: ꝑ quã ꝓꝛũpit hõ ad lachꝛi

mas. Si ergo accipiatur dolor hoc ſcdo modo. Dicendū ē q̄ nō ē neceſſe magis dolere de pctō q̄ꝫ de damno tpali: nec etiaꝫ neceſſe ē dolere: q2 nō ē in ptāte cuiuſlibet: tamen q̄ aliquis magis doleat de pctō q̄ꝫ de aliquo damno: ē perfectionis ꝛ ꝯgruū: non tamen neceſſariuꝫ. Si autē dolor accipiatur pmo mō ſcꝫ p diſſenſu voluntatis. Dicendū ē q̄ ſicut habens charitatē debet diligere ſup omia .ſ. q̄ p nullo dāno vel cōmodo velit offendere deū: ſic intelligendū ē de diſplicentia cōtritionis: q2 ſic debet hō deteſtari pctm̄ cōmiſſum q̄ p nulla re mundi debuiſſet illud cōmiſiſſe.

Quarto queritur. Utrū

poſſibile ſit in dolore cōtritionis cadere exceſſum .i. q̄ cōtritio ſit nimia. ¶ Reſolutio ſtat in trib9 dictis ꝛ ī vna diſtinctione que talis ē. Contritio capitur dupliciter. Uno modo vt ē dolor put ē diſplicentia volūtatis rōnalis. Alio modo vt ē dolor ꝛ paſſio redūdans inſenſualitatem. ¶ Primuꝫ dictū. Contritio put eſt diſplicentia de pctō cōmiſſo pōt eſſe nimia: quia ſicut nemo pt nimis amare deū: ita nemi pōt nimis diſplicere pctm̄ q2 ē ꝯtra deū. ¶ Scōm dictū. Cōtritio vt ē paſſio redundans in ſenſualitatem: vix aut nunq̄ꝫ ē nimia. ¶ Tertiū dictuꝫ. Poſſet eſſe tantus dolor in pte ſenſitiua q̄ nemo poſſet ſufferre niſi abbreuiando vitā ſuā.

Quinto queritur Utrū

cōtritio ſit mot9 inſtantane9 vel ſucceſſiuus. ¶ Rñſio. Poſſum9 loqui de cōtritione tripli'r. ſcꝫ quantū ad durationem q̄ꝫtū adeſſe: ꝛ q̄ꝫtū ad ſuū fieri. Tunc dr q̄ ꝯtritio q̄ꝫtum ad duratione ē ſucceſſiua. Unde q̄ꝫdiu hō viuit ſemp debet cōtritionē querere ꝛ habere de pctis (ſi recordatur ſaltem) q̄ꝫtum ad ſuum fieri. Quandocunq̄ꝫ enim habet recordationem de pctis ꝯmiſſis debet habere ꝯtritionē ꝛ dolere de illis. Contritio autem q̄ꝫtum ad ſuum eſſe ē ſubſtātanea: quia ꝯtritio ē actus pmanens.

Sexto queritur vtrum

homo debeat ſemp conteri ¶ Rñdetur q̄ (ſicut dicit Hugo) Cum deus abſoluit hominē a culpa: ligat eū vinculo perpetue deteſtatiōis: tenet eñ ſemp malū quod fecit deteſtari. Sed q2 deteſtatio talis eſt pcepti affirmatiui quod ſemp obligat ſed nō ad ſemp. Ideo dico q̄ tenetur cōteri ſed nō ad ſemp: ſed p loco ꝛ tpe: vicꝫ cum recogitat pctā ſua in quibus offendit deū.

Septio queritur. vtrū

cōtritio poſſit intendi ¶ Notandum q̄ intentio poteſt capi quinq̄ꝫ modis: ſicut prolixe dictū ē diſtinctiōe ſexta. queſtione .xiiij. tertij hui9. Sed hic capitur intentio pro omni mutatiōe augmētatiua: vt pfectiua ꝛ intenſiua: ſm quā aliqua forma pficitur: ſuſcipiendo plures grad9: vt calor in igne dicitur augmentari ꝛ minui. ¶ Reſponſio. Contritio poteſt intendi. Unde ſicut certum eſt charitatē augeri: ita ꝛ penitentiā: ac per hoc contritionem augeri ꝛ intendi.

Octauo queritur Utruꝫ

per contritionē plus vel intenſius oporteat cōteri de vno pctō q̄ꝫ de alio ¶ Reſpondetur q̄ de contritione poſſum9 loqui dupliciter. Uno modo vt eſt deletiua culpe. Alio modo vt ē deletiua pene Si loquamur de contritione vt eſt deletiua culpe: ſic operatur in inſtanti cōtra omne pctm̄ cōmiſſum: ſed in actu nō poteſt habere ordinem reſpectu ſpecialiuꝫ pctōꝝ: igitur contritio q̄ꝫtum ad deletionem culpe non intenditur plus vel minus. Si autem loquamur de contritione vt eſt deletiua pene: tunc oportet conteri per contritionem plus vel intenſius ſm qđ peccatū ē magnum vel pūū.

Nono queritur Utruꝫ ſit neceſſe penitere ⁊ dolere pro originali pctō. Rñſio. De originali pctō poſſumus loqui dupl'r. ſcꝫ ꝯmuniter ⁊ ſpēaliter. Si cōmuniter vt ē in omnibus. ſic ad eius deletionē nō requiritur aliquis actus ex parte illius in quo eſt vt pꝫ in puulis. Si autē loquamur ſpēalit' quātum ad adultos: hoc poteſt eē dupliciť aut tales adulti ſe habere neſciūt: ⁊ tūc nō oportet ꝙ aliquis actus deteſtatiōis interueniat nec teneň penitere. Aut tales adulti ſciunt ſe habere pctm̄ originale: tunc ꝯgruum ē ꝙ ſibi diſpliceat: quia eſt ꝯ deū: tamē nō ē neceſſariū penitere.

Decimo queritur vtrū adultū accedentē ad baptiſmū cū actuali (ſicut patet de iudeo exiſtēte in pctō mortali accedente ad baptiſmū) neceſſe ſit ante ſacramentū penitentie accipere ꝗꝫ baptiſmi. ¶ Rñſio. Penitentia capiť dupliciter vno modo vt ē virtus cuius actus ē cōtritio: ⁊ tunc neceſſe ē ꝙ precedat baptiſmū in adulto qui habꝫ actuale pctm̄. Nemo enim inchoare pōt nouam vitā niſi cū peniteat veteris vite. Alio modo capiť penitentia vt ē ſacramentū ſcḋm qḋ homo ꝯfitetur vt recipiat abſolutionē: tunc non ē neceſſe p̄cedere ſed de ꝯgruo poteſt. Fit enim ꝯfeſſio ſacerdoti propter tria. Primo vt homo erubeſcat. Secūdo vt pctā ſua recognoſcat. Tertio vt de eoꝝ remiſſione deo ingratus non exiſtat: ⁊ ꝗꝫtum ad hoc congruum ē ſed non neceſſe: nec debet ſequi abſolutio nec ligatio: qꝛ oīno abſoluiť in baptiſmo. igitur penitentia ꝗꝫtuꝫ ad ꝯtritionē precedit neceſſario: ꝗꝫtū ad cōfeſſionē: de ꝯgruo ⁊ quātum ad abſolutionē ⁊ ſatiſfactionē neutro modo.

Undecīo queriť de penitentia poſt baptiſmū. Utrū de mortalibus per ignorantiaꝫ ꝯmiſſis neceſſe ſit penitere. ¶ Rñdetur ꝙ penitere de aliquo eſt dupliciter ſcꝫ in generali ⁊ in ſpeciali. In generali quādo homo dolet generaliter de omni offenſa dei quā ſibi fecit. In ſpeciali autē quando dolet de hac vel illa. Dicendū ē ergo ꝙ de pctis ꝯmiſſis p ignorantiā debet penitere ī generali ⁊ dicere cū propheta. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignorantias meas. ⁊c̄. In ſpeciali vero nō teneť penitere ſꝫ tenetur facere qḋ in ſe eſt vt ſciat ⁊ peccata recognoſcat. Cōmittūť enim pctā dupliciter. Uno modo per ignorantiā iuris: ⁊ tunc cognito iure ſcit hō ſe peccaſſe vtputa qui fornicat' ē: ignorans illud eſſe pctm̄ tn̄c debet penitere poſtea. Secūdo mō ꝯmittunť pctā per ignorantiā facti: diligentia debita non adhibita. et tunc quādo cognoſcuntur domino reuelante debet penitere: vt ſi hō proĳciēdo lapidem: ipō neſciente occideret hominem: tunc ex quo nō facit prius diligentiā reſpiciendi ante proiectionē lapidis teneť orare: vt dn̄s reuelet ⁊ parcat ei.

Duodecimo queritur. Utrū de pctīs ſcienť ꝯmiſſis ⁊ poſtmodum oblitis teneať homo cōteri an poſſit de talibus ſine penitentia ſaluari. ¶ Rñdetur ꝙ oblitus: aut ē oblit' omnino ita ꝙ nō recordatur nec in generali nec in ſpeciali: aut oblitus eſt tm̄ in ſpeciali ſed tamen in generali recordatur. Si oblitus eſt in ſpeciali ſolum vt quādo ſcit bene ſe ꝯmiſiſſe aliquod pctm̄ in tali tempore: ſed tamen non poteſt bene diſcernere quale fuit: tunc tenetur in generali de negligentia ſua. Si autem ſit oblitus in generali ⁊ ī ſpeciali: adhuc tenetur penitere: quia debet hō probabiliter credere ꝙ in multis offendit quoꝝ nō recordatur: et ſic ex illa eſtimatione doleat: ſicut ſi certus eſſet tamen debeť in omnibus iſtis adhiberi diligentia.

Tredecimo queritur.

de penitentia venialium. Utrū veniale poſſit fieri mortale. ¶ Notādū ꝙ pctm̄ veniale ſic pōt diffiniri. Pctm̄ veniale ē aliqđ factum dictum vł ꝯcupitum contra monitionē diuinā: cui correſpondet ſm leges ſapientie diuine punitio ſolū temporalis pene. ibi ꝯtra monitionē diuinam ponit ad differentiā pcti mortalis qđ ē ꝯtra legem dei. ¶ Ad queſtionē rn̄ſio. Triplex ē genus pcti venialis. Quoddā enim ē ex ſurreptione: ꝛ ideo veniale: quia vitari nō poteſt tunc: tamē multi ſunt doctores moderni dicentes ꝙ primi motus nō ſunt pctā venialia ſꝫ homo in hoc meret reſiſtendo Aliud eſt ex cogitatione ſine cōſenſu: ꝛ iō veniale: quia nō plene ꝯſentit hō in cogitatione Tertium ē veniale cum ratione ꝛ cum ꝯſenſu: ſed tamen ideo ē veniale. qꝛ non eſt deordinatio ꝯtra preceptū diuinum vt mendacium iocoſum: ꝛ ebrietas. Cū igitur queritur: vtrū veniale fiat mortale: ſi intelligat ꝙ hec culpa ꝑ eſſentiam fiat illa nulla eſt queſtio: qꝛ hoc eſt impoſſibile. Si autē intelligat ꝙ illud qđ alias erat veniale poſſit fieri mortale, vt mendaciū iocoſum ꝛ ebrietas. Dico ꝙ quoddā fit mortale ꝛ quoddam non fit mortale. Primū igitur veniale qđ committit preter rationem nunꝙ fit ſeu eſt mortale pctm̄. Sed ſecundo modo veniale ꝑ delectationem citra ꝯſenſum fit mortale per ꝯſenſum: ꝛ ita per complacentiam ſm ꝙ placitum dicitur ꝯſenſus vt ſi aliquis cogitans đ aliqua muliere habeat ꝯplacentiā ꝛ aduertat: tunc illa delectatio deliberata pōt eſſe mortalis. Tertiū veniale qđ ē per delectationem citra deum qđ fit cū ꝯſenſu poteſt fieri mortale per libidinē magnā ſicut mendacium iocoſum: vt ſi aliquis eēt aſſuefactus cū libidine ꝛ delectatione dicere mendacia iocoſa. Auguſtin⁹. Plura venialia obruūt: nō ꝑ ſe ſed qꝛ diſponunt ad libidinē nō diſpoſitione neceſſitatis: ſed ꝓnitatis.

Quartodecimo queritur de penitentia venialiū ꝗtū ad neceſſitatē remedij. vtrū teneat quis penitere de venialib⁹. ¶ Rūdet ꝙ (ſicut tactū eſt) tria ſunt gnā venialia. Quedā ſūt ex ſurreptione ꝛ de his nō tenemur penitere niſi de ꝯgruo. Quedā ſunt ex cogitatiōe ſine ꝯſenſu quibus ſi ꝯſentiat incidit homo in mortale ꝛ đ talib⁹ tenetur homo penitere nō ſimpliciť ſed in caſu ſiue ꝓ loco ꝛ tempore qn̄ recogitat ea ne ſi ꝯſentiat cadat. Quedā aūt ſūt venialia que ꝑ ſui multitudinē augent libidinem: ſicut illa in quibus eſt ꝯſenſus: ſed deordinatio infra deū: ꝛ nō ꝯtra deum ſicut mendacia iocoſa: ꝛ de talibus tenet hō penitere ne multiplicent ꝛ hō ꝑiculo ꝛ diſcrimini ſe cōmendet. Sciēdū autē ꝙ penitere nō capit hic ꝑ ꝯfiteri

Circa diſtinctionē decimāſeptimā ꝗrit pꝛio Utꝝ ad iuſtificatoꝫ impij ſit neceſſaria infuſio gratie ¶ Notandū ꝙ iuſtificatio pōt capi tripliciter. Uno mō idē ē ꝙ ad grām ꝑparatio: ſic ē qn̄ aliquis habet attritionē de pctis ſuis: ꝛ iſto mō non intelligit ꝗſtio. Alio mō capit iuſtificatio vt ē grē infuſio. Tertio mō pōt capi iuſtificatio vt ē in iuſticia exercitatio: ſic dicim⁹ ꝙ iuſt⁹ ex fide viuit ¶ Rn̄. Ad iuſtificatoꝫ ipij ē neceſſaria gre infuſio: qꝛ ſic de⁹ de ſua mīa ꝛ bonitate decreuit ꝙ qn̄ iuſtificat impiū etiam dat grām: Ad Roma. iij. Juſtificati ꝑ grām ipſius

Secundo querit. vtrū ad iuſtificationē ſit neceſſari⁹ mot⁹ liberi arbitrij. ¶ Notādū ꝙ liberꝫ arbitriuꝫ noīat duo inꝗtū liberꝫ noīat volūtateꝫ inꝗtū aūt arbitriū noīat intellectum. ¶ Rn̄ſio. Sicut iuſtificatio nō ē niſi volentis: ſic etiaꝫ eam deus nō dat niſi volenti: dum ſit in ſtatu tali ꝙ conſentire

z diſſentire poſſit: ideo ad ſuſceptionem iuſtificationis in adulto requirit motuſ liberi arbitrij ſm quē cōſentit grā. Unde Bern. de libero arbitrio. Opus ſalutis duo requirit. ſ. deū dantē: z liberū arbitriū recipiens z conſentiens. Auguſtinus. Qui creauit te ſine te: nō ſaluabit te ſine te. ſeu nō iuſtificabit te ſine te. ¶ Notandū q̄ prim⁹ motus per quē cōſentit homo gratie eſt motus fidei. Ad Roma. v. Iuſtificati ꝑ fidez gloſa. id ē motu liberi arbitrij qui ē ex fide. Ideo dicit Actuū. xv. Fide purificante corda quia motus fidei primo requirit ad purificationē.

Tertio queritur. vtrū

ad iuſtificationē neceſſaria ſit cōtritio. ¶ Rñſio. Loquendo de iuſtificatiōe ꝑut eſt infuſio grē reqrunt q̄ttuor ad iuſtificatōz duo a deo. ſ. expulſio culpe: et infuſio grē: z duo a nob. ſ. liberi arbitrij cōmotio z pcti ꝑ ɔtritionem deteſtatio. Ps. Cōmouiſti terrā z conturbaſti eaz ſana cōtritiones q2 cōmota ē. Cōmouiſti terrā: ibi tangitur motus liberi arbitrij: quando homo cognoſcit ſe peccaſſe z per motum fidei credit q̄ deus pōt ei indulgere: cōturbaſti eā: ibi tangitur deteſtatio pcti per cōtritionē. Sana cōtritiones: ibi tangitur expulſio pcti q̄ fit a deo. quia cōmota: ibi tangit infuſio gratie: q2 ꝑ infuſionē gratie homo ponit in pace z quiete z remouet cōmotio.

Quarto querit Utruz

ad iuſtificationē neceſſaria ſit confeſſio. ¶ Notandum q̄ duplex ē cōfeſſio. ſ. laudis z fraudis. Cōfeſſio laudis eſt q̄dam gloria z iubilatio per quā magnificatur z benedicitur deus cum omni gratiarū actione omnimoda. Pſalmiſta. Confitemini domino quoniā bonus. Confitebor tibi domine in toto corde meo: z de iſta confeſſione non eſt queſtio. Cōfeſſio autez fraudis ſic poteſt deſcribi. Eſt ſecreta manifeſtatio pctōꝝ actualium a ſe cōmiſſorū vocaliter facta ſacerdoti iuriſdictionem habenti: z hoc propter veniam z abſolutionem obtinendam. ¶ Notandū q̄ confeſſio diuidit in vocalem: mentalem: z cerimonialē. Cōfeſſio vocalis prius eſt deſcripta. Cōfeſſio mētalis eſt quedam poſtulatio qua aliquiſ poſtulat veniā de pctis ſuis. Confeſſio vero cerimonialis eſt qua aliquis confitetur ſe peccaſſe offerendo aliquod ſacrificium ſicut fiebat in lege moſayca. ¶ Ad q̄onem reſpondet q̄ ſi iuſtificatio dicatur gratie infuſio non eſt neceſſaria cōfeſſio. Unde iſta quattuor ſoluz ſunt neceſſaria ſcʒ gratie infuſio: liberi arbitrij motio: pcti expulſio: z cordis contritio. ſm enim rectum ordinē (ſicut patebit) Cōfeſſio ſequit tpe z natura cōtritionē. Cum ergo ipa ɔtritio nō ſit ſine iuſtificatione nec ecōuerſo: ſequit q̄ ſine ɔfeſſione iuſtificatio eſſe nō poteſt. Ps. Dixi confitebor aduerſum me iniuſticiam meam domino. i. diſpoſui confiteri pctm̄ meum. Caſſiodorus. Magna pietas dei q̄ ad ſolam promiſſionē pctm̄ dimittit. Auguſtinus ſuper illud idē: Luce clarius ɔſtat cordis ɔtritione nō oris ɔfeſſione pctā dimitti. Tamen notandum q̄ ɔfeſſio eſt neceſſaria in facto vel in voto: quia requiritur q̄ tempore z loco penitens intendat confiteri.

Quinto querit Utruz

infuſio grē neceſſario p̄cedat expulſionē culpe. ¶ Notandū q̄ infuſio grē poteſt capi duob9 modis. Uno mō ꝑ ꝓductōe grē q̄ ē creatio: q2 ē de nō eē ad eſſe. z iſto mō ꝓprie capit h ſm Bonauentu. Alio mō capit ꝑ nō eē vnito ad eſſe vnitum z idē ē q̄ gratificatio. ſ. q̄n grā infūditur in anima. z ſm aliquos intelligit q̄ſtio ſic. ¶ Uñ notandū q̄ ī eodē inſtāti creatur grā z infunditur in anima. Et ideo q̄ſtio nō intelligitur de prioritate tpis nec ꝑfectiōis ſed de prioritate nature.

¶ Rñſio. Deus expellit pctm̄ p gratiā ſic ſol per radios tenebras. Sic dicitur Actuū.xv. Fide purificās ⁊c̄. ⁊ h̄ ſupra monſtratū ē. Ideo cū cā p̄cedat effectū infuſio grē naturalit̄ prior ē expulſione pcti. Ambroſius. Queadmodū intrās animā ſapientis diſciplinā ⁊ iprudentiā tollit: ita pfecta virtus iniquitatē.

Sexto querit̄. vtrum

expulſio culpe neceſſario p̄cedat ↄtriti/onē. ¶ Rñdetur φ (ſicut ſupra dictū ē) cōtritio neceſſaria ē in ipius grē infuſio/nem. Unde ⁊ ↄtritio p̄cedit pcti expul/ſionem natura.

Septio queritur. vtrū

nc̄e ſit φ attritō p̄cedat ipij iuſtificatōē ſiue ↄtritiōē. ¶ Notādū φ attritio ē diſ plicētia d̄ pctis a ſe cōmiſſis ante iuſtifi cationē. ¶ Ad q̄ſtionē rñdetur φ ſm ſpe ciale priuilegiū poteſt deus iuſtificare ſine omi p̄paratioe: ſic̄ pt₃ de btō Pau/lo iuſtificato: in quo nulla p̄ceſſit prepa ratio nec ↄtritio ſm legem tn̄ ↄmunem nō iuſtificat niſi eos qui ſe p̄parant: ſic̄ dicitur zacharie. Conuertimini ad me ⁊ ego cōuertar ad vos. Et ideo dicēdū φ attritio p̄cedit impij iuſtificationem.

Octauo querit̄ Utrū

ↄfeſſio neceſſario ſequatur iuſtificatōē ¶ Reſponſio. Cōfeſſio ē inſtituta ſub p̄cepto ſicut meli⁹ patebit infra. Et iō poſito φ aliquis haberet tantā ↄtritiōe de pctis ſuis φ iuſtificaret̄ abſqꝫ ↄfeſſio ne tn̄ tenet̄ poſtea ↄfiteri: ⁊ ſi nō cōfitet̄ cadit a iuſticia. Sic̄ eni nullus pōt iu/ſtificari qui ſacra ↄtemnit: ſic nullus in iuſticia pſeuerat ſi poſt iuſtificationem ex ↄtemptu negligeret ↄfiteri. g̃ ↄcedē/dum ē φ ↄfeſſio p⁹ iuſtificationem ē ne/ceſſaria neceſſitate precepti: tn̄ excuſat i poſſibilitas.

Nono queritur vtrum

mandatum de ↄfeſſione ptineat ad legē nature. H̄ eſt vtrū exiſtentes in lege nā/ture ſc₃ ab Adam vſqꝫ ad legē moyſi te nebantur ↄfiteri ſaltē ↄfeſſioe mentali. Quid aūt ſit ↄfeſſio mentalis: vocalis: ⁊ cerimonialis prius dictum ē. ¶ Rñſio Confeſſio mētalis ē de dictamine iuris naturalis i ſpeciali Un̄ ius naturale in ſpeciali ē quedam regula oibus virtuti bus ratione iuuata: vt honorare paren/tes. Sic naturaliter cognoſcit̄ φ quan/do offenditur deus ſibi debet̄ reſtitutio p cognitionē culpe ⁊ petitionē venie Et ſic pt₃ φ cognitio diuine offenſe ē de' di/ctamine nature adiute p lī fidem. Quo/modo em̄ ſcit homo ſe offendere deum quē nō videt niſi p aliquē radium fidei. ¶ Notandū φ duplex ē confeſſio vocal̄ Quedā ē que fit ſoli deo qn̄ homo inter ſe ⁊ deū vocaliter ↄfitetur pctā ſua. Et iſtomodo natura dictat ↄfiteri deo non ſimpliciť ſed in caſu: vtputa qn̄ de⁹ ex/igit ſic̄ exegit ab Adam ⁊ Caym. Alia ē ↄfeſſio vocalis que fit homini. Et iſto modo natura nō dictat ↄfiteri homini niſi in generali. Natura em̄ dictat φ oi/bus modis oportet deo reconciliari qui bus ipe ſtatuit. Un̄ natural' dictabat φ ſi deus arbitriū ↄſtitueret inter ſe ⁊ pec catorē φ ipi cēt culpa reuelanda. Notā dum finaliter φ ↄfeſſio valet ad ſeptē. Primo ad pcti cognitionē. ⁊ hoc propt̄ inſtructionē ſacerdotis. Leuitici. xiij. Si difficile ⁊ ambiguū apud te ⁊c̄. Se cūdo ad cogniti deletiōē. Ps. Dixi ↄfi tebor. ⁊c̄. Si ppoſitū valet q̄nto magis opus. Tertio ad cogniti ⁊ deleti ſatiſfa ctionē q₃ erubeſcentia ē mag̃ ps ſatiſfa/ctiōis. Ecci. iiij. Eſt ↄfuſio educēs grā₃ ⁊ glīā₃. Quarto ad pene diminutionē in ptāte clauiū. Mat. xvi. Quodcūqꝫ ſolueris ſup terrā ⁊c̄. Quīto ad dei lau dē Joſue. vij. Da glīā₃ deo ⁊ ↄfitere pec cata tua. Sexto ad interceſſorū multi/plicatiōē. Jaco. vlt. Cōfitemi alterutr₃ pctā vrā ⁊c̄. Septio valet ↄfeſſio ad cō ſcientie aſſecurationē. Un̄ ſtatim dū di

et peccaui: audiuit: trãſtulit dñs pctm̃ tuũ a te. ij. Reg. xij. ⁊ hoc magnũ bonũ ē. ij. Cor. i. Gloria noſtra hec ē: teſtimoniũ ↄſcientie noſtre.

Decimo queritur vtrũ ↄfeſſio fuerit inſtituta in lege ſcripta. ¶ Rñſio. Uocalis ↄfeſſio prout eſt ſacramentũ ſolius legis noue fuit nec precesſit i lege veteri niſi in figura q̈z illi legi nõ cõpetebat: preceſſit aũt in hoc q̈ ſacerdotib⁹ data erat auctoritas diſcernẽdi inter leprã ⁊ nõ leprã: ſcḿ ⁊ ꝓphanũ.

Undecimo queritur. a quo fuit inſtituta. ¶ Rñdetur q̈ confeſſio fuit a xp̃o inſtituta. licet nõ inueniatur quãdo. Credẽdũ eſt ergo q̈ nullus apl'orum attentaſſet inſtituere tam durum ⁊ arduũ ſacr̃m niſi habuiſſent a xp̃o: licet nõ ſit opinio Bonauenture.

Duodecimo queritur. Utrũ oẽs adulti boni ⁊ mali ad ↄfeſſionem teneanť. ¶ Notandũ q̈ ille dr̃ bonus qui ē i gratia dei ⁊ nullũ habet peccatũ mortale. Ille vero diciť malus qui eſt in pctõ mortali. ¶ Ad queſtionẽ reſpondeť q̈ de malis nõ ē dubiũ q̈ tenentur ↄfiteri. Sed de bonis ſunt diuerſe opiões Bonauentura eñ dicit q̈ teneri ad ↄfeſſionẽ pctõꝝ ē dupliciť. ſcʒ ex inſtitutiõe pma que fuit ab aplis data ſb p̃cepto: ⁊ iſto modo teneť quis ↄfiteri niſi de pctõ mortali. Alia fuit inſtitutio a patrib⁹ data in generali ↄcilio: ⁊ vulgatum ab Innocentio tertio. Et propter iſtã inſtitutionẽ teneñť oẽs ↄfiteri ſemel in anno. Et ideo boni qui ſolũ hñt veniale pctm̃ teneñť ſemel cõfiteri ſcʒ in paſcate: ⁊ hoc propť tria que habeñť i textu. Tamẽ opinio Scoti ē q̈ nullus teneť ↄfiteri de venialibus.

Tredecimo queritur. Utrũ pctõr ſtatim cũ põt teneať ↄfiteri. ¶ Rñdetur q̈ quidaʒ ad ↄfeſſionem obligañť nõ ex culpa ↄmiſſa ſed ex eccl'iaſtica inſtitutione: vtpote illi qui nõ habent mortalia pctã tales differre poſſũt vſq; ad paſca: q̈z mandatũ illius decretalis nõ obligať niſi ſicut obligat ad eukariſtiã ad quã p̃parat ↄfeſſio ſacerdoti facta. Quidã vero nõ ſolũ obligañť ex eccl'iaſtica inſtitutione: ſed ex ꝓpria trãſgreſſione ⁊ hi teneñť ex inſtitutiõe ſacramenti: ſiĉ ſunt illi qui ſunt in pctõ mortali. De talib⁹ eni generaliter põt aſſeri q̈ poſſũt vſq; ad paſca differre tamen videť periculoſũ. Similiter q̈ teneanť ſtatim ↄfiteri quãdo ſe offert oportunitas videtur ſatis durum. Ideo videť rationabiliter ſentiendũ mediũ ſcʒ q̈ ſit oportunitas loci: temporis: ⁊ ſacerdotis. Dupliciter aũt poteſt ſe quis ante paſca offerre: aut ita q̈ timeť ne vnq̃ ſe offerat: ſicut ē in his qui grauiť infirmantur vł ſe ponunt in articulo mortis: ⁊ tales teneñť abſq; dubitatiõe ad ↄfeſſionẽ Aut ita q̈ maior oportunitas expectatur vł q̄tum ad temp⁹: vel q̄tũ ad ſacerdotẽ q̄ñ ſcʒ intendit ſacerdotẽ habere prudẽtiorẽ: ⁊ ſic põt differri ſine aliquo pctõ: tamẽ aliter ſentiendũ ē de religioſo: aliť de laico. Nam religioſo totũ tẽpus vite ſue ē temp⁹ penitentie: ⁊ ideo habẽti copiam ſacerdotis: ſi peccauit mortaliter credo q̈ teneť ſine mora ↄfiteri.

Decimoquarto queriť Utruʒ obligemur ↄfiteri ex charitate. ¶ Rñ. Ad ſacr̃m pnie nõ ē neceſſe accedere cũ charitate vł diſpoſitiõe ad charitatẽ ſufficientẽ ſm veritatẽ: ſed ſufficit ſm ꝓbabilitatẽ. Hec aũt diſpoſitio ē attritio q̈z aliq̃n ↄtigit q̈ aliq̇s añ ↄfeſſiõʒ hʒ tm̃ de attritõe q̈ acq̇rit grãʒ ſʒ nõ reqriť q̈ ſit tãta attritio ſm v̾itatẽ: q̈z ſepe ꝓpter cõfeſſiõʒ ſupadiunctã ⁊ abſolutionẽ ſacerdotꝭ: tał attritio formať p grãm

Decioquinto queritur cui ſit cõfitẽdũ. vtꝫ ſufficiat cõfiteri laic

co. ¶ Rñdet ꝙ duplr pōt loq̄ de cōfeſſione. Uno mō, put ē opus ꝟtutis. vt qñ aliq̄s ad ſui humiliationē dic pctā ſua: ⁊ ſic q̄s pctm̄ ſuū cuilibet cōfiteri pōt ſiue clerico ſiue laico. Bern̄. ſup cantica. Uir pfectus tantus ē virtutis amator: ꝙ vellet omnes noſcere mala ſua: dū tamen eis nō eſſet occaſio mali ſed boni. Tñ ſm doctores ꝯmodernos ⁊ maxime Scotū nō ē ibi prudentia: ſed aliquādo piculum. Alio modo poſſum⁹ loqui de cōfeſſione, put ē opus ſacrāle. put ſcʒ ordinaṫ ad recōciliatōʒ q̄ fit p abſolutōʒ ⁊ ligationē. Et qm̄ hec ptās collata ē ſoli ſacerdotib⁹ (ſicut melius patebit infra) ideo hec cōfeſſio nulli niſi ſacerdotibus eſt fienda.

Decimoſexto querit.

Utrū cōtra voluntatē proprij ſacerdotis liceat cōfiteri alij diſcretiori. ¶ Notandū ꝙ ppri⁹ ſacerdos poteſt capi ſex modis. Primo mō aliquis dr̄ proprius ſacerdos alicui⁹ qui hʒ iuriſdictionem ordinariā modo inferiori: vt ſunt curati. Scd̄o mō qui habet iuriſdictionē ordinariā modo principaliori: vt ſunt epi. Tertio modo qui habet iuriſdictionem excellentiſſimo mō: ⁊ iſto mō papa dicit ſacerdos reſpectu omniū xpianorum. Quarto mō qui habet iuriſdictionē delegatā vł cōmiſſariam ab aliq̄: vtpote a papa vel epo aut curato. Et iſto modo mendicātes (⁊ maxime frēs minores et pdicatores) ſunt pprij ſacerdotes: q̄r habent iuriſdictionē delegatā a ſūmo pontifice. Quinto modo dr̄ ppri⁹ ſacerdos ex pmiſſione: ⁊ ex cōi cōdeſcenſione iuris ſic qui habent licentiā a iure eligendi ſibi pprios ſacerdotes: ſic ſūt epi ⁊ abbates. Sexto dr̄ ppri⁹ ſacerdos pper neceſſitatē vt ē in articulo mortis: q̄r tunc ſimplex ſacerdos non priuilegiatus pōt in neceſſitate quēlibet abſoluere. ¶ Ad queſtionē rñſio. Quilibet teneṫ cōfiteri pprio ſacerdoti: accipiendo pprium ſacerdotē pro aliquo iſtoꝝ modoꝝ. Et iō bene ſequiṫ. Iſte ē cōfeſſus fratri minori: ḡ eſt cōfeſſus pprio ſacerdoti: nec tenetur amplius cōfiteri ſuo curato: quia eq̄ue bene ē proprius ſacerdos frāt minor vel aliquis hñs iuriſdictionem delegatam ſicē proprius curatus qui habet iuriſdictionem ordinariam.

Decimoſeptio querit

Utrū neceſſe ſit cōfiteri pprio ſacerdoti corā populo. ¶ Notandū ꝙ p corā populo intelligiṫ corā multis audientib⁹ confeſſionē. ¶ Rñſio. Confeſſio ſacramentalis ſacerdoti ſoli ⁊ in ſecreto debet fieri: niſi ſit pctm̄ adeo enorme ꝙ totam cōmouerit vrbem: q̄d quidē debet quis cōfiteri in publico: vt i publico puniatur: tamē hec punitio nō debet imponi a cōfeſſore in cōfeſſiōe ſacramentali.

Decimo octauo q̄ritur

quid ſit confitendū. Utrū ſcʒ oporteat confiteri omnem venialem culpā. ¶ Reſpōſio. Confeſſio venialium nō ē in precepto: eſt tamē conſiliū ⁊ maxime p religioſis qui debent eſſe pfecti. Et ideo bonum ē eis cōfiteri pctā venialia: nō tamē obligaṫ. q̄r venialia multis modis delenṫ: vtpote dicēdo. Pater noſter. accipiendo aquā benedictā: p feruentē ōrōneʒ p bn̄dictionē datā a ſacerdote in miſſa. vł ab epo. Tñ ſm Bonauentu: pctā venialia ſunt cōfitenda in caſu qñ ſcʒ penitens nō habet pctā mortalia: q̄r (ſic ꝑus dictū ē) ſm ordinatōʒ eccl'ie quilibet tenetur ſemel cōfiteri omni āno pctā ſua: Inſup in h̄ cōcordāt oēs doctores ꝙ ſi aliq̄s eēt dubi⁹ ſi eēt ī pctō vēiali vł mortali: tūc teneṫ cōfiteri pper periculum.

Decimonono q̄ritur.

Utrū ſit cōfitenda omnis peccati mortalis dr̄ia: ſcʒ cordis: oris: ⁊ opis pctm̄ etiā latens ⁊ manifeſtū. ¶ Notādū ꝙ pctm̄ mortale ē aliq̄d dictū vel factū vł cōcupitum contra legem dei. ¶ Reſponſio.

Omnis pecti mortalis differentiam neceſſe eſt cofiteri:ſiue ſit latens ſiue manifeſtū. Unde ſi ſacerdos bene ſciret peccatum:tamen penitens debȝ ei dicere in cōfeſſione:qꝛ prius ſciebat pctm̄ incognitꝰ homo:ſȝ neceſſe eſt ꝙ noticiā habeat inquātum vicarius dei. Etiam ſicut peccator non erubuit cōmittere peccatum coram deo:ita oportet ꝙ erubeſcat coram homine manifeſtando peccatum ſuum. Neceſſe eſt etiā confiteri oīam pcti mortalis ſiue ſit cordis:ſiue oris ſiue operis.

Uiceſimo querit. vtrū

teneamur confiteri omneȝ peccati circūſtantiam. ¶ Notandū ꝙ circumſtantia eſt illud qđ eſt extra ſubſtantiam actus quodāmodo tamen attingens ipſum:vl quātum ad eſſentiaȝ:vt ſunt tempus:locus:modus agendi:vel q̄tū ad effectum ſicut eſt mutilatio grauis vl leuis:vel q̄tum ad cauſam:ſiue efficientem ſiue finalem:qꝛ in pctō fornicationis (ceteris paribꝫ)plus peccat religioſus q̄ȝ ſecularis ¶ Reſpondetur ꝙ circumſtantie que attingunt peccatum:quedam ſunt alleuiantes:que ſcilicet alleuiant peccatum. Et iſte circumſtantie de neceſſitate non ſunt confitende:ſed bonum eſt ſilere:niſi propter hoc ſatiſfaciat alieni inquiſitioni:vel ad vitandum perturbationē ſacerdotis:vel etiam ad vitandum ſcandalum penitentis. Alie ſunt circumſtantie in aliud genus trahentes:ſicut adulterium:ꝛ eſt grauius q̄ȝ ſimplex fornicatio. Et iſtas circumſtantias neceſſe eſt confiteri. Alie ſunt circumſtantie aggrauātes:ſicut grauiꝰ eſt cōmittere fornicationē in die dn̄ico:q̄ȝ in feriali. Et ſecurius ē ↄfiteri iſtas circūſtātias:tn̄ nō ſunt neceſſe cōfiteri:niſi ꝓpria ↄſciā obligaret.

Circa diſtinctionem decimāoctauā (in qua de clauibꝫ eccl'ie incipit mētio) Primo queritur. Utrū

claues eccleſie date ſint. ¶ Notādum ꝙ eccl'ia ibi capitur pro clero id eſt pro cōgregatione ſacerdotum. Notanduȝ etiam ꝙ claues ſpirituales dicūtur ad modum clauium materialium. Unde clauis materialis eſt proximum inſtrumentum aperiendi vel claudēdi oſtium per quod intratur in domum. Clauis ſpiritualis eſt quedam poteſtas vel auctoritas iudiciaria qua ſententiatur cui celū eſt aperiendum propter merita:vel claudendum propter demerita. Per accidēs tamen eſt ad claudendum:et principaliter ad aperiendum:ꝛ in hoc differt a claue materiali que fit pricipaliter ad claudendum:ꝛ minus principaliter ad aperiendum. ¶ Reſponſio ad queſtionem. Triplex eſt clauis ſpiritualis ſcilicȝ auctoritatis excellētie ꝛ miniſterialis. Clauis auctoritatis eſt ꝓncipalis poteſtas iudiciaria:qua aliquis iudicat eminēter et excellenter huic celum aperiēdum vel claudendum:ꝛ hanc ſolus deus habȝ:ꝑ quam dimittit debitū eterni ſupplicij ſcilicet peccatum mortale. Clauis autem excellentie eſt iudiciaria poteſtas auferēdi debitum ſolutiōis:ꝛ iſtam habet chriſtus qui ſoluit debitum noſtrum:quando pro nobis mortuus eſt:ꝛ aperuit nobis paradiſumꝛ depoſuit obſtaculū peccati originalis. Clauis vero miniſterial' eſt per quā dimittitur pena temporalis que eſt debitū peccati dimiſſi ꝛ remiſſi:ꝛ iſta data fuit petro ꝛ alijs ſacerdotibus Mathi.xvi. Tibi dabo claues reg.celo.

Secundo queritur ad

q̄d ſūt iſte claues. Et ſuppoſito ꝙ ſint ad apiendū q̄rit. Utrū ſint ad claudēdum. ¶ Rn̄ſio Ptās ſacerdotibꝫ cōiter data ē ſup ſbditos:nō ad oīno ſoluēdū debituȝ qꝛ nō debebat h̄ cuilibȝ cōicari:ne culpa ſine pena remaneret. Jō data ē eis ptās vt ligādo ſoluerēt:ligādo ad vnū ſcȝ ad penā temporalem ꝛ abſoluerent ab alio ſcilicet ab eterna pena. Sed non eſt data poteſtas ligandi niſi propter ſolutionem:quia ligant pena tēpali:vt ſoluant

a pena eterna:tñ miniſterialiť. qȝ ꝓprie loquendo ſolus deus põt ſoluere a pẽa eterna:ſicut patebit infra.

Tertio queriť de poteſtate ligandi ⁊ ſoluendi in foro penitentiali.i.ſacro penitẽtie Utrum ſacerdos poſſit in culpã. Hoc ẽ vtꝝ habeat ptãtẽ dimittendi vel remittendi culpã.¶ Reſponſio ad q̃ſtionẽ habẽs clauẽ ꝑ ptãteȝ clauis mediator ẽ dei ad hominẽ:⁊ hoĩs ad deũ. Uñ ꝑ ipm hõ pctõr aſcendit ad deũ. Et ſic ſacerdos ẽ angelus dei:⁊ mediator:⁊ ſe habet ꝑ modũ ſupplicantis. Etiã cõmuniter ſacerdos ante abſolutionẽ orat ꝓ penitente:⁊ quãdo dat abſolutionẽ p̃ſupponit ꝙ ẽ abſolutus a deo. Sacerdos eñ nunq̃ʒ abſolueret queq̃ʒ de quo nõ preſumereť ꝙ eẽt abſolutus a deo. Si ergo queratur verũ ptãs clauium ſe extendat ad delendã culpam. Dicendũ ꝙ bene poteſt ſe extendere ꝑ modum depcantis ⁊ impetrantis (⁊ illud ſignatũ ẽ in benedictione ſacerdotũ. Numeri ſexto) ſed nõ per modum impantȝ Quoniã ergo ptãs ſanat per modum actiui ⁊ imperantis per ſe. Hinc ẽ ꝙ poteſtas clauium ꝓprie loquendo nõ extẽdit ſe ſupra culpam. Unde Auguſtinꝰ ⁊ Gregorius dicunt ꝙ in ſuſcitatiõe lazari:figurata ẽ reſuſcitatio pctõris: ſed lazarus prius ẽ a domino viuificatꝰ:q̃ʒ tradereť diſcipulꝭ ex oluendus.ꝗ ⁊c̃.

Quarto queriť vtrum ſcientia ſit clauis.¶ Notandũ ꝙ dupliceſ ſunt claues.ſcȝ potẽtie ⁊ ſciẽtie. Per clauẽ ſcientie diſcernit ſacerdos inter lepzã ⁊ lepram. Per clauem vero poteſtatis iudicat ſacerdos cui celũ ẽ apiendũ ⁊ cui claudendũ. Et iſta ẽ principalis et p̃ſupponit clauẽ ſcientie. Uñ clauis ſcientie ſic põt diffiniri. Clauis ſcie ẽ auctoritas cognoſcendi in cauſa pctõris. ſi illi ſit aperiendũ celũ ꝓpter merita vľ claudendũ propť demerita. ¶ Correlariũ. Clauis ſcie non eſt habitus ſcie:nec ipa ſcia qȝ multi habẽt clauem ſcientie: qui nõ habent habitũ ſcientie :vt pȝ i ſacerdotibꝫ huius temporis qui parũ ſciunt ⁊ tamẽ habẽt clauem ſcientie: qȝ ſacerdotes:⁊ acceperũt eam in ordine. Et ideo bene diciť in diffinitione ꝙ clauis ſcie eſt auctoritas cognoſcendi ⁊ nõ habitus ſcie. ¶ Rñſio. Scientia ẽ clauis nõ incõgruum dicit habitũ:ſed incõgruũ dicit auctoritatem ſiue officiũ diſcernendi licet ſcie habitꝰ ſit diſpoſitio ad bene ſe agendũ in claue ptãtis.quia nemo põt bñ diſcernere an celum ſit apiendũ aut claudendũ niſi habeat habitũ ſcientie.

Quinto q̃ritur Utrum ſcia ſit alia clauis q̃ʒ potentia ſoluendi. ¶ Rñdetuť ꝙ ſunt due claues diſtincte Nam ſicut in foro iudiciali duo ſũt: ita in foro penitẽtiali. In illo eñ duo ſunt actus ſcȝ diſcernere cãm:⁊ poſtmodum ſententiare:ita etiam in foro penitentiali:ptinet claue ſcie diſcernere inter lepzã ⁊ lepzã:⁊ claui potentie ptinet iudicare: igitur ⁊c̃.

Sexto queritur vtrum aliquis poſſit vel debeat excõmunicari. ¶ Notandũ ꝙ duplex eſt excõmunicatio ſcȝ maior ⁊ minor. Excõmunicatio maior ẽ ſepatio a cõione fideliũ ⁊ eccľie q̃ʒtũ ad fructũ ſacramentoꝝ :⁊ q̃ʒtuȝ ad ſubſidia tam corporalia q̃ʒ ſpiritualia. ¶ Notandũ ꝙ triplex ẽ comunio. Quedaȝ ẽ cõio ſpũalis ⁊ charitatiua:⁊ extra iſtã nullus poteſt eijci qȝ poſſumꝰ particulariter orare ꝓ excõicatis. Alia ẽ communio corporalis:⁊ extra iſtã ꝑ excõicationẽ quis expellitur. Tertia ẽ cõmunio ꝑtim ſpũaľ ⁊ ꝑtiȝ corpalis q̃ aliqͥs ſepať a cõione ſacroꝝ ſolũ ꝑ minorẽ excõicationẽ. Excõicatio eñ minor eſt expulſio a pceptiõe ſacroꝝ ¶ Notãdũ etiã ꝙ ꝑ maiorẽ excõicatoȝ qͥs puaťa qnq̃ʒ ſubſidijs ſic pȝ in h̃ v̾ſu. O s:orare: vale:ꝯuiua:

mēſa qđ negat Ⓞ s:id eſt oſculū:ꝛ loque
la:orare id ē oratio:vale id eſt ſalutatio:
conuiua:conuerſatio vel habitatio:men
ſa:id eſt cōmunicatio menſe. ¶ Ad que/
ſtionē reſpondetur ꝙ ſicut in medicinali
bus duplex eſt modus curandi ſcilꝫ per
medicamenta lenientia:vt per emplaſtri
appoſitionē:ꝛ per medicamenta aſperan
tia:ſicut per ſectionē. Et ſicut in mora
libus eſt duplex modus corrigendi ſcꝫ ꝑ
dulces monitiones:ꝛ ꝑ aſperas increpa/
tiones: ſm ꝙ ſunt duo genera hominum
quia quidam ſunt plicabiles ꝛ tractabi/
les quidam vero duri ꝛ rebelles. Sic eti
am in diuinis ꝛ eccleſiaſticis iudicijs eſt
duplex modus curandi. Dñs enim inſti
tutor vel fundator nō ſolum dedit medi
camenta ſacramentoꝝ ad curandum ac
cedentes:ſed gladiuꝫ ſpiritus qđ eſt ver
bum dei:ꝛ poteſtatem amputandi ꝛ reſe
candi cōtemptores ꝛ rebelles. Et ſic pꝫ
reſponſio ꝙ aliquis poteſt:vel debet ex/
communicari.

Septimo querit. vtrū

pro dāno:vel pro iniuria illata eccl'ie ꝗs
debeat excōmunicari. ¶ Reſpōſio Du/
plex eſt excommunicatio:ſiue excōmuni
candi modus. Quedam eſt excōmuni/
catio a iure ꝛ preſeruatiua:vt quicūqꝫ ꝑ/
cuſſerit clericū:vel incenderit eccleſiā eſt
excōmunicatus. Alia eſt excōmunicatio
a iudice et curatiua:et eſt quando iudex
per ſententiam excōmunicat aliquem.
Notādū pro ſolutione queſtionis ꝙ ꝓ
ſolo peccato contumaci debet quis exco
municari maiori excōmunicatione. Un
de contumax dicitur ille qui ſemel:ꝛ bis
monitus. Tertio pemptorie citatus nō
comparet:aut ſi comparet nō vult ſtare
iuri:vel quādo offenſa eſt manifeſtat iuſ
ſus a iudice nō vult emendare.

Octauo q̄rit a quo poſ

ſit excōmunicatio fieri. Reſponſio Po/
teſtas excōicandi collata eſt petro:vt p̄/
lato:ꝛ deſcēdit in omnes perſonas eccle
ſiaſticas que habent prelationem vel iu/
riſdictionē ſicut archidiaconi:ꝛ aliqua
capitula. Ideo qui nō habēt iuriſdictio
nem in foro iudiciali:vt ſimplices ſacer/
dotes nō poſſunt excōmunicare niſi per
commiſſionem vel in caſibus determina
tis:vt in furto et rapinis obſeruatis tñ
circūſtantijs debitis:qꝛ nemo poteſt ex/
cōmunicari niſi pro peccato contumaci.
Cetera patent in textu.

Nono queritur. Utruꝫ

aliquis poſſit pluries excommunicari.
¶ Reſpondet ꝙ excommunicatus bene
poteſt iterum excōmunicari:vel eiuſdeꝫ
excommunicationis iteratione renoua/
ri ad maiorem ſui confuſionem:ꝛ voca/
tur aggrauatio ꝛ reaggrauatio:vel alia
excommunicatione:propter noue culpe
cōmiſſionem:ꝛ tunc tot erunt excommu/
nicationes quot cauſe principales pro ꝗ
bus excōicat. Sicut eñ iterat culpa:ita
rōnabiliter iterari pōt ꝛ dꝫ ipſa pena.

Decimo queritur. vtrū

cōicās cū excōicato ſit excōicat⁹. ¶ Rñ/
ſio Duplex eſt excōicatio(ſicut ſupradi/
ctū eſt)ſcꝫ maior ꝛ minor. Minor tm̄ ſe/
parat a ſacris. Maior vero nō tm̄ ſepat
a ſacris:ſꝫ etiā ab actib⁹ legittimis:ꝗ cō/
tinent in h° verſu Ⓞ s ꝛc̄. ſexta qōne hui⁹
diſtinctiōis. Et ſic pꝫ ꝙ cōicās cū excōi/
cato maiori excōicatiōe ſilr eſt excōicat⁹
tñ minori excōicatōe. Tñ excipiunt aliq
ſcꝫ ignorātes ipꝫ eſſe excōicatū etiā vxor
qꝛ tenet reddere debitū marito ſuo cū re
qrit ſilr filij et filie q̄diu ſunt ſub manu
parētū etiā ſerui ꝛ ancille pegrini ꝛ pau/
peres:qñ nō hñt vñ alibi ſuſtētent. Silr
quicūqꝫ cōicāt ex vtilitate vt pctōr a via
ſua mala recedat ꝛ corrigat:ꝛ hec circū/
ſtātie iſto vſu cōtinent. Utile lex humile
res ignrata neceſſe. Utile .i. grā vtilitatꝭ
lex .i. mrimonij: hūile ppt ſuos. res igno
rata ppt igrātiā nece .i. ppt neceſſitatē.

Undecio querit. vtruꝫ

aliqs poſſit abſolui inuitus.i.ipſo nolente. ¶ Rñdet q duplr eſt loquēdū de potētia excōicādi z abſoluēdi vl de facto vl de iure. Differt em̄ facere z iuſte facere. Si loqmur de fcō: vt ſi eps excōicet nō cōtumacē ptermiſſo ordine iuris.i.non habitꝫ preuijs monitialibꝫ talis excōicatus eſt (quis iniuſte lata ſit ſnīa) z tenet eā ſuſtinere lꝫ nō ſit excōicatꝰ in foro cōſcientie z corā deo niſi cōtēneret excōicationē: qꝛ ppter cōtēptū efficeret dignus excōicari: z ligaret apud deū. De iure aūt eſt excōicatus: quādo ſm ordinē iurꝫ ab eo qui habet iuriſdictionē canonicā fert ſnīa in cōtumacem z hic ligat apud deū. Similiter intelligendū eſt in abſolutione q pōt aliqs abſolui de iure vl de fcō. De iure nullus excōicatꝰ abſolui pōt niſi in eo ceſſet cōtumacia z ipſo volēte abſolui. De facto abſolui pōt ſm voluntatē prelati i cuius poteſtate fuit ſentētiā inferre z reuocare. Vn̄ ſi tal abſoluat in foro iudiciali: eſt abſolutus: nec eſt excōicatus q ei cōicat: tn̄ in foro cōſcientie adhuc eſt excōicatus. Si aūt excōicatꝰ fuiſſet iniuſte poſſet eū prelatus de iure abſoluere: etiam inuitū: nō ppter ſuū meritum: ſed ad remouendū errorē ppriū. Tamē inuite abſolutus ſemp remanet in pctō mortali: ppter cōtēptum eccleſie

Circa diſtinctionē decimānonā qrit pmo. Vtrum claues date ſint ſacerdoti legali an ſoli ſacerdoti euāgelico ¶ Notādū q ſacerdos legalis eſt ille q erat iſtitutꝰ in lege moſaica: z dr ſacerdos figuralis: z ſm qd Sacerdos aūt euāgelicꝰ eſt q eſt inſtitutꝰ tpe legis euāgelice: vt apli: z ceteri ſacerdotes ſubſequētes: z dicunt ſacerdotes ſimpliciter: z ſm veritatē ¶ Rñſio Ptās clauiū ſcꝫ ſcietz ptātis data fuit ſacerdotibꝫ euāgelicis z nō legalibꝫ: nec īchoata fuit in lege veteri ſed magis figurata.

Secūdo querit. Vtrū malus ſacerdos cōicet cū bono in ptāte clauiū. ¶ Notādū q malus ſacerdos dr ille qui nō eſt in grā: ſed in pctō mortali. Bonꝰ aūt ſacerdos dr q ē in grā. ¶ Rñdet q ē loq de collatōe clauis alicui qtū tū ad ea q ſūt d neceſſitate: vl qtū ad ea q ſūt de idoneitate. Si loqmur qtū ad ea q ſūt de necitate: ſic ad eē clauis ſufficit donū ſpūſſcti ſm grām gratiſdatā: h aūt ifallibilr z ſm diuinā īſtitutiōeꝫ dat oī ſuſcipiēti ordinis ſacrꝫ ſiue ſit bonꝰ ſiue malꝰ. Rō aūt huius eſt: qꝛ donū grē gratiſdate nō repugnat iniqtati qn ſunt ſtet cū ea: ſic pꝫ in ſcīa z in alijs donis. et rurſus puerſitas nō repugnat vtilitati illius doni: ſic ſi malꝰ pdicaret ſz bn̄ pdicaret: z freqnter fructificat ppt qđ noluit dñs phibere eū q in noīe ipiꝰ eijciebat demonia. Et ſic pꝫ q ptās clauiū data eſt mal ſacerdotibꝫ ſicz bonis qtū ad id qđ ē de neceſſitate clauis: ſiue qtū ad executiōeꝫ. Si aūt loqmur qtū ad idoneitatē. Dicēdū q nullꝰ ē idoneꝰ z dignꝰ habere ptātē clauiū: niſi ſit i grā. Rōnes patēt in textu. Et ſic p dicta pꝫ rñſio ad qōnem q claues ſunt in malis ſacerdotibꝫ.

Tertio queritur. vtrū claues dent in ordine ſacerdotali ¶ Rñſio Claues z ptās clauiū dant in ordine ſacerdotali tm̄. Et h itelligit de foro penitētiali: qꝛ ſacerdos inqtū ſacerdos: nō hꝫ ptātem in foro iudiciali z publico.

Quarto queritur. vtrū Vtrū hec ptās comitet inſepabilr ordinē ſacerdotalē. Hoc ē vtrū qlibet ſacerdos ſp hēat ptātē clauiū in foro penitētiali. ¶ Rñſio Duplr poſſumꝰ loq de iſta ptāte aut qtū ad eſſentiā: vl qtū ad vſū Si loqmur qtū ad eſſentiā. Dicēdū q illa ptās radicalr ē in ipa aīa: ſicut caracter: et ſic inſepabilr ſe tꝫ cū ſacerdotali ordine tā in pnti vita qꝫ in alia Si autē loqmur de potētia qtū ad vſū: tūc neceſſario reqrit ſtatꝰ viatoꝛ: z p mortē dicit ptās vſū amittere. Etiā i dgradatꝫ ſciſmaticꝫ: hereticꝫ: pcit: foꝛnicarijs notoꝛijſ

excommunicatis: et huiuſmodi perditur vſus et executio poteſtatis: et nõ eſſentia.

Quinto queritur. Utrum ſacerdos qui poteſt abſoluere ſubditũ vnum poſſit et quemlibet. ¶ Reſponſio Solus ſummus pontifex de iure poteſt quemlibet abſoluere: ideo virtus eſt in eo vnica et ſolus eſt inter prelatos qui habeat plenitudinem poteſtatis: et quoniam per receſſum ab vno fit multiplicatio: et per hoc virtutis diminutio: ideo quanto prelati alij ſunt inferiores: tanto minorem poteſtatem habent: quia epiſcopi minorem poteſtatem habent quam ſummus pontifex: et curati minorem quam epiſcopi: et cuilibet limitata et artata eſt ſua portio: et hoc de lege communi: quia excipiuntur quinque caſus. Primus Si ouis aliena in parrochia ſua deliquit. Secundus Si mutauit ſibi domiciliũ: ſicut eſt in ſcholaribus manẽtes pariſius. Tertius Si ſit vagabũdus. Quartus Si ſacerdos proprius ſit inſcius vel malicioſus: et petita licentia vult adire peritiorẽ. Quintus caſus eſt in articulo neceſſitatis et mortis: et in hoc caſu non oportet licentiam petere. In alijs autem oportet non a ſacerdote penitentis ſolum eſſe licentiatũ (quia ipſe non poteſt ſubditum licentiare) ſed oportet licentiatũ eſſe ab ordinario ſcʒ epiſcopo.

Sexto queritur. vtrum inferior poſſit abſoluere ſuperiorem ipſo volente. ¶ Reſponſio Inferior poteſt abſoluere ſuperiorem: ſi ſuperior velit ei ſe ſubijcere.

Circa diſtinctionem c vicesimam queritur primo. de pena purgatoria.

Utrum ſit ponere penam purgatoriam. ¶ Notandum quod purgatorium nõ capitur hic ſolummodo: pro loco qui eſt in inferno et pars inferni (de quo dictum eſt in tertio diſtinctione. xxij.) ſed intelligitur pro omni pena purgatoria ſiue ſit in terra: ſiue in aqua: ſiue in aliqua parte inferni: que dicitur purgatorium. ¶ Ad queſtionem reſpondetur quod abſque dubio poſt hanc vitã (ſicut dicit ſcriptura et auctoritates ſctõrum: et plures reuelationes: et rationes cõcordant et eccleſia vniuerſalis cõfirmat: quod pro illis orat) eſt ponere penam purgatoriam. Ratio autem huius eſt: quia vniuerſe vie dñi miſericordia et veritas. Sic autem miſericordia parcit dominus: vt veritati ſiue iuſticie nõ faciat preiudicium. Ideo dimitti culpã et penam eternã ita tamen vt obligatũ teneat ad penã temporalẽ. Unde Apoſtolus prime corintheorum tertio. Ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignẽ ſcʒ purgatorij. Item Auguſtinus Aut homo punit: aut deus punit: ſed frequẽter aliquid cõuertuntur in fine qui nõ puniuntur in pñti. ergo neceſſe eſt quod puniantur a deo in futura vita: ſed nõ in pena eterna inferni. ergo oportet quod puniãtur in purgatorio.

Scdo queritur. Utrum pena purgatoria ſit maxima penarum tẽporaliũ. ¶ Notandum quod pena purgatoria eſt temporalis: quia finem habet. Nam certum eſt quod poſt iudicium non erit purgatorium. ¶ Reſponſio Pena purgatoria eſt maior et grauior: quam homo in hoc mũdo poteſt pati. Unde Maior eſt pena eſſe in purgatorio: quam cõburi vel acerbiſſime verberari in hoc mundo. Sicut dicit Gregorius quod idẽ ignis cõburit exiſtentes in inferno: et exiſtentes in purgatorio. Non tamen ſequitur quod minor pena purgatorij ſit omni alia pena tpali grauior: quia multi poſt mortẽ faciũt penã purgatoriã in hoc mũdo: ſicut dicit Grego. de illo qui faciebat purgatoriũ ſuũ fuluendo eũtes in balneis. Etiã aliqui parũ affligũtur in purgatorio: ſicut patet de btõ Auguſtino: qui tranſijt per purgatoriũ. Et ſic patet quod

illa indefinita ē vera. Pena purgatoria
eſt maxima penarum tpaliū. Et iſta vni
uerſalis eſt falſa Omnis pena purgato
ria eſt maxima penarum temporalium.

Tertio queritur. vtruʒ
illa pena purgatoria ſit voluntaria.
¶ Reſpōdet ꝙ aliqua pena dicit volun
taria tripliciť. Uno mō qꝛ aſſumit a vo/
luntate impante: ſicut eſt pena peniten/
tialis: qꝛ voluntas impat facere peniten
tiam: ꝛ iſto mō pena purgatoria non eſt
volūtaria: qꝛ ibi exiſtētes vellēt eē extra
vt irent ad ꝑadiſum. Scđo modo quia
ſuſtinetur a volūtate acceptāte: ſicut eſt
pena martyriū: qui gaudebant in penis.
Et iſto mō pena purgatoria nō eſt volū
taria: qꝛ ibi nō gaudent de illa pena: qꝛ
bene vellent ab illa liberari. Tertio mō
pena dicit voluntaria: qꝛ ſuſtinetur a vo
lūtate tolerāte. Et iſto modo pena pur/
gatoria eſt voluntaria: qꝛ patienter ꝛ to/
leranter ſuſtinetur.

Quarto querit. Utrū
in illa pena ſit maioꝛ certitudo de gloria
q̄ꝫ in via. ¶ Rńſio Exiſtentes in purga/
torio maiorem certitudinem habent de
gloria q̄ꝫ exiſtentes in via. Nam triplex
eſt certitudo. Quedam eſt patrie vbi eſt
certitudo tentionis euacuās expectatio
nem ꝛ timorem. Alia eſt certitudo vie: q̄
eſt certitudo expectationis mixta timo/
re: qꝛ quilibet labi pōt q̄ꝫdiu viator eſt.
Tertia eſt certitudo media: q̄ eſt in pur
gatorio: ꝛ eſt certitudo expectatiōis (qꝛ
nondū obtinēt) ſed eſt euacuatio timoꝛꝫ
propter cōfirmationē: qꝛ ſciūt ſe deinceps
peccare nō poſſe. Et ſic pꝫ ꝙ ī pena pur/
gatoria ē maioꝛ certitudo đ glia q̄ꝫ ī via

Quīto querit. Utrum
miniſterio bonoꝝ angeloꝝ vel maloꝝ pe
na īfligatur. ¶ Rńſio Sicut diuina iu
ſticia iubente: ꝛ flatu eius ſuccedēte ma/
li adurent in inferno poſt iudiciū: ſic etiā
ꝛ nūc in purgatorio. Non eīm videt ꝓba
bile ꝙ demones illud miniſteriū exerce/
ant: cū ibi purget pcti ſcoria ſm quam q̄
dāmodo anima ſimilis eſt diabolo: ꝛ ſuā
ſimilitudinē nolit diabolus deſerere: ſed
potius cōfirmare: nec vnq̄ꝫ exerceat ho/
minē niſi in quo ſperat victoriā acq̄rere.
Ruſus nō videtur hoc probabile ꝙ mi
niſterio fiat angeloꝝ: vt tam grauiter il/
los puniant.

Sexto queritur a quo
poſſit fieri relaxatio ſiue indulgentia.
¶ Notandū ꝙ qn̄cūq̄ꝫ aliquis eſt in cha
ritate: quodlibet opus qđ facit valet tri
bus modis. Primo modo valet ſpecialiſ
ſime ſcꝫ ſibi exiſtenti in charitate vt ali/
quis celebrās miſſam pro alio plus intē/
ſiue valet ſibi q̄ꝫ illi ꝓ quo celebrat. Se/
cundo modo valet generaliſſime ſcꝫ pro
tota eccleſia. Et iſta ſunt merita ſupero
gationis: q̄ ponuntur in theſauro eccl'ie
de quibꝫ meritis fiunt relaxationes ꝛ in/
dulgentie. Tertio modo valet ſpāliter
ꝓ illo ꝓ quo fit illud opꝯ meritoriū: vt qn̄
aliq̄s celebrat ꝓ alio. Et ſic q̄ celebrat ꝓ
alio in grā. Prio ſibi valet miſſa. Scđo
illi pro quo celebrat: ꝛ tertio toti eccl'ie.
Notādū vlterius ꝙ theſaurus eccl'ie nō
eſt ſolum aggregatus de meritis ſupero
gatiōis qꝛ cito euacuaret. ſꝫ etiā aggrega
tur ex meritis paſſiōis xp̄i btē vgis ꝛ oim
ſctōꝝ. Et ex illo theſauro accipiunt in/
dulgētie ꝛ relaxatiōes. ¶ Rńſio ad qō/
nē Ad ſolos ep̄os ptinet facere relaxati/
ones ꝛ īdulgētias. Rōnes patēt in textu
¶ Correlariū Nec cardinales inq̄ꝫtū car
dinales: nec abbates: nec ceteri ſacerdo/
tes pn̄t īdulgētias dare: ſꝫ ſolꝰ ſūmꝰ pōti
fex ꝛ ceteri epi. Et rō eſt: qꝛ ſolus eps eſt
ſpōſus eccl'ie: q̄ auctoritatē hꝫ ſup eccl'iā
Notandū ꝙ eps nō pōt facere indulgē/
tias ī aliena dioceſi q̄ꝫ ſua: ſꝫ poſſit cōica
re bōa ſua ſbditꝭ alienis Etiā q̄libꝫ ſiue
ſacerdos ſiue laicus poteſt bona ſua cō/
municare alijs.

Septimo queritur pro

quo debeat relaxatio fieri. Utrum ſcꝫ p ſpūali an pro corpali. ¶ Rñdet q ſicut videmus in politijs et cōmunitatibus humanis q theſaurus ibi publice propter duo maxime ꝯſueuit pferri ꝛ cōicari exterius: ſcꝫ ad gl'iam principis: ꝛ ad vtilitatē cōitatis: ſic in ſpūalibꝫ cōicat theſaurus eccl'ie p indulgentias duplici de cauſa. Primo pter gloriaꝫ dei. Et qm̄ gloria ꝛ laus dei ē qn̄ ſancti ſui honorant in conſtructiōe baſilicarū ſuarum in cōmemoratione virtutū ſuarū: ꝛ hoc quidem fit in predicationibꝫ ꝛ ſermonibꝫ. Ideo p hijs omnibꝫ indulgentie recte fiunt. Secundo propter cōem vtilitatem. Et qm̄ cōis vtilitas eſt defenſio terre ſancte: defenſio fidei: pmotio ſtudij ꝛ cōſimilia. io pro talibꝫ adhuc debēt fieri. Et qm̄ hec conſiſtunt in actibꝫ exterioribus: dicitur q relaxatio fit ꝛ dat p actibus corpalibꝫ

Octauo queritur cui relaxationes pnt fieri.

Utrum exiſtenti in purgatorio: an ſolum viuēti in hoc ſeclo ¶ Reſpōſio. Relaxatio ſiue indulgētie collatio (ſicut in precedētibꝫ colligitur) duo dicit: ſcꝫ theſauri eccl'ie cōicatiōem: ꝛ cū hoc quādā iudiciariam abſolutiōeꝫ ſicut expreſſe colligit ex decretali de penitētijs et remiſſiōe. Ad aūt ꝯſuluiſti. ꝛc. Dico igit q qꝛ bona et theſaurus eccl'ie ſunt in ſūmi pōtificis ptāte: et illi q ſunt in purgatorio (ratōe charitatis) ſunt idonei ſpūalia bona recipe: qꝛ papa eis pōt bona eccl'ie cōicare. Quantū aūt ad auctoritatē iudicādi (cū illi iā iam exierint forū eccl'ie ꝛ eccl'iaſticū iudicij) videt q eis nō poſſit fieri abſolutio niſi p modū depcatiōis ꝛ ſuffragij: ꝛ ſic ppie loquendo nō fit eis relaxatio: qꝛ relaxatio dicit iudiciariā abſolutionē. Sꝫ ſolū fit via/tori: ſup quē papa pōt tam adiuuādo q̄ iudicādo. Sup exntes aūt ī purgatorio ſolū pt adiuuādo ꝛ etiā qlibꝫ in ſuis orōibꝫ ꝛ bonis opibꝫ. Sup exntes vo in eccleſia triūphāte nihil pōt: nec adiuuādo nec iudicādo. Item dicit Bonauē. Diſpēſatio bonoꝝ eccl'ie diſcrete ꝛ cū moderamine faciēda eſt aliodn (niſi diſcrete fiat) deus nō acceptat. Et bona ſpūalia nō pñt diſſipari: nec ꝯ diuinā acceptioneꝫ diſtribui: q̄uis poſſint bona tpalia nō ſoluꝫ diſpenſari: verū etiam diſſipari de facto: q̄uis aliter dictet ius diuinum eſſe faciendum.

Nono querit de valore indulgentiarū.

Utrū valeāt tm̄ q̄tū p/dicatur. ¶ Notandū q cōiter ſm doctores ad hoc q indulgētie vel relaxatiōes aliqd valeāt exigit duplex cōditio ex pte donantis: ꝛ duplex ex pte recipiētis. Ex parte dantis reqrit potentia: ꝛ honeſtaꝫ rationabil' cā. Nō em credenda eſſꝫ idulgentia valoris alicui⁹: ſi qs daret eā euntibꝫ videre torneamēta. Ex pte vero recipientis exigit cōfeſſio cū vera ꝯtritiōe ꝛ fides cū vera deuotōe vt vere de peccatis ſit penitēs: ꝛ vere cōfidens q paſtoꝝ indulgētia valeat ſibi. ¶ Rñſio. Quātitas īdulgētie attēdit reſpectu pene dēbite p pctis ꝯfeſſis ꝛ dimiſſis: ꝛ nō attēdit rōne ſcorie pctī: qꝛ īdulgētie nō abſoluūt a culpa: ſꝫ ſolū a pena. Dicēdū ē igit q q̄titas īdulgētie ꝛ dimiſſiōis illi⁹ pene meſurat ſm iudiciū ſūmi pōtificis vel ei⁹ q fecit īdulgētias. Ille aūt q dat īdulgētias cū eas tribuit ꝯſiderat cām p q̄ reputat eū dignū tāta grā: ꝛ ſm plus vl' minus pticipāt de īdulgētia. Uerbigrā Stationes rome īſtitute ſunt vbi ſunt indulgētie determiate. Hoc inſtituebāt pres ppter pegrinos q veniebāt de locis remotꝭ nec eſtiauerūt dignū eē tāta grā eū q eſt nat⁹ iuxta eccl'iaꝫ: ſic eū q de remotis venit ptibꝫ vñ nec tātā recipit grāꝫ: ſꝫ aliq̄tā. Cōcedēdū ē igit q īdulgētie tātū valēt q̄tū ſonāt q̄tū ē ex pte dātis: tn̄ nō tm̄ valēt cuilibꝫ q̄tū ſonāt n' eqlr oibꝫ ſic pꝫ

Circa diſtinctionē viceſimāprimā pmo qrit Utrū venialia poſſint deleri ſine grā. ¶ Rñſio. Pecā

venialia nõ pñt deleri ſine grã gratiſaci ente ita ꝙ q̃diu hõ ẽ in pctõ mortali nõ delenť pctã venialia. Sꝫ ſi morieť i pctõ mortali cũ venialibꝫ: punieť in iferno ad tẽpus pꝛo venialibꝫ: ita ꝙ ꝑ aliqđ ſpaciũ tẽ poris magis affligeť ꝛ h̃ ꝓ pctis veniali bus quouſq; ſatiſfecerit: ꝛ hec eſt opinio Scoti. Auguſti. de ci. dei. xxi. Nec ma gna nec pua pñt nobꝫ dimitti: ſi nõ dimi ſerimus debitoꝛibꝫ noſtris.

Secũdo querif. Utrũ

venialia poſſint deleri a grã: ſine ꝯtritio ne, ſiue exterioꝛi pena. Rñdeť ꝙ lꝫ venia lia valde ꝯgrue ꝑ pniam deleanť: pñt tñ ꝑ grãꝫ adiutaꝫ aliquo ope exterioꝛi aliť deleri: ſicut ꝑ ſacra euchariſtie: extreme vnctiõis ꝛ baptiſmi: ꝑ aque aſperſionem ep̃alẽ bñdictionẽ ꝛ miſericoꝛdie exhibiti onẽ per oꝛationis dominice deuotam ex oꝛationẽ ꝛ paſſiõis xp̃i ferueẽtẽ meditati onẽ. Et ſic pꝫ ꝙ ad deletionẽ venalium nõ eſt neceſſaria cõtritio ſiue interioꝛ pe na: ſꝫ pñt deleri ꝑ illos actus exterioꝛes etiã poſito ꝙ hõ nõ cogitet: nec recoꝛdeť de pctis venialibꝫ a ſe cõmiſſis.

Tertio queritur. vtruꝫ

in purgatoꝛio poſt hanc vitã fiat aliqua purgatio ab aliqua culpa an ſolũ a pena ¶ Notandũ ꝙ in purgatoꝛio nõ fit pur gatio pcti moꝛtalis quo ad culpã: qꝛ de legeꝫ cõi q̃libet decedens in peccato moꝛ tali damnatur in inferno: tamen in pur gatoꝛio bene fit purgatio peccati moꝛ talis quo ad penaꝫ: ꝛ ideo q̃ſtio nõ eſt de culpa moꝛtali: ſꝫ ſolũ veniali. ¶ Rñſio In purgatoꝛio poſt hanc vitã pctã veni alia deleñť quo ad culpaꝫ. Greg. in q̃rto dialogoꝛuꝫ dicit ꝙ quedã leues culpe re mittunť in futuro: ꝛ ibi multa dicit q̃ ad oſtendendũ hoc faciũt. Si dicas ꝙ hoc itelligat q̃tũ ad reatũ pene: hec ñ ſoluit qꝛ in futuro (vtpote in purgatoꝛio) non ſolũ fit purgatio a reatu penarũ venali um verũetiã moꝛtaliũ: cetera patent.

Quarto queritur. vtrũ

purgatio illa fiat ꝑ ignẽꝫ materialẽ aut per ſpũalẽ. Rñdeť ꝙ lꝫ Auguſtinus vl ſus fuerit dubitare: aliꝫ tñ doctoꝛes no bis auferũt dubitationẽ (qm̃ hoc cogno uerũt multiplici ratõe) vt Gregoꝛius in quarto dialogoꝝ: ꝛ iſidoꝛ⁹ de oꝛdine cre aturarũ: ꝛ cõiter tenẽt doctoꝛes nr̃i tpis ignẽ purgatoꝛiũ eẽ materialẽ ſiue coꝛpo ralem q̃ eſt calidiſſimus ꝛ obſcuriſſimus Uñ idem ignis cõburit exiſtentes in in ferno: ꝛ purgatoꝛio.

Quĩto querif. Utrum

vnus libereť ante aliũ. ¶ Rñſio In illo igne citius purgať vnus q̃ꝫ alius (vt diĉ Auguſtinus ꝛ omnes doctoꝛes in h̃ con coꝛdãt) q̃ eñ diutius in pctõ ꝑmanſit di gnum eſt vt diutius ſuſtineat penam.

Sexto querif. Utrum

aliq̃s ſctõꝝ euolet in celũ ante iudiciuꝫ. ¶ Notãdũ ꝙ ſctũs pt̃ capi tripl'r. Uno mõ large ꝓ q̃libet exñte in grã dei: ꝛ iſto mõ aliq̃ pñt in hac vita eſſe ſcti. Uñ Sã cti eſtote: qꝛ ego ſctũs ſum. Scđo mõ ca pif ſctũs ꝓpꝛiſſime ꝓ illo q̃ eſt in grã dei q̃ nõ hꝫ aliq̃d purgabile ꝛ videt eſſentiã diuinaꝫ: vt ſunt btĩ exñtes in glïa ꝛ iſtis duobꝫ modis nõ capiť in q̃õne pñti. Ter tio mõ capiť ſctũs ꝓpꝛie ꝓ illo q̃ ẽ in gra tia ꝛ nihil hꝫ purgabile: tñ nõ videt eſſen tiam diuinã: ſicut ſunt aĩe q̃ in purgato rio fecerũt pniaꝫ ſuã. Uel ſancti: q̃ dece dentes de hoc ſeculo nihil habẽt purga bile: ſicut fuit beatus franciſcus ꝛc̃.

Septimo querif. vtrũ

liceat aliqđ pctm̃ in cõfeſſiõe dimittere. ¶ Notãdũ ꝙ qõ ñ itelligiť de venialibꝫ pctis: qꝛ nõ ẽ neceſſe ꝯfiteri venialia pctã ꝛ ꝑ ꝯñs aliq̃ pctã venialia pñt dimitti: ſꝫ itelligiť q̃ſtio de pctis moꝛtalibꝫ. ¶ Rñ ſio anteq̃ꝫ aliqua cõfeſſio ſit bona ꝛ rite facta neceſſe eſt ꝙ confitens dicat om̃ia peccata ſua moꝛtalia: ſimul et ſemel in

vna ⁊ eadē ꝯfeſſiōe:⁊ vni ⁊ eidē ſacerdoti ita ꝙ nll'a pctā moꝛtalia ſciēter reſeruet qđ ſi nō fecerit ꝯfeſſio erit irrita. Vñ qt tuoꝛ modis cōfeſſio fit irrita duobꝫ modis ex pte abſoluētis ⁊ bis ex pte cōfitentis. Ex pte abſoluētis. Pͥo ſi nō ſciat: qꝛ nō pōt abſoluere niſi hēat notitiaꝫ de pctō. Scđo ſi nō poſſit:qñ ſcꝫ nō hꝫ ptātem abſoluēdi. Ex pte aūt ꝯfitētis. Primo ſi ficte cōfiteat̃. Jlle aūt ficte cōfitet̃ qui vnā ptem pctōꝛum ꝯfitet̃ vni:et aliā alteri:etiā qñ nō hꝫ diſplicētiaꝫ de pctis ſuis:nec itēdit emēdare ſe. Auguſtinus Jmpiū eſt a deo dīmidiā ſperare veniā. Notandū ꝙ ſi aliqs vere fuiſſet cōfeſſus pctā ſua vni ſacerdoti ⁊ p duos dies ſe/quētes recoꝛdaret̃ de aliquo pctō nō cōfeſſo tūc bonum eſt ꝙ cōfiteat̃ illud eidē ſacerdoti:ſi aūt nō poſſit habere copiaꝫ illiꝰ ſacerdotꝭ:⁊ cōfiteat̃ alteri:tūc alteri ſacerdoti ñ tenet̃ reiterare alia pctā cōfeſſa tñ ꝯgruū eēt ⁊ ſecuriꝰ alia reiterare

Octauo querit̃. Vtrū

liceat aliqđ in cōfeſſione addere. ¶ Rñſio Nullꝰ dꝫ aliqđ addere ꝯtra teſtimonium ꝯſcīe ſue:qꝛ nec cā humilitatis aut alterius ſimulatiōis nō dꝫ dicere mēdacium qꝛ tūc perderet̃ cōfeſſionis meritū. Tamen qñ lingua nō cōtradicit cōſcientie poteſt abſqꝫ pctō aliqđ addere:etiaꝫ cū merito vt ſi quis cōmiſiſſet puū pctm̄ ⁊ crederet ſe cōmittere magnū pctm̄:tūc dicēdo in cōfeſſione ſe grauiter peccaſſe: tūc licitum eſt illud addere(lꝫ falſum)et tñ non demereretur:ſed meret̃.

Nono queritur. Vtruꝫ

in cōfeſſione liceat aliena pctā referre. ¶ Reſpondet̃ diſtinguēdo. Quia aut aliena pctā ſunt ad accuſationem pctōrum noſtroꝝ imptinētia:ita ꝙ bñ poſſumus accuſare pctā noſtra ſine reuelatione alienoꝝ pctōꝝ tūc non eſt licitum aliena pctā referre:imo qui hoc malicioſe faceret moꝛtaliter peccaret. Si aūt aliena pctā ſint ptinētia ad accuſationē pctōꝝ noſtroꝝ:ita ꝙ nr̄a pctā nō poſſumus accuſare abſqꝫ reuelatione alienoꝝ pctōꝝ: tunc licitum eſt aliena pctā accuſare no ſtra:ſic tñ in generali aut alio mō taliter ꝙ confeſſoꝛ non intelligat perſonam cū qua fuit commiſſum peccatum.

Decimo querit̃. vtruꝫ

in aliquo caſu liceat cōfeſſionem reuelare:hoc eſt querere. Vtrū ſacerdos in aliquo caſu poſſit abſqꝫ pctō cōfeſſioneꝫ reuelare. ¶ Reſponſio Pro nullo ſcandalo eſt confeſſio reuelanda vt dicit Greg. ⁊ habet̃ in littera. Unde ſacerdos talit̃ debꝫ noſcere quaſi nō audierit ⁊ nouerit Jdeo ſigillū cōfeſſionis eſt diligētiſſime cuſtodiendū ꝓpter ſcandalū ne penitentes retrahant̃ a confeſſione. Propter qđ factū fuit miraculum magnū ꝙ quidam publice cōfeſſus eſt in mari ⁊ naui ꝓpt̃ piculū qđ euenerat in mari:⁊ poſtqꝫ venitū ē ad poꝛtū:⁊ ſaluꝰ fuerat ⁊ oēs aliȷ nemo nouit quod dixerat ille. Rñdet̃ igit̃ ꝙ in nullo caſu licet cōfeſſionē reuelare. Notandum ꝙ drīa eſt inter ſigillū cōfeſſionis:⁊ ſigillū ſecreti. Aliqđ eīn dat̃ ſub ſigillo cōfeſſionis qñ ſcꝫ pctā cōfitent̃ in cōfeſſione ſacrāli. Et iſta nullo mō dꝫ reuelari. Aliqđ aūt dat̃ ſub ſigillo ſecreti: qñ ſcꝫ aliquis dicit aliqđ alteri ſub fide ꝙ nō reuelabit illud:tūc aliqua data ſub iſto ſigillo pꝛeiudicabilia nō debēt recipi:⁊ pñt reuelari abſqꝫ pctō vt ſi aliqs diceret alteri ego occidam frēm meum: vel ego cōburam talem ciuitatē:tunc in tali caſu poſſet illud reuelare. Et ſic futura que ſunt pꝛeiudicabilia data ſub ſigillo ſecreti pñt reuelari. Pꝛeterita vero nullo modo debēt reuelari. ¶ Regl'a ad oē ſecretū celandū tenet̃ quilibꝫ hō de iure

Undecimo queritur.

Vtrū ꝯfitens poſſit ſacerdotē licētiare. ¶ Rñſio qñ hō ꝯfitet̃ pctā ſua ſacerdoti nō pōt in cōfeſſiōe ſacerdoteꝫ licētiare

vt peccata ſua reuelet: qꝛ non habet hāc auctoꝛitatem nec poteſtatē. Nec etiā extra confeſſionē poteſt dicere reuelctis ea que dixi vobis in confeſſione: nec etiam confeſſoꝛ debet reuelare. Si aūt cōfitēs velit ꝙ cōfeſſoꝛ reuelet peccata ſua: poteſt ei extra confeſſionē dicere. Rogo reuelctis talia ⁊ talia peccata q̄ ego cōmiſi: tūc ſacerdos poteſt illa reuelare. Nec ꝓpterea cōfitens licentiat eum: qꝛ ſm Scotum confitens non pōt ſacerdotem licentiare. Et eum ſequuntur doctoꝛes moderni.

Duodecimo queritur.

Utrum ſciens aliquid per confeſſionē ⁊ per aliā viam teneat̄ illud celare. ¶ Notandū ꝙ aliquid poteſt ſciri dupliciter extra confeſſionē. Uno modo per viam ſecretam ⁊ occultam: ⁊ eſt quando illud non pōt pꝛobari per teſtimoniū duoꝝ vel trium. Alio modo per viam publicam ⁊ manifeſtā quādo pōt pꝛobari ꝑ teſtimoniū duoꝝ vel triū. ¶ Coꝛrelariū. Sciens aliquid per confeſſionē: ⁊ ꝑ aliam viā tenet̄ illud celare. ¶ Scđm coꝛrelariū. Illud qđ ſcitur per ꝯfeſſionem et per viam publicā ſcitur duplici via: ita ꝙ homo pōt vnum modū obliuiſci. ſ. per ꝯfeſſionē: ⁊ aliū modū ſcire ⁊ reuelare ſcꝫ per viā publicā. ¶ Rñſio. Sciens per confeſſionē aliquid: ⁊ ꝑ viā ſcꝫ publicam: non tenetur illud celare. Sed ſi velit reuelare non debet dicere. ego ſcio illud duplici via (quia tunc reuelaret cōfeſſionem) ſed ſimpliciter debet dicere. Ego hoc ſcio. Tamen ſecurius eſt ꝙ nihil dicat: niſi ſit coactus. Nā tunc cum magna maturitate reuelandum eſt alienum pctm̄ qñ prodeſſe poteſt.

Circa diſtinctionem viceſimāſecundā ꝑmo querit̄. Utruꝫ pctā dimiſſa redeāt ꝙ̄tum ad maculā ſiue culpā. hoc eſt q̄rere. Utrū qñ hō peccat redeant ꝙ̄tum ad maculā alia pctā de quib⁹ fecerat penitentiā. ¶ Notandū ꝙ iſta tria ſcꝫ macula reat⁹ ⁊ offenſa nō differūt ſimpliciter: ſed rōne. Nā trāſeūte actu peccati tam interioꝛi ꝙ̄ exterioꝛi: ibi remanet obligatio ad penā eternā ⁊ iſta obligatio aliqñ vocat̄ macula: aliquādo reatus: ⁊ aliqñ offenſa. Inꝙ̄tuꝫ eſt diſcōueniēs aie vocat̄ macula. Inꝙ̄tum ducit ad penā eternā: dr̄ reat⁹. Inꝙ̄tum ꝟo infligit̄ a deo vel diſplicet deo dicit̄ offenſa. ¶ Rñdet̄ ad queſtionem. Peccata dimiſſa nullo mō redeunt quo ad culpā: qꝛ poſtq̄ deus ꝑ gr̄am deleuit ⁊ dimiſit peccatum nunq̄ illud redit in animam. Rōnes patēt in textu.

Secūdo q̄ritur. vtrum

peccata dimiſſa redeāt ꝙ̄tum ad reatū. ¶ Notandū ꝙ reatus ꝓpꝛie eſt obligatio ad penā eternaꝫ. Pena ꝟo eterna eſt duplex. Quedā eſt pena damni: ⁊ ē ꝑpetua pꝛiuatio viſionis dei. Et ſic pctā dimiſſa redeunt ꝙ̄tum ad penā damni: qꝛ eque bñ pꝛiuat̄ aliq̄s viſione dei in inferno pꝛo vno pctō moꝛtali: ac ſi cōmiſiſſet mlt̄a pctā moꝛtalia. Et ſic intelligitur hec auctoꝛitas. Qui peccat in vno fact⁹ eſt oim̄ reus. ſupple ꝙ̄tum ad penā dāni. Alia eſt pena ſenſus q̄ dānati affligunt̄ in coꝛꝑe vel in aīa: ⁊ tūc diſtinguendum eſt. aut eīn̄ talis q̄ recidiuat in pctm̄ ꝑfecit penitentiā in gr̄a de pctis ꝑus dimiſſis. ⁊ ſic pctā dimiſſa nō redeūt ad reatū aut talis nō ꝑfecit pniam ſuā in gr̄a: ſed in pctō moꝛtali: ⁊ tūc (ſm Bonauētu.) Pctā dimiſſa redeūt: ita ꝙ erit punitus in inferno de pctis ꝑteritis. Tamen hec nō eſt opinio Scoti ⁊ doctoꝝ modernorū dicentiū ꝙ nō eſt neceſſe pniam adimplere in gr̄a. Et ideo dicunt oēs ꝙ pctā dimiſſa nullo mō redeūt ꝙ̄tum ad reatū: ſiue ꝙ̄tum ad penā eternā: tñ in hoc cōcoꝛdant oēs ꝙ ꝓpter ingratitudinem magis aggrauat̄ peccatū. Et tenet̄ ille ꝯfiteri de illa ingratitudine.

Tercio querit̃. Utrum ſacramentũ pnie fuerit inſtitutum?

¶ Rñſio. De penitẽtia eſt loq̃ dupliciť. aut ꝓut eſt recõciliatiua deo. aut ꝓut eſt recõciliatiua nõ ſolũ deo: ſ; etiã eccleſie. Si loq̃mur ꝓut eſt ſolũ reconciliatiua deo: ſic eſt de dictamine legis nature: q̃ dictat ↄteri de pctõ ꝛ humiliari debere tñ cum aliqua illuſtratione fidei: qꝛ niſi deꝰ illuminaſſet patres legis naturalis nõ potuiſſent ex ſeipſis inueniſſe modum penitẽdi. Et ſic dicendũ eſt ꝙ in lege nature nõ fuit inſtituta penitẽtia proprie loquẽdo: ſed ſolũ inſinuata: et tunc dñs inſinuauit qñ poſt peccatũ Adã vocauit Geneſ. iij. Ubi es Adam: vbi dicit gloſa ꝙ monebat eũ redire ad cor iuxta illud Eſaie. xlvi. Redite preuaricatores ad cor. Si aũt loquamur de penitentia ſm ꝙ eſt ſacramentũ eccleſie: ꝛ ſic habuit inſtitutionẽ in lege ſcripta ſiue moſayca tñ imꝑfecte ꝛ ſm quandã generalitatẽ in determinatione oblationũ: q̃ erãt loco ↄfeſſionis ꝛ ſatiſfactionis. In lege aũt noua vbi vnitas eccleſiaſtica eſt ꝑfecta ꝛ recõciliatio plena: penitẽtia inſtituta fuit ſm ſtatũ ꝑfectionis. ꝛ q̃tuȝ ad formale qđ eſt abſolutio ſacerdotalis ꝛ ligatio: qđ dñs inſtituit ꝛ ꝓmulgauit qñ (Joh̃is. xx.) poſt reſurrectionem ſuã dedit diſcipulis ſuis poteſtatẽ clauium. ꝛ q̃tum ad materiale: qđ eſt q̃dã lucida ꝛ apta ↄfeſſio. nõ ſolũ in gñali: ſ; etiã in ſpeciali: qđ dñs inſtituit ꝛ apl'os docuit: ꝛ ipſi a dño edocti ꝛ accepta eius ꝑtãte ꝓmulgauerũt. Nõ eñ nobis tradidiſſent niſi a dño vel a ſpũſctõ accepiſſent. Et ſic ptȝ ꝙ ſacr̃m penitẽtie ꝑfecte fuit inſtitutũ in lege noua a xp̃o.

Quarto querit̃ quid ſit ſignũ ꝛ ſignatũ q̃ ad ſignificationẽ pnie

¶ Rñſio. Dupl'r poſſumus loq̃ de ſacr̃o pnie. ſic dictũ ẽ. aut ſm ꝙ ẽ ſolũ recõciliatiuũ deo. aut ſm ꝙ nõ ſolũ recõciliat deo ſ; etiã eccl'ie. Si q̃ loq̃mur de ſacr̃o pnie recõciliãte ſolũ deo: tũc res ſacr̃i ẽ remiſſio pctõꝝ. ſignũ ṽo ſtat in iſtis tribꝰ ſcȝ in exteriori ↄtritione: ↄfeſſione ꝛ ſatiſfactiõe. Quãtum ṽo ad eccleſiam addit̃ abſolutio a pctis a ſacerdote data.

Quinto queritur. vtrũ pnia habeat ꝛ teneat fundamẽti rõnem.

¶ Rñdet̃ ꝙ fundamentũ dr̃ dupliciter. Uno mõ locus in q̃ edificiũ ſtabilit̃: et hoc mõ xp̃s dr̃ fundamentũ. Et hoc bñ notat̃ in gloſa ꝑme Chorinth. iij. vbi dr̃ ꝙ ſicut totũ edificiũ materiale tẽdit deorſum: ſic edificiũ ſpũale tendit ſurſum qꝛ xp̃s dñs q̃ eſt fundamẽtũ ſpũalis edificij eſt ſurſum. Alio mõ dr̃ fundamẽtũ illud ſm qđ res fundat̃ ꝛ ſtabiliri ſuo ſuſtentaculo. Et hoc põt eẽ tripl'r. aut eñ eſt illud ꝑ qđ ꝓhibẽs remouet̃. aut illud ꝑ qđ ibi locat̃. aut ꝑ qđ ↄfirmat̃ ꝛ ſtabilitur. Si eſt illud ꝑ qđ remouet̃ ꝓhibẽs. ſic eſt pnia q̃ remouet immundiciã peccati: ſuꝑ quã erat ↄſtructa machina diaboli. Si aũt ſit vt collocãs: ſic duo ſunt in nobis ꝑ que nati ſumꝰ collocari ꝛ tendere ad locum nr̃m ſcȝ intellectus ꝛ affectus. Intellectus locat̃ in xp̃o ꝑ fidem ꝛ affectus locat̃ ꝛ cõglutinat̃ ꝑ charitatẽ. Si aũt ſit vt defendẽs ꝛ roborãs. hoc ẽ dupliciter. aut eſt defendẽs ↄtra ventuȝ ꝓſperitatis: ꝛ ſic eſt humilitas. aut ↄtra ventũ aduerſitatis: ꝛ ſic eſt patientia ſiue fortitudo. Et ſic ꝑ hoc fundat̃ aĩa ſuꝑra petrã: ꝛ ſic ptȝ ꝙ rõ fundamẽti de oĩbus dr̃ ſm quandã analogiã q̃ ortũ hȝ ꝛ radicẽ in xp̃o. Dicendũ igit̃ eſt ꝙ pnia ẽ fundamentũ accedẽti ad xp̃m de regione diſſimilitudinis ſiue peccati.

Sexto querit̃. Utrum pnia ſit tabula.

¶ Rñſio. Penitentia ſiue dicat̃ fundamẽtum ſiue tabula: ſub tropo dictũ eſt: tñ ſm aliã ꝛ aliã acceptionem ſm ꝙ fit duplex trãſlatio. Penitẽtia eñ eſt virtus: ꝛ ſic cõpetit ei rõ fundamẽti: qꝛ fundamentũ oĩm virtutũ eſt qꝛ oportet prius liberari a malo q̃ȝ facere bonũ. Penitẽtia etiam eſt ſacr̃m: ꝛ ſic cõpetit ei ratio tabule. Nã cum aliquis

patitur naufragiū in mari: neceſſe eſt ꝙ ſaluet̄ per aliquod adiutoriū. Tabula autē eſt adiutoriū aliqđ collatū ꝑ quod poſſet aliqs qui eſt in periculo naufragij ſubleuari a periculo peccati. Et hoc modo penitētia dr̄ tabula. Nā ſicut duplex dr̄ periculū ⁊ naufragiū pctī. ſ. originale ⁊ actuale: ita eſt duplex ſacr̄m. et tabula ſaluans. Nā contra originale eſt ꝓma tabula ſcꝫ ſacr̄m baptiſmi. Cōtra actuale eſt ſcđa tabula ſcꝫ ſacr̄m pnie.

Circa diſtinctionem viceſimāterciaꝫ querit̄ primo. Utrum ſacr̄m extreme vnctionis principaliter ſit ordinatū ad morbū corꝑalem an ad ſpūalem. ¶ Notandū ꝙ ſacr̄m extreme vnctionis eſt ipſa vnctio. Et diffinit̄ ſic ſm̄ Scotū. Sacramentū extreme vnctionis eſt vnctio infirmi hoīs penitētis facta in determinatis ꝑtibus corꝑis cum oleo ab epō ꝯſecrato: miniſtrata a ſacerdote: certa verba cū debita intentione ſimul proferēte: ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans vel repñtans finalē curationē peccatoꝝ venialiuꝫ. In hac diffinitione tangunt̄ nouem particule. Prima particula tangitur ibi: vnctio. et eſt materia ꝓpinqua. oleū ꝟo eſt materia remota. Scđa particula hoīs infirmi ⁊ ponit̄ ad differētiā hoīs ſani cui non debet dari hoc ſacr̄m. Nec etiā cuilibet homini patiēti ſe in periculo mortis exponere: vt in mari vel in prelio eunti: nec etiam cuilibet infirmo ſed grauiter infirmāti. de q̄ probabiliter creditur ꝙ decedet de hoc mūdo. Tercia particula eſt penitentis. Uñ nec parui pueri q̄ non habent vſum rōnis: nec furioſi: nec etiam q̄ perdiderūt vſum rōnis debent habere iſtud ſacramentū: niſi prius ante furiam queſiuiſſent. ¶ Correlarium. Beata virgo non habuit iſtud ſacramētum: quia nunꝙ̄ penituit: eo ꝙ nullum habuit peccatum. Quarta particula in determinatis partib⁹ corporis ſcꝫ in organis potentiarū: ſcꝫ in oculis: vbi ē potentia viſiua. i auribus: vbi eſt potētia auditiua. in narib⁹: vbi eſt potētia odoratiua. in ore: vbi viget potentia guſtatiua. in manib⁹: vbi viget potētia tactiua. in pedibus: vbi eſt potentia motiua in lumbis: vbi eſt in viris potentia generatiua; ⁊ in vmbilico in mulierib⁹. Et ſic in toto ſūt vndecim vnctiones. Quīta particula cū oleo: ibi tangit̄ materia remota. Unde triplex eſt oleum. ſ. cathecuminoꝝ: quo vnguntur cathecumini et parui pueri ante baptiſmum. Aliud eſt oleū balſamicū: vbi eſt balſamū ⁊ vocatur criſma. de quo vngunt̄ confirmādi ⁊ baptiſati. Terciū eſt oleum infirmoꝝ in quo non eſt balſamū. Sexta particula ab epō conſecrato: quia ſolus epiſcopus poteſt iſtud oleū conſecrare. Septima ꝑticula miniſtrata a ſacerdote: ibi tangit̄ idoneitas miſtri: qꝛ ſi laicus attētaret iſtđ ſacramētū dare: nihil faceret. Octaua ꝑticula. certa ꝟba cū debita intētione ſil̄ ꝓferente. de qb⁹ poſtea dicet̄. Nona. ex inſtitutione diuia: ibi tāgit̄ cā finalis. ¶ Rñſio ad qōnē. Iſtud ſacr̄m ꝑncipal'r ordinat̄ ad morbū ſpūalē. ſ. ad delēda pctā venialia. Cet̄a patēt i textu

Scđo q̄rit̄. Utruꝫ hoc ſacr̄m iſtituerit xp̄s vl aliqs ei⁹ diſcipl's ¶ Rñdet̄ ꝙ licet aliq̄ voluerūt dicere ꝙ xp̄s iſtituit h̄ ſacr̄ꝫ. cū Bonauē. ⁊ Sco. ⁊ oēs q̄ſi doctores moderni cōcordāt in h̄ ꝙ xp̄s nō inſtituit: ſꝫ p⁹ aſcēſionē eius ſpūſſan. ꝑ apl'os h̄ ſacr̄m inſtituit: ſicut ſup̄ dictū ē de ſacro ꝯfirmatōis: nec etiā apl'i inſtituerūt. ſed ſolū ꝓmulgauerūt. Uñ dicit Scotus ꝙ omia ſacrā noue legis data ſunt a xp̄o vel a deo.

Tercio querit̄ de hui⁹ ſacr̄i materia. ¶ Rñſio. Materia hui⁹ ſacr̄i (ſicut dicit mgr̄ in lr̄a: ⁊ cū eo concordant oēs) eſt oleum ab epiſcopo conſecratum: nō mixtum criſmate: nec alio liquore. Cetera patent.

Quarto queritur. vtrū forma verbi ſit de eſſentia huius ſacri. ¶ Notādū ꝙ in omi ſacro noue legis cō currūt duo ſcȝ materia ſicut i baptiſmo aqua eſt materia: ⁊ in extrema vnctiōe materia eſt oleū. Concurrit etiā forma: et ſunt aliq̄ verba q̄ debēt pferri: ⁊ ſunt tanꝗ principalius in ſacramēto: materia vo tanꝗ minus principale.

¶ Rūſio. Forma verbi eſt de integritate ſacri q̄ debet fieri p modum depcatio nis. Forma aūt (ſm ꝙ tenet romana ecclesia) hec eſt. Per iſtam ſanctā vnctionē ⁊ ſuā piiſſimā miſericordiā indulgeat tibi dn̄s quicquid oculoꝝ vicio deliquiſti. Et ſic dicēdū eſt in aliis organis potentiarū ſcȝ in auribꝰ: naribꝰ et ſic de aliis. Rōnes autē q̄re potius in iſto ſacramēto omnino eſt de eēntia ꝗ in aliis patet in textu.

Quito q̄rif quis de beat amminiſtrare hoc ſacrm̄. ¶ Rn̄detur ꝙ huius ſacri diſpēſatio ⁊ amminiſtratio: ex officio ſpectat ad ſacerdotes. Et iſtud confirmat auctoritas ⁊ ratio. Vn̄ Jacobi vltimo dr̄. Inducāt pſbyteros ⁊ orent ſup eū. Ratio aūt eſt: q2 cuȝ huius ſacramenti materia ſit oleū conſecratū non debet amminiſtrari nec cōtingi niſi ab eo q̄ habet manꝰ cōſecratas: et talis eſt ſacerdos. Ideo nō ſe extēdit ad oēs: nec ad ſolos epos: q2 cum hoc ſit ſacramētū piclitantiū qḋ datur ſolis grauiter infirmis: de quibꝰ credif de proximo eminere mors: ⁊ epiſcopi nō poſſint ſemp adire: ideo multos oporteret periclitare. Notandū ꝙ bene dr̄ in reſpōſione queſtionis ꝙ ſoli ſacerdotes debeant ex officio illud adminiſtrare: q2 aliquādo aliq̄ aliis amminiſtrare pn̄t ex ſingulari priuilegio: vel ex merito, ſicut legif de virgine glorioſa ꝙ multos iniunxerit in morte: ſicut legif ꝙ vnxit beatum martinū. Etiā ptȝ de beata Genoueſa: que inungebat infirmos ⁊ ſanabanf vel ſpūaliter: vel corpaliter: ſed hoc erat ex merito ⁊ ꝓpter ſanctitatē ſuam.

Sexto querif cui debeat ſacramentū iſtud dari. ¶ Rn̄ſio. Illud ſacramentum debet dari ſolis infirmis rōne vrentibꝰ ⁊ in periculo mortis exiſtentibꝰ. ¶ Correlariū. Nō debet dari paruis pueris: nec furioſis a natiuitate: eo ꝙ nunꝗ habuerunt vſum rōnis. Nec etiā debet dari perdēti vſuȝ rōnis niſi pus anteꝗ pderet vſum rōnis q̄ſiuiſſet iſtud ſacramētū. ¶ Correlariū ſcḋm Iſtud ſacramentū nō debet dari ſentētiatis ad mortē: ſiue ſint iuſte vel iniuſte ſententiati: q2 corā eccleſia dicunf infames.

Septimo queritur in q̄ loco debeat fieri vnctio. ¶ Rn̄def ꝙ ex quo iſtud principaliter ordinaf ad veniālium deſtructionē (ſm ꝙ ex textu beati Jacobi capif) ⁊ venialia ꝑpetranf in aīa: ⁊ ab aīa ſm vnionē ipſius ad carnē corruptam. Eſt aūt triplex aīe potētia ſm quā tangit corpꝰ ſcȝ ſenſitiua: generatiua ⁊ ꝓgreſſiua. ⁊ ideo iſtarum potētiarū organa debēt inungi. ⁊ qm̄ quinꝗ ſunt organa deſeruientia quinꝗ ſenſibꝰ ſcȝ oculi. nares. os. aures ⁊ manus. Lūbi aūt deſeruiunt potētie generatiue: et pedes potentie ꝓgreſſiue: ideo iſte ſeptē partes inungunf. Et ſic in toto ſunt vndecim vnctiones: q2 due in auribꝰ: due in oculis: due in manibꝰ: due in pedibꝰ vna in ore: vna in naribus ⁊ vna in lumbis: ſi ſint viri. Si autem ſint mulieres poſſunt inungi in vmbilico vbi viget potentia generatiua: vel ꝓpter verecundiam pn̄t inungi in lumbis. Notandū ꝙ ſi infirmus nō haberet pedes aut manꝰ: tn̄ inungi debet in ptibꝰ magis ꝓpinquis vel appropinq̄ntibꝰ illas ptes. Etiā poſito ꝙ fuiſſet ſurdus ⁊ cecus a natiuitate: tamē debet inungi in illis partibus quia ſi non vidit: tamen habuit voluntatem videndi ⁊ audiendi.

Octauo queritur quotiens debeat hoc ſacrm̄ dari. Dicēdū ꝙ tria ſūt ſacr̄a ꝑ que imp̄mit̄ character.ſ. baptiſmus:ↄfirmatio:ꝛ ordo. ideo non pn̄t iterari. Oīa vero alia ſacr̄a poſſūt iterari:qꝛ ꝑ ip̄a nō imp̄mit̄ character.iō iſtud ſacrm̄ pōt iterari ꝛ etiā iterari totiens quotiens q̄s infirmat̄ tali infirmitate ꝙ eſtimat̄ de morte. ¶ Notandū ꝙ ſi ſacerdos dans iſtud ſacrm̄ poſtq̄ⁱ iunxiſſet oculos ꝛ nares ꝛ poſtea moreret̄ vel nollet ꝑficere:tūc alter ſacerdos non dꝫ incipe ad inungendū ocl'os ſed deberet ꝑficere qđ alter ſacerdos incepit. ¶ Notandū ꝙ ſi aliquis hr̄et ꝓlixā infirmitatem toties debet ei dari h̄ ſacrm̄ :q̄tiens de morte ip̄ius eſtimat̄:dūmodo ſit aliqđ ſufficiens interuallū (qđ cōiter nō limitat̄ a doctoribꝫ licet aliqui voluerint dicere ꝙ requirit̄ ſpaciū triū menſiū pro interuallo). Nā ſic̄ in illa met infirmitate iterant̄ pctā venialia:ita etiā dꝫ iterari remediū. Cetera patent in textu.

CIrca diſtinctionē vigeſimāquartā querit̄. p̄rio de ordinis ſignaculo. Utꝝ clerici ordinādi debeant tonſurari. ¶ Notandū ꝙ tonſura ē amotio capilloꝝ a p̄te inferiori rotunde facta:ita ꝙ videant̄ aures. Et ſic ↄuerſi ad religionē etiā laici debent iſto modo tonſurari:nō tamē debēt coronari. Unde corona ē amotio capilloꝝ orbicularis a p̄te ſup̄iori capitis orbicularis.i.rotunde. ¶ Notandū etiā ꝙ ordinādus venit ab ordine. Ordo aūt put nunc ſuffic̄ eſt duplex ſeu capit̄ dupl'r. Uno mō ꝓ congrua diſpōne reꝝ pariū ꝛ ipariū. Et ſic diffinit̄ ab Augꝰ. Ordo ē reꝝ pariū diſpariūq̄ vnicuiq̄ ſua loca tribuens congrua diſpō. In q diffinitōe ponūt̄ tres ꝑticule. P̄ria ꝑticula ē ↄgrua diſpō:ꝛ ponit̄ loco gn̄is.nā oīs ordo ē diſpō ꝛ non ecōtra:qꝛ mlta ſūt bn̄ diſpoſita q̄ nō ſūt ordinata. Scđa ꝑticula.pariū diſpariūq̄:h̄ ē ſimiliū ꝛ diſſimiliū eq̄liū ꝛ ineq̄liū. Nā ſi oīa eēnt eq̄lia:ibi nō eēt ordo. Tercia ꝑticula vnicuiq̄ ſua loca tribuēs: vñ iſte ordo ē in paradiſo:qꝛ vnuſq̄ſq̄ locat̄ ſm merita ſua ꝛ etiā ſꝫ officia. Iſte ordo etiā ē ī reꝝ natura ſic̄ in celo ꝛ in t̄ra. Dꝫ etiā eē in pollitijs hūanis. Etiā ī eccl'ia militāte ē iſte ordo in q̄ eccl'ia ē ſummus hierarcha q̄ ē xp̄s: vicariꝰ eius eſt papa. ꝛ ſic deſcēdēdo vſq̄ ad minores ſacerdotes. Scđo mō capit̄ ordo ꝓ aliq̄ gradu eminēti:ꝛ iſto mō p̄latꝰ dr̄ hr̄e ordinem etiā ep̄s:rex:imꝑator:ꝛ ceteri habentes gradū eminentie dicūt̄ hr̄e ordinem. Et iſto mō capit̄ in p̄nti q̄ōne ꝛ nō p̄mo mō. Unde pōt ſic diffiniri ordo put ē in eccl'a. Ordo ē gradꝰ p̄eminēs in eccl'ia diſponēs de ↄgruo ad aliquē actū ꝑtinentem ad ↄſecratiōeꝫ vel diſpenſatiōꝫ eukariſtie:ibi ſunt due ꝑticule. Prima ꝑticula Gradꝰ p̄eminēs in eccl'ia:ibi tāgit̄ dr̄ia ab ordine p̄mo mō capto. Scđa ꝑticl'a: diſponens de ↄgruo ꝛc̄. Unde ↄſecratio corꝑis xp̄i ē ſūmꝰ ꝛ excellētiſſimꝰ gradꝰ: ꝛ oēs alij ordīes ſt̄ iferiores ip̄o. Notādū ꝙ in iſto ordine ſcđo mō capto ſūt ſeptē g̅dus. Primꝰ g̅dꝰ (q̄ ꝑtinet immediate ad ↄſecratiōꝫ) ē ſacerdotiū. Scđs g̅dꝰ ē īmediate diſpenſans iſtud ſacrm̄ eukariſtie:ꝛ ē officiū diaconatꝰ:qꝛ antiquitꝰ diacones miniſtrabāt ꝛ diſpenſabāt ſanguinē xp̄i:ſed mō nō diſpenſant: qꝛ ſunt ſacerdotes ſufficiētes:ꝛ etiā mō non dat̄ ſanguis cōicantibꝫ. Tertiꝰ gradꝰ ē immediate diſponēs ad diſpenſationē ꝛ cōſecrationē:ꝛ ē officiū ſubdiaconatus: qui habet offerre panē ꝛ vinū ſacerdoti. Et iſti tres ordines dicunt̄ ſacri:nec poſſūt vxorari habētes eos:ſed tenentur viuere caſte. Sunt alij tres gradus diſponētes ad deuotionē. Si ad deuotionē interiorem:ſic ē officiū accolitatꝰ.qꝛ officiū accoliti ē accendere candelas ꝛ luminaria que accendunt hoīes ad deuotionem. Quintus gradus diſponit ad h̄ ꝙ po/

p̄ulā faciat intentū:ꝛ ſic ē officiū lecto/
ris. Sextus gradus ē in hoc diſponens
ꝙ expellit indignos ſpūs:ꝛ iſto mō ē offi
ciū exorciſte. Septim⁹ grad⁹ ē diſponēs
in h̄ ꝙ expellit indignos hoīes ſcꝫ excōi
catos:ꝛ ſic eſt officium hoſtiarij. ¶ No/
tandum etiā ꝙ ſacramentū ordinis non
eſt ipē ordo ſed ꝓprie vocatur ordinatio
Eſt igit̄ ordinatio (ſm Scotum) inſti/
tutio alicui⁹ in gradu eccl'ie p̄eminente
cui ꝯuenit aliqđ miniſteriū circa eukari
ſtiam exhibēdū facta a miniſtro idoneo
ſcꝫ epiſcopo certa verba ꝓferente:ꝛ cuꝫ
intentione debita aliquo ſigno viſibili
repſentans ex inſtitutiōe diuina ſignās
miniſteriū gradus illius grām p̄eminē/
tem qua ordinatus digne aliquod mini
ſteriū exequatur. ¶ Ad queſtionē reſpō
detur ꝙ clerici ꝛ ordinādi debent tonſu
rari ꝛ coronari:ꝛ hoc propter duo. Pri/
mo propter diſtinctionē:qꝛ ꝑ coronā di/
ſtinguunt̄ a laicis. Scđo propter erudi
tionē:qꝛ in hoc ꝙ in tonſura eſt ſupflui/
tatis capillorūꝫ amotio: inſtruunt̄ cleri
ci ꝙ vitanda ē ſuperfluitas terreneitatꝫ
ſm illud Apoſtoli p̄me ad Timotheū
vltimo. Habētes alimēta ꝛ quib⁹ tega/
mur his cōtenti ſimus. In hoc etiam ꝙ
corona ē in ſūmitate capitis inſtruunt̄
clerici ꝙ ſumma bona ꝛ celeſtia debent
deſiderare:ſm illud Apl'i ad Philip.iij.
Noſtra ꝯuerſatio in celo eſt.

Secūdo queritur vtrū

corona ſit ſacramentum. ¶ Reſponſio.
Sicut de tranſeūtibus de vno ſtatu ad
aliud premittitur aliqđ preparatoriuꝫ
quod nō ponit in ſtatu ſed diſponit:ſic ī
propoſito intelligenduꝫ eſt. Nam ſicut
nouitius in religione nec dicit̄ ſecularis
nec religioſus:ſed mediat inter illa duo
ꝛ nouiciatus ē quedam diſpoſitio ad re/
ligionem. Sic recipiens coronā non ſu/
ſcipit ſacramentum ordinis ſed eſt que/
dam diſpoſitio ad ſacramentū ordinis.
Unde recipientes coronam īpropꝛie
ꝛ confuſe vocantur clerici:quia propꝛie
loquendo nullus dicitur clericus niſi re
cipiat aliquod ſacramentū ordinis. Et
ſic patet ꝙ corona nō eſt ſacramentum:
ſed quedam diſpoſitio.

Tertio queritur. Utrū

in ſuſceptione corone fiat abrenūciatio
temporalium. ¶ Reſponſio. Suſcipiē/
tes coronam nō cōpelluntur neqꝫ de iu/
re diuino nec humano abrenunciare tē/
poralibus ꝗ̄rum ad poſſeſſionem:tamē
de bono ꝛ equo minus debent inſudare
ſollicitudini temporalium ꝙ̄ laici ꝛ ma
xime illi qui ſunt in aliquo ordine ſacro
Una ratio:quia nō expectant poſteros
Alia ratio eſt:quia magis debent eſſe
intenti ad ſpiritualia ꝛ ſollicitudo tem
poralis impedit ſpiritualem.

Quarto querit̄ vtrum

prelati eccleſie teneant̄ clericis ꝗ̄tuꝫ ad
temporale ſtipendiū.hoc ē.vtrum tene/
antur nutrire quo ad victum ꝛ veſtituꝫ
quos ordinant. ¶ Reſpondetur ꝙ cleri
cus ordinatus aut eſt ad ſacros ordines
promotus aut non. Si ſit ad ſacros or/
dines promotus ꝛ non habeat vnde vi/
uat (cum ei eccleſia teneatur tanꝙ̄ mi/
niſtro ad ſeruitium eccleſie deputato:et
ipē indigeat). Dicendum ꝙ epiſcopus
qui eum promouit ſibi de neceſſarijs ꝓ/
uidere tenetur. Si autem nō ſit promo/
tus ad ſacros ordines ſed ſolum ad mi/
nores tunc nō tenetur epiſcopus eū nu/
trire. Etiam ſi habeat ſacros ordines ꝛ
habeat patrimonium de quo bene poſ/
ſit viuere:adhuc nō tenet̄ eccl'ia vel epi/
ſcopus ei prouidere de ſtipēdijs. Nihilo
minus debet ille promotus ad ſacros or
dines eccleſie ſeruire ratione ordinis.
Et hoc confirmatur per illud quod di/
citur in decretali Alexandri libro ter/
tio de prebendis. Epiſcopus ſi aliqueꝫ
ſine certo titulo de quo neceſſaria vite
percipiat in diaconum vel preſbyterum

ordinat tamdiu ei neceſſaria vite ſubmi niſtret: donec ei in aliqua eccleſia conue niencia ſtipendia militie clericalis aſſi/ gnet niſi talis de ſua vel paterna heredi tate ſubſidia vite poſſit habere.

Quinto qͥritur Utrum

ordo ſit in eccleſia. ¶ Notandum ꝙ or/ do ibi capitur pro congrua diſpoſitione parium ꝛ imparium. ¶ Reſponſio. In eccleſia neceſſarius ē ordo: ꝛ hoc dupli/ ci ratione: ſcilicet propter pulchritudi/ nem ꝛ rectitudinem. Primo propt̄ pul/ chritudinem. Cum enim in eccleſia ſit multitudo niſi eſſet ibi ordo: tunc eſſet confuſio. Secundo propter rectitudi/ nem. Etenim multitudo cum ē in ſtatu in quo deuiare poteſt errat ſi non habet ducem nec rectorem. Sicut dicit̄ tertij Regum vltimo. Uidi cunctum iſrahel diſperſum in montibus: ſicut oues non habentes paſtorez. Quoniam ergo ec/ cleſie multitudo eſt in ſtatu in quo po/ teſt deuiare: indiget capite ꝛ regimine: ꝛ cum vnus non poſſit omnibus ſufficere ad omnia. Ideo oportuit ſm plus ꝛ mi nus eccleſiaſtica officia ꝛ poteſtates di/ ſtribuere vt eccleſia regatur et dirigat̄ ſine errore.

Sexto queritur. Utruz

ordo ſit ſacramentum. ¶ Dicendum ꝙ ordo dicitur dupliciter. Uno modo di/ citur ordo ipſa relatio ordinatorum: vt prelatio ꝛ ſubiectio. Et ſic ordo non di/ citur ſacramentum: quia tunc ſequere/ tur ꝙ haberent omnes ſacramentum or dinis: quia om̄s vel ſunt prelati vel ſub iecti. Alio modo dicitur ordo ordinata poteſtas ſm quam ip̄m ſubiectum po/ teſt ꝛ debet ordinari: ꝛ hoc dupliciter. Uel ad opus ſcilicet ad poteſtatem cō/ ſecrandi corpꝰ chriſti: et ſic eſt ordo dia/ conatus: ſubdiaconatus: ꝛ ceteri ordi̇es inferiores. Unde datur iſtud ſacramen tum quando epiſcopus dat poteſtatem alicui cōficiendi corpus chriſti: ꝛ illa or dinatio vocatur ſacramentum. Simili ter dicendū ē de ordine diaconatus ꝛ de alijs inferioribus ordinibꝫ.

Septimo querit̄. vtrū

ſacramentū ordinis ſit noue legis ꝓpri/ um. Hoc eſt querere. Utrum hoc ſacra mentum fuerit in lege antiqua. ¶ Re/ ſponſio. Sacramentum ordinis fuit in antiqua lege figuratiue ſed nō vere. Et ideo reſpondetur ꝙ ſacramentum ordi/ nis eſt noue legis proprium. Et ſic dicē dum eſt de omnibus alijs ſacramentis: excepto ſacramento matrimonij: d̄ quo poſtea dicetur.

Octauo querit̄ Utruz

ordo ſit ſacramētū vnū vel plura ¶ Re ſpondetur ꝙ eſt vnum vnitate integri/ tatis ꝛ nō plura ſacramēta: habet tamē ptes multas que ſacramenta nō plurifi cant: ꝓ eo ꝙ nō ſunt omnino ptes ſubie/ ctiue. ¶ Notandum itaqꝫ ꝙ prout nūc ſufficit triplices ſunt partes. Quedam ſunt ſubiectiue: vt omnia inferiora dicū tur partes ſubiectiue reſpectu ſuperio/ rum: ſic homo eſt inferius reſpectu ani/ malis. Alie ſunt partes integrales que conſtituunt aliquod totum ſm ꝙ ē quā tum. Et iſte ptes non inueniuntur ī an/ gelis nec in anima ſed ſolum in corpora libus. Unde. Nulla pars integralis re cipit integritatem ſicut paries: tectum: ꝛ fundamentū dicuntur partes domus Alie ſunt partes poteſtatiue: ꝛ ſūt que conſtituunt aliquod totuz poteſtatiuū Unde totum poteſtatiuuz eſt illud qđ in ſe eſt ſimplex in eſſentia ſua: ſed conti net plures poteſtates vel virtutes: ſicut anima intellectiua (que ī ſe ſimplex eſt) continet multas potēcias ſcꝫ intellectū voluntatem memoriā. ꝛ ceteras poten/ tias. Et ſic in ꝓpoſito om̄es ordines (q̄ ſunt in toto ſepte) dn̄r ptes poteſtatiue qꝛ ꝯſtituūt vnū totū poteſtatiuū ꝛ inte

grale:qđ dicit̃ vnũ ſacramentũ.

Nono queritur vtrum

character imp̃mat̃ i q̃libet iſtoꝝ ordinũ. ¶ R̃nſio. Licet aliqui voluerũt dicere ꝙ in ſolo ſacerdotio imp̃mat̃ character tñ hec opinio nõ tenet̃ a doctorib⁹. Vñ/ de. Hec ẽ opinio Bonauenture ꝙ cha/ racter imp̃mit̃ in q̃libet ſeptẽ ordinũ: et cũ principalis ẽ:q: ſacr̃m ordinis nõ po teſt iterari. vnde qui recepit ordinẽ acco litatus nõ poteſt amplius illũ recipere: ⁊ ſic dicendũ ẽ de alijs.

Decimo querit̃ vtrum

in diuerſis ordinib⁹ diuerſi characteres imprimant̃. ¶ R̃ndetur ꝙ ĩ diuerſis or dinib⁹ iprimunt̃ diuerſi characteres. Et ratio ẽ:q: nõ ſolũ ſuſcipientes iſtos ordi nes diſtinguunt̃ a laicis per ipos:immo etiã inter ſe inuicem eſt diſtinctio. Nam alia ptãs datur in ordine oſtiarij:⁊ alia ptãs datur in ordine accolitat⁹: ⁊ ſic de alijs. Ideo ſicut diuerſe ptãtes dantur: ita diuerſa ſignacula ſiue characteres debent imprimi.

Undecimo queritur.

Utrũ characteres diuerſoꝝ ordinũ ſint eſſentialiter ordinati. ¶ Notandũ ꝙ or/ do eſſentialis ẽ ille qui ẽ inter duo extre/ ma ſic ſe habentia ꝙ iplicat ꝯdictionẽ poſterius eẽ ſine priori:ſicut ẽ impoſſibi le prius aliquid diligere q̃ cognoſcere: quia diligere ſe habet vt poſterius:cog/ noſcere vero vt prius. Auguſtinus. In uiſa diligere poſſum⁹:incognita nequa/ q̃. Nihil eĩn volitũ niſi precognitum. ¶ Querit igit̃ hec queſtio. Utrũ aliq̃s ordo poſterior poſſit dari ſine priori: vt pote ordo ſacerdotij poſſit dari ante or/ dinem diaconatus.⁊ ſic de alijs. ¶ Re/ ſponſio ad queſtionẽ. Dupliciter poſſu mus loq̃ de ordine:aut de ordine neceſſi tatis:vel de ordine ꝯgruitatis. ¶ Pria ꝓpoſitio. Characteres diuerſoꝝ ordinũ nõ ſunt ordinati ordine neceſſitatis ſiue ordine eſſentiali:q: põt aliq̃s recipe or/ dinẽ p̃ſbyteratus anteq̃ fiat accolitus vel diacon⁹:⁊ ſic đ alijs:tñ peccaret mor taliter ſi ſcient̃ h̃ attẽtaret. ¶ Scđa pro poſitio. Characteres diuerſoꝝ ordinuꝫ ſunt ordinati ordine ꝯgruitatis. Nã cõ gruũ ẽ ⁊ valde decẽs ꝙ ordinate dentur ordines. Ordo autẽ talis ẽ. Prio datur ordo oſtiarij. Scđo lectoris. Tertio ex orciſte. Quarto accolitat⁹. Quinto ſb diaconatus. Sexto diaconat⁹ Septio p̃ſbyterat⁹ ordo. Uñ ſi ep̃s ſcient̃ muta ret ordinẽ peccaret mortalit̃: ⁊ ſi ſcient̃ vl̃ ignorant̃ daret ordinẽ p̃ſbyterat⁹ ali cui nõ habenti alios p̃cedẽtes ordines: tunc teneret̃ poſtea in ſecreto ſoluꝫ dare iſtos ordines qui dimiſſi fuerant. Et ſic dicendũ ẽ de alijs ordinibus

Duodecimo queritur.

furia impediat matrimoniū. ¶ Reſponſio ſtat in hac diſtinctione. Furia vľ concomitať matrimoniū: aut p̄cedit aut ſeq̄tur. Si concomitať tūc impedit matrimoniū: quia talis furioſus nō habet poteſtatē ꝯſentiendi: quia non habet vſum rōnis. Si aūt p̄cedit: ꝫ ille hꝫ lucida interualla: hoc eſt ꝙ in aliquo tp̄e habeat vſum rōnis: tunc ſi ꝯtrahat in illo interuallo eſt verū matrimoniū: nec pōt dirimi. Si aūt nō habeat lucida interualla hoc eſt ꝙ ſemꝑ ſit in furia: tūc illa furia impedit matrimoniū ꝫ ꝯtractū dirimit Si vero illa furia ſequať matrimoniuꝫ tunc nō dirimit: ſed manet matrimoniū

Sexto queritur de per-

uerſitate ꝫ ꝑuerſione voluntatis ꝫ inceſtuoſis: vtputa cū q̄s iacet cū vxoris ſorore Utrū tale crimen impediat matrimoniū ꝫ faciat ꝑſonā illegitimā. Notandum ꝙ inceſtus cōmittiť qn̄ aliq̄s cognoſcit cōſanguineā ſuā: vtputa matrē aut ſororē aut cognatā: vel qn̄ cognoſcit affinem: vtpote qn̄ cognoſcit ſororeꝫ vxoris ſue. ¶ Reſpōſio. Aliq̄s pt cōmittere inceſtū cognoſcendo vxoris ſue ſororē dupliciter: aut anteq̄ꝫ ꝯhat mr̄imoniū cuꝫ ſorore: aut poſt ꝯtractionē. Si poſt contractioneꝫ matrimonij: mr̄imoniū illud nō ſoluiť: tn̄ ille q̄ cōmittit inceſtū: amittit ius petendi debitū vxori ſue. Non tn̄ ꝑdit ius reddēdi. imo tenetur reddere ſi vxor eiꝰ petat dūmodo ipa nō ſit i culpa ꝫ ꝯſcia ſceleris. Si aūt cognouit ſororē ante mr̄imonij ꝯtractionē: etiā poſt ſponſalia de futuro: nullū ē mr̄imoniū ꝯtctū rōne affinitatis. Un̄ ſeꝑandi ſunt iudicio eccľie: ꝫ mulier pōt nubere. Uir aūt (ꝯtū de rigore iuris) nubere nō poteſt.

Sponſalia aūt de futuro dicunt qñ per verba de futuro pmittūt in futuro i matrimonio ꝯiungi: proferēdo iſta verba. Ego accipiā te in meā: ⁊ econuerſo.

Circa diſtinctionem. xxxv. Primo queritur Utrū liceat vxorē ex fornicationis cauſa dimittere.

¶ Notandū ꝙ diuortiū ē ſeparatio viri ⁊ vxoris ꝗtū ad thoꝝ ⁊ ꝗtū ad cobabitationē facta ſolēniter ⁊ publice p manus epi. Un̄ pro declaratione notandū ꝙ antequā̄ fiat diuortiū oportet ꝙ vir ⁊ mulier ſint matrimonialr̄ cōiuncti: quia nō pōt fieri diuortiū int virū ⁊ mulierē nō coiugatos: ſed ſolūmodo dr̄ ſeparatio. ¶ Ad queſtionē dicit ꝙ ppter fornicationē licitum eſt fieri diuortiū int ꝯiuges altero poſtulante. Et rō huius eſt: q2 dñs ꝯceſſit Rō autē quare ꝯceſſit hec ē: quia nō ſeruanti fidē (imo frangenti) non tenet vir fidē ſeruare. ⁊ ſilr̄ dicendū eſt de muliere. ¶ Notandū ꝙ cauſa iſtius diuorcij debet eſſe culpabilis: quia ſi mulier etiam cognita ab alio violenter: aut ignorāter credendo de alio ꝙ eſſet maritus ſuus: tūc nō debet fieri diuortiū. Etiā requirit ꝙ culpa ſit ſingularis: quia ſi ambo eſſent fornicarij: tūc nō deberet fieri diuortiū. Etiā ſi vir eſſet in culpa ꝙ vxor eſſet fornicaria: tunc etiā nō deberet fieri diuortium: vt ſi ex ꝯſenſu mariti mulier fornicaretur. Notādū ꝙ poſt diuortiū factū ſi alter ꝗ fornicatus fuerat poſſit ꝑcipere ⁊ probare ꝙ alter etiā fornicat tunc poteſt eum cogere per epiſcopum ad adnihilādum diuortiū ⁊ ad inuicē vniendū.

Secundo querit. Utrū dimittere vxorē fornicariā ſit in pcepto. ¶ Reſponſio. Fornicans cōiunx aut fornicat in manifeſto aut in occulto. Si in occulto: ſic nō poteſt dimittere: quia nō poteſt probare: ⁊ non eſt noſtrū de occultis iudicare. Si in manifeſto: aut perſeuerat in malicia: vel cōuertit ad penitentiam. Si pſeuerat in malicia ſic q2 ſcandaliſat: vir tenetur vxorē corrigere iuxta mandatū dñi euangelicū: et ſi nō correxerit tenet eā dimittere. Et ſimiliter dicendū eſt de viro. Si aūt penitet et ſe corrigit nō tenet. Unde Jeronimus. Si vir ſcit vxorē deliquiſſe: ⁊ mulier pmanſerit in fornicatione: ⁊ viuit cum ea: vir particeps eſt peccati eius. Tenet ergo vir vxorem corrigere ⁊ fornicantē dimittere. Similr̄ ⁊ mulier tenetur.

Queritur tercio. Utrū poſſit quis vxorē fornicantē auctoritate propria dimittere ſine iudicio eccleſie. ¶ Reſpondet ꝙ ꝯtingit vxorē a viro dupliciter dimitti: vel quantū ad thorum tm̄ vel quantum ad thorum et cohabitationē. Si primo modo: ſic dico ꝙ vir cōperto ⁊ cognito certitudinalr̄ ꝙ vxor fornicetur vel ecōuerſo pōt debitū denegare nec ad hoc tenet niſi p cenſuram eccleſiaſticā cōpellatur: ⁊ tunc ſi cōpulſus debitum reddiderit nullū ei iudiciū generatur. Si autē loquamur de ſeparatione ſecūdo modo ſic dicit diuortiū et hoc q2 eſt in manifeſto: ideo nō dꝫ fieri in occulto: ſed in facie eccleſie. Et quia matrimoniū eſt magnum ſacramentū: non ſub quocūꝙ iudice: ſed ſub epiſcopo debet fieri diuortium.

Querit quarto. vtrum diuortio celebrato vir poſſit aliam vxorem ducere vel vxor alium virū. ¶ Reſponſio. Diuortiū pōt fieri dupliciter: aut quia pſone erant illegitime ad contrahendū ſimplr̄: ⁊ tunc vterꝙ poteſt alteri nubere: quia matrimoniuꝫ fuit nullum. Poteſt etiaꝫ diuortiū fieri propter crimen fornicationis: ⁊ tunc nō poteſt cōtrahere nec vir nec mulier: quia cū eēnt pſone legitime: fuit inter eos ſacramētū quod ē vinculū inſolubile. Unde diuortium non eſt ſeparatio ꝗtum ad vinculum ſacramentale ſed ꝗtum ad debituꝫ ⁊ cobabitationem.

Querit quinto. vtrum

poſt diuortiū poſſint vir ⁊ vxor inuicem reconciliari. ¶ Rñdet ꝙ ad recōciliationem faciendā: aut vterq; concordat: aut vterq; diſcordat: aut vn⁹ petit ⁊ alter repugnat. Si vterq; concordat: abſq; dubio fit recōciliatio. Si vterq; diſcordat nec pōt nec debet fieri niſi fiat ſcandalū eccleſie: q̄ ſcandaliſat pro eo ꝙ vterq; fornicatur publice. Unde i illo caſu debet eos eccleſia cogere ad recōciliandū. Si autē alter petit: aut nocēs petit innocentem: ⁊ ſic nō debet cogi ad recōciliationē aut innocēs petit nocentē: vt vir caſtus vxorē adulterā: ⁊ ſic inuita debet reconciliari p iudiciū eccleſie: aut nocēs nocētem petit: vt mulier q̄ p⁹us ē fornicata repetit virū q̄ eſt poſt diuortiuz fornicat⁹ ⁊ ſic reſtituēdus ē marit⁹ vxori etiā inuitue. Quātūcunq; tñ mulier faciat penitentiā nūq̄ acqrit ius in virū ipſo nolente niſi vir fornicet: ⁊ hoc ꝓpter ɔtumeliā quā intulit mr̄imonio: qꝛ directe peccauit ɔtra bonū fidei. i. fidelitatis.

Sexto queritur. vtrum

poſſit fieri diuortiū ſi nō p̄cedat aliqua culpa. ¶ Reſponſio. Diuortium inter legitimos coniuges poteſt fieri dupliciter: aut vt in eodem ſtatu perſiſtant: aut vt ad frugem melioris vite tranſeant. Si in eodem ſtatu perſiſtant: tunc non debet niſi manifeſta culpa p̄cedat: tum ꝓpter piculū: maxime qñ ſunt iuuenes: tum etiā ꝓpter ſcandalū. Si vt ad frugem melioris vite trāſeāt: tūc aut vterq; eſt volūtari⁹ aut alter inuit⁹. Si vterq; eſt volūtarius: tunc pōt fieri ſine culpa: ita tñ ꝙ vterq; votum emittat ſolenne ⁊ vterq; habitum religionis aſſumat: niſi ſit talis pſona de qua nulla poſſit oriri ſuſpicio q̄ voto ſolenni emiſſo poterit remanere i domo. Si aūt oportet vtrūq; cōuerti (ſicut expſſe in pluribꝫ decretalibus tangit de cōuerſione coniugali. Et rurſus) tale diuortiū fieri debet per pſonam publicā: maxime p epm. Si autē alter vult cohabitare: nullo mō fieri poteſt niſi per culpam p̄cedentem.

Circa triceſimā ſextā diſtinctionē pmo queritur Utrū error ɔditōnis impediat matrimonium. i. Utrū ɔditio ſeruitutis cū ɔdictione domini matrimoniū impediat. Notandū ꝙ ſm magiſtrū Hugonē ſeruit⁹ hꝫ tres gradus. Prim⁹ ē obediētialis ſubiectio vni⁹ ad alterꝫ in actibꝫ decentibꝫ. Et iſto mō filij ſeruiūt ⁊ obediūt patribꝫ: etiam iſta ſeruitus eſt in religione: qꝛ iuuenes debent obedire ſenioribꝫ: ⁊ maxime platis. Et fuiſſet etiā iſta ſeruitus poſito ꝙ Adā non peccaſſet. Scd̄s gradus ſeruitutis ē obligatio ⁊ ſubiectio vni⁹ ad alterum: q̄tū ad act⁹ viles ⁊ ſeruiles: ita tñ ꝙ ille ſeru⁹ remanet liber ad ɔſeruationem ſpeciei ſcꝫ ad accipiēdū vxorē abſq; licentia dñi ſui: et etiam ꝙ remanet liber ad ɔſeruationē indiuidui ſcꝫ ad conſeruandū bona ſua: vt qñ aliquis ad tempus ſeruit alicui dño: ⁊ de iſtis duabus ſeruitutibꝫ non eſt hic queſtio. Tercius gradus ſeruitutis ē totalis obligatio ⁊ ſubiectio vnius ad alterū q̄tū ad actus viles ⁊ ſeruiles: ita ꝙ ille ſeruus non remanet liber ad ɔſeruationē ſpeciei ⁊ indiuidui: imo dñs eius pōt eū vendere et de ipſo facere ſicut de vna vacca vl' aſino Et de iſta ſeruitute hic eſt ad ꝓpoſitum Prima ſeruit⁹ vocat filialis. ſcd̄a politica: ⁊ tercia vocat extrema: ⁊ ab aliquibꝫ miſera. ¶ Ad queſtionē reſpondet ꝙ ſm ius nouū cōditio ſeruitutis nō impedit matrimoniū etiā dño ɔdicente qꝛ ſeru⁹ etiā ɔiugatus pōt dño ſuo ſeruicia exhibere. Unde per matrimoniū non ſubtrabitur a domini poteſtate.

Querit ſecundo. Utrū

ɔditio ſeruitutꝫ cū errore impediat matrimoniū? Conditio ſeruitutis fit cum errore: quādo vnus ipſo ignorante acci

pit alium ſeruū. ¶ Rñſio. Error cōdi/
tionis pōt eſſe triplr. Aut paris: vt cū
ſeruus contrahit cū ancilla ⁊ econuerſo:
ipſis igorantib⁹ alterū eoꝝ eſſe conditi/
onis ſeruitutis. Aut melioris: vt cū ſer/
uus contrahit cum libera. Aut deterio
ris: vt liber cum ancilla. In pmis duo/
bus caſibꝫ error nō impedit mrimoniū.
In tercio vero dirimit matrimoniū: et
impedit niſi poſt cognitionē ſeruitutis
conſenſerit verbo vel facto.

Tercio queritur cuius

conditionē ſequatur ples. Utrū patris
aut matris. ¶ Rñdetur ꝙ ſm leges ci/
uiles ſiue ius impiale: partus ſequitur
ventrem. Ideo dicendū ꝙ ſi mulier ſit
ancilla: proles erit ſeruilis cōditionis.
Et ſi pater ſit ſeruus et nō mater: tunc
ples non erit ſeruilis conditionis.

Quarto queritur. de im/

pedimēto qđ venit ex defectu etatis. cir/
ca qđ tria queruntur. Primo. Utrū ſtat⁹
etatis impediat mrimoniū. Notandū
ꝙ debita etas eſt pubertas. Uñ puber/
tas in maſculo incipit in quartodecimo
anno: quia in pudendis incipiūt habere
primā barbā. ⁊ tunc poſſunt coire. In
muliere aūt incipit in duodecimo anno
¶ Ad queſtionē rñdetur ꝙ matrimonium
eſt in officiū: in remediū: ⁊ in ſacramētū
vel ſignū. In officiū inꝗ procreādi pro
lem. In remediū: cōtra impulſum libi/
dinis. Et in ſacramentū inſolubilis cō/
iunctionis. Quoniā igitur añ tps puber/
tatis nō pñt maſculi ⁊ femine gñare: nec
feruore libidinis incitantur, tanꝗ impotē
tes ad eius actū. Et etiā quia añ illud
tps ſunt variabiles: ⁊ mrimoniū eſt im/
mutabile. Ideo decreuerunt iura tales
pſonas nō eſſe legitimas añꝗ ad tps ve
niant pubertatis.

Quinto queritur. vtrū

defectus etatis impediat contractionē
ſpōſalium. Notandum ꝙ ſponſalia di/
cuntur a ſpondeo es. ere. Uñ ſponſalia
ſunt futurarū nuptiarum promiſſio.
¶ Rñſio. Spōſalia de iure non poſſunt
cotrahi ante ſeptimum annum. Et ſi cō
trahantur: defacto nihil fit.

Sexto queritur. vtrū

ſponſalia cōtracta poſt ſeptimū annum
poſſint diſſolui per mutuū conſenſum.
¶ Rñdendū eſt ꝙ ſponſalia multis mo
dis poſſunt ſolui. Prim⁹ modus eſt vo/
to ſuueniente: puta ſi alter ſponſoꝝ in/
trauerit religionē. Scđs mod⁹ ſuuenī
ente mrimonio: puta ſi cōtrahat cū alia
p verba de pñti poſt ſponſalia. Terci⁹
modus ſuueniēte affinitate: puta ſi co
gnouit conſanguineā ſponſe. Quartus
ſuueniēte infirmitate incurabili: puta
lepra vl' mutilatōe alicui⁹ mēbri. Quin
tus modus eſt altero ſe abſentāte: puta
cū vadit in regionē longinquā ſine licen
tia. Sextus. altero fornicante: puta cū
alter cognoſcit alterā ꝗ ſponſam ſuam
Septimus eſt. vtroqꝫ volente. Et p hoc
patet rñſio ad queſtionē. Qꝫ ſponſalia
ꝯtracta poſt ſeptenniū poſſunt diſſolui
per mutuū conſenſum. Octauus modus
eſt minore petente: puta ſi cōtracta ſint
ſponſalia inter aliquos duos quoꝝ al/
ter eſt in debita etate: alter eſt minor: ec
cleſia magis fauet minori. Primis duo
bus modis ſoluuntur ſpōſalia ipſo facto:
alij vo per iudicium eccleſie.

Circa diſtinctio/

nem triceſimāſeptimā pmo
queritur. Utrū ordines mino
res impediant matrimoniū
¶ Rñſio. In iſtis ordinibus minorib⁹
eſt ꝯſiderare ordinē ⁊ officiū ſiue mini/
ſteriū et bñficiū. Et hec tria pñt cōpara
ri ad mrimoniū. Nā minores ordines:
nec rōne ſui: nec rōne ordinis: nec cara/
cteris: impediunt matrimoniū: quia ꝗ
ſolum haberet minores ordines: poſſet
contrahere cum muliere: et vti ea in ma
trimonio Sed tamen minores ordines

impediunt matrimoniū: quia habēt oppoſitionē ad mrimoniū: ꝙ̄ſtrum ſad vſuȝ ꝑpter honeſtatē rōne bñficiȷ ꝛ miniſterȷ qꝛ matrimonio iunctus non pōt tenere bñficium nec miniſtrare circa altare: tñ poteſt ꝯtrahere ſine impedimento.

Secūdo queritur. vtrū

ſacer ordo impediat matrimoniū. Notandū ꝙ tres ſunt ſacri ordines .ſ. ordo ſubdyaconatus: dyaconatus ꝛ pſbyteratus. ¶ Rñdet ꝙ abſq̄ dubio (ſicut ſacri dicunt canones) ſacer ordo impedit matrimoniū ꝯtrahendū et dirimit iam contractū: hābet eñ inſeꝑabiliter continentiam annexam ex voto ꝛ ſtatuto.

Tercio queritur. vtruȝ

eccleſia debuerit inſtituere hoc: ꝛ ꝑ tale ſtatutū clericos ad ꝯtinentiā obligare. ¶ Reſpondet. ꝙ iſtud ſtatutū de clericorū cōtinentia fecit eccleſia: qꝛ decuit: qꝛ expediens fuit. Vñ ſi vxor ſacerdotis greci iret ad aliquē aliū: ꝛ cognoſceret eam poſtea: hec ſciens: tunc eſſet irregularis. ideo ad remouendū iſtud vicium: latini ſe obligauerūt ad cuſtodiendum continentiā: tum ꝑpter auctoritatem platorū maxime ſummi pontificis tum ꝑpter ꝯſenſum ſubditoꝝ ꝛc̄.

Quarto querit. Vtrū

vxorem adulterā occidere licitum ſit. ¶ Rñſio. Interfector ꝓprie coniugis: ſi ex certa ſcientia facit: peccat ꝙ̄tūcunq̄ illa ſit adultera. Peccat aūt non tm̄ contra canones: ſed etiaȝ contra ius ciuile. Contra ius diuinū et canonicū peccat in ipſo facto qm̄ non debet ipaȝ adulterā interficere: ſed corrigere: cum de⁹ peccatori paratus ſit parcere in lege grē: ſicut in exemplo patet mulieris adultere Johis. viȷ. Ideo vir non debet vxorē ſuam interficere: etiā poſito ꝙ eam inueniat in adulterȷ facto: tñ leges ciuiles concedūt ꝙ ſi vir inueniat vxorē ſuā in actu malo ſcȝ adulterio: poteſt eam occidere ſed in hoc non tenent: qꝛ ꝯtradicūt legi diuine: in qua precipit nulluȝ occidere: tñ adhuc ſm illas leges non debet eā occidere: niſi eā inueniat i facto adulterȷ.

Quinto querit. vtrum

grauius ſit peccatū (in genere loq̄ndo) occidere matrē: ꝙ̄ vxorem occidere. ¶ Reſpondet. ꝙ abſq̄ dubio graui⁹ peccatum eſt (in genere loquēdo) occidere matrē ꝙ̄ vxorem: tum rōne ꝑſone exterioris: cui minor debetur reuerentia: tum rōne minoris ꝓnitatis: pronior eſt enim hō iracundus ad verberandū vxoreȝ ꝙ̄ matrē: qñ eñ ꝑpter aliquā cauſam diſplicet: mirabile odiū ꝛ tediū generat: et ideo pronior eſt ad occidendū vxorē ꝙ̄ matrē. Ad occidendū eñ matrē: nulli⁹ natura inclinat: niſi ſit ꝑ iniq̄tatē ꝯuerſa in crudelitatē ſuꝑ beſtias.

Sexto querit. Vtrum

vxoricidiū impediat matrimonium. ¶ Rñſio. Aliquis pōt vxorem occidere tripliciter. Aut ꝓſequēdo culpā: vt cuȝ in fornicationis crimine deprehendit: et adeo deteſtat ꝙ in vltionē criminis eam occidit. Aut ꝓſequēdo naturā: vt ſi mulier ꝑpter aliquē defectuȝ quē habet in ſe: non hȝ gratiā viri: ꝛ ꝑpter iſtam deteſtationē eam occidit. Aut ꝓſequēdo matrimoniū: vt cū mechat cū aliq̄ quā vult ducere in vxorem: ꝛ non poteſt niſi vxore mortua: ꝛ ideo eā interficit. Primum eſt graue peccatū ꝓpt exceſſum. Scdm eſt grauius. Terciū grauiſſimū. In q̄libet iſtorum prohibet a matrimonio cōtrahēdo: ſed magis in ſcdo: ꝛ maxime in tercio. Et in oibus his tribus caſibus poteſt eccleſia diſpēſare: ꝛ maxime in iuuenib⁹: ſed in ꝓmo de facili. In ſcdo difficilius. In tercio aūt quodāmodo ſic ꝛ qdāmō non: quia nō diſpenſabit reſpectu illius perſone cum qua mechabatur: et propter quā in matrimonio habendam occidit vxorem ſuā: poteſt tamē diſpenſari de aliȷs.

Circa diſtinctio/nem triceſimãoctauã querí tur primo qd ſit votuꝫ ẜm eſſentiã. Notandũ ꝙ votuꝫ ꝓprie dictũ poteſt ſic diffiniri. Votũ eſt ꝓmiſſio ꝓpoſiti ſupererogatiui boni facta deo ad bonũ finem: ex deliberatione fir/mata ꝑ intentionẽ obligãdi ſe ad implẽ/dum ꝓmiſſuꝫ. ¶ Correlariũ ꝓmũ. Nul/lus põt vouere homini: ſed ſoli deo: põt tñ bene facere ꝓmiſſionẽ hoĩ. ¶ Scdm correlariũ. Non põt ꝗs vouere ⁊ votum facere de his ad ꝗ tenet: vtpote non põt ꝗs vouere ſeruare mãdata dei: ſed requí rit ꝙ votũ ſit de bonis ſupererogationis: hoc eſt ad ꝗ non tenet: ſicut ſeruare caſti tatẽ: paupertatẽ ⁊ obedientiã. ¶ Tertiuꝫ correl. Votũ non põt fieri niſi ꝓpt bo/num finẽ: ꝙ ſi alio mõ fiat: non eſt ꝓprie votum. ¶ Quartũ correl. Votũ debet fieri ex deliberatione firmata: qd ſi fiat ex ſurreptione: ⁊ ſine deliberatiooe fir/mata ꝓprie non eſt votũ. Et ꝑ iſtã diffi nitionẽ patet rñſio ad queſtionẽ. ꝙ iſta duo ſunt de voti eſſentia ſcꝫ promiſſio ⁊ intentio obligandi.

Scdo queritur Utrum

poſſit fieri votũ de oĩbus. ¶ Pro ſoluti/one notandũ ꝙ oĩa opera: vel ſunt bona vel mala: vel indifferẽtia. Bona opa ſũt duplicia. Quedã ſunt cõia: ⁊ ſunt ĩ ſta/tu cõmuni: ſicut eſt matrimoniuꝫ. Alia ſunt bona ſupererogationis: ⁊ ſunt ꝗ faci/unt ſtatũ altiorẽ ꝗꝫ ſit ſtatus cõmunis: vt ſunt tria vota religionis. Et ſic pce/pta ſunt bona cõmunia. Cõſilia ꝟo ſũt bona ſupererogationis. Per opa mala in telligunt pctã. Opa indifferẽtia ſunt ꝗ de ſe nec ſũt bona: nec mala: ſicut ẽ leua/re feſtucã: fricare barbã. ¶ Rñdet igit ad qõnẽ ꝙ votũ põt capi dupl'r. Uno mõ gñaliter: ⁊ ẽ de his ꝗ ad deũ ptinẽt ⁊ fa/ciũt ad ſalutẽ: ſicut ſũt pcepta. Alio mõ capit ſpãliter ⁊ ꝓpe: ⁊ ẽ de his ꝗ ꝓmouẽt ad ſalutẽ vltra ſtatũ cõmunẽ: vt ſunt cõ ſilia xpĩ: ꝗ ſunt opa ſupererogatõis: ⁊ oĩa bona opa ad ꝗ nõ tenemur: ſicut ẽ pegri natio: ieiuniũ ⁊c̃. ¶ Regula. Queciiꝗꝫ ſunt bona cadũt ſub voto: ꝗ aũt his op/poſita ſunt (vt ꝗ ad diſpendiũ ſaluꝫ ver gũt) ſub voto cadere nõ pñt. vtpote non põt ꝗs votũ facere de occidẽdo hominẽ. Nã votũ debet habere tres comites: ꝗs habet iuramẽtũ. ſ. veritatẽ: iudiciũ ⁊ iu/ſticiã. Primo nãꝗꝫ neceſſe eſt vt ſit iuſti cia. ſcꝫ vt illud qđ vouet ſpectet ad ſalu/tẽ ⁊ ſit bonũ ⁊ honeſtũ. Scdo ẽ iudiciũ: vt vouẽs deliberate voueat ⁊ nõ pcipi/tant. Tercio eſt veritas: vt diſcrete ⁊ iu ſte: qđ vouit: pſoluat. Si ꝗ illud qđ vo uet: ad detrimẽtũ faciat iuſticie nõ ẽ lex voti: nec obligatio. ſed ipſi voto fit iniu ria: nec eſt obligatio ad ſeruandũ: ſꝫ po/tius ad penitendũ. De opib⁹ aũt indif/ferentib⁹ dicendũ eſt ꝙ duplex eſt indiffe/rẽs. Quoddã eſt qđ põt circũſtantio/nari circũſtãtia virtutis ſicut comedere ⁊ abſtinere: qꝛ comedere de ſe eſt op⁹ in/differẽs: tñ põt aliꝗs ex charitate come/dere: ſicut fecit ſanctus Franciſcus: ⁊ h̃ põt voueri. Aliud eſt opus indifferens qđ nihil facit ꝗtuꝫ eſt de ſe: vt leuare fe ſtucã. vel ire ad prata. ⁊ hoc non põt vo/ueri ſeu non põt fieri votum. Et ſic pꝫ ꝙ de oĩbus opibus bonis que faciũt ad ſalutẽ põt fieri votũ. loquendo de voto generaliter capto. et ſpecialiter fit votũ de operibus ſupererogationis.

Tercio queritur de ma

teria ĩ ꝗ: ſiue de ſubiecto in ꝗ eſt votũ: h̃ eſt ꝗrere ꝗs poſſit vouere. ¶ Rñ. Votũ ꝓcedit a libera volũtate. Oĩs ꝗ ꝗ libere põt facere qđ vult: nullo impedimẽto in ſe exiſtente nullo homine defacto impe/diente: nullo iure prohibente: poteſt ſim pliciter vouere: qui aũt in oĩbus ſubeſt nihil põt ꝑ ſe vouere: ꝗ aũt in aliquib⁹ ſubeſt ẜm id in ꝗ ſubeſt nõ põt vouere. ¶ Primũ correl. Qm̃ vxor ſubeſt viro: ⁊ puer pñ in regimie vite: nihil poſſunt

circa huiuſmodi vouere qđ ſit ſtabile: ſi ne eoꝝ auctoritate: vtpote mulier nō po teſt vouere ire ad ſctm̄ iacobum: vel ad ſanctam Barbarā ſine licentia viri.

¶ Scōm correlariū. Quia vir in debi to carnis ſubeſt vxori: ideo nō pōt voue re caſtitatem abſq; conſenſu mulieris.

¶ Terciū correlariū. Religioſus ſub eſt in omnib⁹ q̄ ſunt intra religionē. Et ideo nihil pōt ſine ſui prelati vouere vo luntate. ¶ Quartuꝫ correlariū. Quia ſeru⁹ ſubeſt dn̄o ſuo q̄ntum ad ſeruitiū corpale. Jdeo qđ cōtra hoc eſt: non pōt facere: ꝛ in iſto vouere.

Quarto queritur de ob

ligatione voti. Circa qđ tria querunt. Primo de voti obligatione p cōparati onē ad mrimonij cōtractionē. Et ſuppo ſito q votū continētie publicū ꝛ ſolenne impediat matrimoniū ꝯtrahendum: et dirimat cōtractū. querit. Utrum votū ſimplex impediat matrimoniū. Notan dum q duplex eſt votū ſcꝫ publicum et priuatū. Uotū publicū eſt illud qđ po teſt in publico ꝛ in iudicio pbari p teſti moniū duoꝝ vel trium. Uotū ꝟo priua tum ſiue particulare eſt illud qđ non pt pbari p teſtimoniū duoꝝ vel triū. No tandum vlterius q adhuc duplex eſt vo tum ſcꝫ ſolenne ꝛ ſimplex. Uotū ſolēne eſt qđ ſolenniſat aliqua iſtarū ſolennita tum ſcꝫ vel ſacri ordinis ſuſceptione: vt pote quādo fit ſubdyaconus vel dyaco nus: vel pfeſſionis emiſſione quando fit coram prelato: vel habitus profeſſoruꝫ aſſumptione cum alijs que hominē pro feſſum oſtendunt. Uotū autem ſimplex eſt quod fit ſine aliqua iſtarum ſolenni tatum. ¶ Ad queſtionem reſpondetur. Q: votum continētie eſt tale votum q generaliter impedit matrimoniū cōtra hendum: ſed non generaliter dirimit iā contractractum: niſi ſit ſolenniſatum. Nam ſi aliquis emiſiſſet ſimplex votuꝫ non poſſet contrahere matrimoniū ſine peccato: qđ ſi tamē faceret: nō poſſet po ſtea dirimi matrimoniū. Si autem emi ſiſſet votum ſolenne: non poſſet mrimo nium contrahere: immo ſi cōtrahat ma trimoniū debet dirimi: ꝛ dirimitur.

Quinto queritur. vtrū

poſſit mutari votum. ¶ Reſpōdet q li cet votum mutari ex cauſa ſcꝫ q recipit recōpenſationē: ſed nō ex leuitate nec ex propria voluntate quā obligauit: ſed ex neceſſitate ſiue vtilitate cū prelati aucto ritate: excepto voto religionis etiā ſta tus pfectionis: in quod poteſt aliud vo tum cōmutari ſine prelati licentia: quia propter ſui dignitatem licentiā dant iu ra. Sanum tamen eſt conſilium q fiat ſuperioris auctoritate. vbi nō creditur q cōtradicat: ne videat ex leuitate pce dere: ꝛ auctoritatē ſuperioris contēnere. Notandū q q̄ſtio intelligit de paruis votis: ſicut de ieiunio: pegrinatione: et ſic de alijs q̄ pñt recompēſari.

Sexto queritur. vtrum

ſummus poontifex poſſit diſpenſare in voto. Reſponſio. Diſpenſatio dicit du pliciter. Uno modo vt eſt iuris relaxa tio ſiue reuocatio. Alio mō vt ē iuris de claratio. Papa igit pōt diſpēſare in vo to: vt diſpēſatio eſt iuris declaratio: qꝛ pōt etiā auctoritatiue declarare vota: vt cū aliqs vouit ieiunare ꝛ poſtea ꝑpt infirmitatē nō pōt ieiunare papa pōt de clarare q p orationē vl elemoſynā: q eq ualet illi ieiunio pōt ſatiſfacere. Si aūt accipit diſpēſatio: vt eſt iuris reuocatio tūc papa in nullo voto pōt diſpēſare: qꝛ ſoli deo ptinet reuocare votum. Et idō papa nō pōt reuocare quantūcunq; par uum votum pōt tñ illud declarare ſm q pōt recōpenſari. Tamē in trib⁊ votis religionis. ſ. pauptate obediētia ꝛ caſti tate. papa non pōt diſpēſare reuocādo vota: nec etiā cōmutādo: qꝛ nihil ē meli⁹ in tota xp̄ianitate q̄ ſtat⁹ pfectiōis: ꝛ idō non poſſent recōpenſari hec tria vota.

CIrca diſtinctionem triceſimānonā primo querit᷑. Utrū matrimoniū poſſit cōtrahi inter fidelē ⁊ infidelē. Notandū ꝙ infidelis pōt capi dupl'r. Uno mō q: caret fide. vt ille qui eſt baptiſatus: et tñ eſt hereticus. Alio mō q: caret ſacr̄o fidei. i. non eſt baptiſatus. Et de iſtis duob⁹ modis pōt intelligi q̄ſtio. ꝙuis magis intelligat᷑ q̄ſtio de infideli non baptiſato. ¶ Rñſio. Si aliquis coꝝ ſit infidelis. i. ꝙ ſolū careat fide: tunc illa infidelitas impedit mr̄imoniū ꝯtrahendū: ſed nō dirimit cōtractum. Si aūt aliquis coꝝ ſit infidelis. i. ꝙ careat ſacramento fidei ſcȝ baptiſmo tunc illa infidelitas impedit mr̄imoniū ꝯtrahendū. ⁊ dirimit iā contractū.

Scd̄o querit᷑. Utrū ſacramentuȝ mr̄imonij ſit inter fidelem ⁊ infidelem? ¶ Rn̄det᷑ ꝙ mr̄imoniū eſt inſtitutū in officiū. in remediū. ⁊ in ſacr̄m et iſta cōplere hȝ ſm ꝙ eſt inter fideles. Apud ꝟo infideles hȝ iſta ſm rōnem ſemiplenā: nam in officiū q: eſt ꝓcreatio ꝓlis legittime: ſed nō ad cultū dei. Apd̄ aūt fideles eſt ad cultum dei. Et rurſus dat᷑ ibi gr̄a remittēs cōcupiſcentiā rōne bñdictionis adiuncte. Apud infideles ꝟo maritali affectu cognoſcētes vxores eſt excuſatio a culpa: ſed nō dat᷑ gratia: apud fideles eſt vtrūq;. Et ideo ad q̄ſtionem dī ꝙ inter infideles eſt mr̄imoniū. licet ſemiplenū ⁊ non ratum ꝓpter defectum fidei ſacramenti.

Tercio querit᷑. Utrum matrimoniū infideliū excuſet coitū ſiue ꝯiugalē actū: vt non ſit ibi peccatum. ¶ Rñſio. Matrimoniū inter infideles ē in remediū ſemiplenū: q: infideles affectu maritali vxores ſuas cognoſcētes excuſantur a culpa: ſed non dat᷑ eis gratia. Et ꝑ hoc pȝ rñſio ad q̄ſtionē.

Quarto queritur. vtrū mr̄imoniū an̄ baptiſmū ponat in numerum cū matrimonio ꝯtracto poſt baptiſmum. ita ꝙ talis bigamus iudicetur. ¶ Reſpōſio. Qui an̄ baptiſmū habuit vnā vxorem (ſicut dicit Auguſtin⁹ ſuꝑ epl'aȝ ad Thimotheū) ⁊ poſt baptiſmū habuit aliā dī bigamus. Nec ibi tenet᷑ opinio Hieronymi q̄ dicit ꝯtrariū.

Quinto queritur. vtrū altero veniente ad fidē: altero remanente in infidelitate: ſoluat᷑ mr̄imoniū ꝙtū ad fidelem. ¶ Rn̄det᷑ ꝙ dupl'r loquēdū eſt de matrimonij ſolutione: aut ꝙtū ad cohabitationē ⁊ mutuā ſeruitutē: tūc ħ eſt in ptāte fidelis. Si aūt loq̄mur de ſolutione ꝙtū ad vinculi ruptionē diſtinguendū eſt: q: aut infidelis vult cohabitare cū fideli: aut non. Si nō vult cohabitare: nec debituȝ matrimonij reddere: tūc frangit᷑ mr̄imoniū. ⁊ pōt fidelis aliā accipe vl' religionē intrare. Si aūt vult cū fideli cohabitare: adhuc diſtinguendum eſt: q: ſi vult habitare cū fideli cuȝ blaſphemia nois xp̄i. aut vt fidelē ad infidelitatem attrahat: tunc fidelis pōt ſeparari: ⁊ pōt frāgi mr̄imoniū q̄ ad vinculum. Si autem velit cohabitare ſine blaſphemia nois xp̄i: ⁊ ita ꝙ nō ꝯtrahat fidelē ad peccatū: tūc non ſoluit᷑ mr̄imoniū: q: nec iniuriat᷑: nec facit ꝯtumeliam deo: nec matrimonio: nec marito.

Sexto queritur. vtruȝ matrimoniū ſoluat᷑ q̄ ad infidelē. ¶ Reſpondendū ꝙ ſtatim poſt diſceſſum ſoluitur vinculū a ꝯteviri fidelis: quia ſtatim poteſt alteri coniungi. Sed mulier remanens infidelis non pōt alteri cōiungi in mr̄imonio ꝙdiu maritus eius viuet: ⁊ hoc in penam peccati: niſi marit⁹ eius intret religionē. vel ſuſceperit ordines: quia tunc poſſet cum alio contrahere. Notandū ꝙ ſimiliter dicendū eſt in iſtis de viro ſicut de muliere ⁊ ecōuerſo.

Septimo q̄ritur, vtrū
matrimoniū ſoluat̃ ſi alter coniugū ſit
infidelis. ſpecialiter quo ad fidem.
¶ Rñſio. Altero coniugū laberte in in/
fidelitatē. non ſoluit̃ nec frangit̃ vincu/
lum mr̄imonij: poſſunt tñ bene ſepari q̄
ad cohabitationē. Ratio autē hui⁹ eſt
vt precludat̃ malis via ſimulationis et
deceptionis: q2 multi fingerēt ſe hereti/
cos: vt dimitterent vxores ſuas. Cetere
rōnes patent in textu.

Octauo queritur. vtrū
infidelibus venientib⁹ ad fidem ſoluat̃
matrimoniū ꝑpter pſonarū illegittimi
tatem: vt ſi habet ſororem in vxorem.
¶ Rñſio. Illegittimitas pſonaꝝ ad ma
trimoniū eſt duplex. Una eſt ſm natu/
ram z inſtitutionē diuinā. vtputa ꝙ fili
us non ꝯtrahat cū matre: nec pr̄ cū fi/
lia. Itē ꝙ alligatus vxori non ducat ali
am: vel etiā in gradib⁹ diuina lege pro/
hibitis Leuit. xviij. (vt dicunt iuriſpe/
riti) vbi ꝓhibent̃ ſcd̄s gradus. Et hec ille
gittimitas aſtringit fideles z infideles:
et ſi in illegittimitate tali contrahit̃ ma
trimoniū apud infideles: ſoluit̃ cū veni
unt ad fidē: quia quod extra dei decre/
tum factum eſt (vt dicit Ambroſius)
non putādum eſt matrimonium: ſed cū
cognoſcitur emendandū: hoc debet emē
dari. Unde ſi iudeus contrahat cum ſo
rore in ſecūdo gradu ad fidem veniens
ab ea ſeparatur. Si aūt contrahat cum
vxore fratris (quia hoc eſt in lege cōceſ/
ſum) non ſeparatur. Alia eſt illegittimi
tas ex eccleſie conſtitutione: vt ſunt per/
ſone infra quartum gradum: z hec non
artat infideles: nec impedit matrimo/
nium quin contrahatur: quia non tenē/
tur eccleſie ſtatuta ſeruare. Et ideo ve/
nientibus ad fidem propter iſtam ille/
gittimitatem non ſoluitur matrimoni/
um.

Circa quadrage/
ſimā diſtinctionē querit̃ pri
mo. Utrū conſanguinitas
ſit aliqd̄ vinculū. ¶ Pro de/
claratione ponende ſunt alique difficul
tates z alique regule. Notandū itaq ꝙ
conſanguinitas eſt vinculū pſonarū ab
eodē ſtipite deſcendentiū: carnali ꝓpa/
gatione contractū. Stipes autē vocat̃
pſona a qua duxerunt aliqui originem:
a qua deſcendētes ſunt cōſanguinei ad/
inuicē: z illi etiam a quo ſunt. Scd̄o vi/
dendum eſt quid ſit linea cōſanguinita
tis q̄ ſic diffinit̃. Linea eſt ordinata col/
lectio perſonarū ꝯſanguinitate ꝯiuncta
rum ab eodē ſtipite deſcendentiū diuer
ſos gradus continēs. Et dicit̃ ordinata
collectio: qm̄ ſicut ordo eſt in linea pre/
dicamētali ſm ſuperius z inferius ſic in
linea ꝯſanguinitatis prius z poſterius:
ſicut patet in arbore. Tercio notandū
eſt ꝙ gradus eſt habitudo diſtantiū per
ſonarū qua cognoſcitur quota generati
onis diſtantia differant inter ſe due per/
ſone. Et nota ꝙ iſta diffinitio eſt ſm iu
ra canonica: non ſm iura ciuilia: q2 hic
gradus accipiunt̃ ſm numerū collecta/
rum in linea. His viſis notande ſunt he
tres notule ſiue regule. ¶ Prima regu/
la. Nulli licet contrahere cū aliqua vſq
ad quartū gradū incluſiue: z talis ē hu/
iuſmodi ꝓhibitio ꝙ ſi qs ꝯ eā p̄ſumpſe/
rit copulari: nulla longinq̄tate defenda
tur annoꝝ cū diuturnitas tpm̄ nō dimi
nuat petm̄: ſed augeat. ¶ Scd̄a regula.
Quoto gradu pſone deſcēdentes a ſtipi/
te diſtant a ſeinuicem: quoto diſtāt a ſti
pite. Et ideo ſi aliquis vult ſcire quoto
gradu aliq̄ ſibi attineant (cū talis atti/
nentia originē ducat a ſtipite) oportet
ꝙ ad illā pſonā recurrat cui ꝯiungitur
immediatius. Exempla manifeſta ſunt
vt ſi ab a ꝓcedat g z b: z b generet c: et c
generet d: z d e: et e f. Similiter g gene/
ret h: et h generet i: et i k: et k l. Si vis

ſcire quotto gradu diſtant f et l. opor/tet vtriuſq; generationeȝ ad a reducere quia totto gradu differũt ad ſeinuicem quotto a ſtipite ¶ Tercia regula eſt: qñ perſone inequaliter diſtant a ſtipite: vt pote quãdo vna in ſcḋo gradu et altera in quinto: tunc linea cõſanguinitatis et gradus debet cõputari ſm diſtantiam magis remoti. Et iſta regula confirmatur p illud qḋ dicitur extra de ꝯſanguinitate in vltima decretali q̃ eſt in gregoriana. Ratio autẽ huius eſt: qꝛ tota ratio ꝓximitatis ortũ habet a ſtipite. ergo nullus ꝓximior eſt alicui collaterali q̃ ſtipiti. Si ergo diſtat a ſtipite p quinq; gradus. pari rõne diſtat a collaterali. ¶ Rñſio ad queſtionẽ. Cõſanguinitas eſt vinculum qḋ ſpecialiter eſt in genere homis ⁊ nõ in genere beſtiarũ. Rationes patẽt in textu.

Scḋo queritur. vtrum

cõſanguinitas matrimonio prebeat impedimentum. ¶ Rñſio. Vinculũ ꝯſanguinitatis impedit matrimoniũ in aliquo ſui gradu propter dictamẽ legis nature. in aliquo propter prohibitionẽ legis diuine. in aliquo ꝓpter ſtatutũ eccleſie. Vñ. Naturale eſt apud oẽs ꝙ filius non coniungatur matri: ⁊ ꝙ filia nõ coniũgatur patri. Propter aũt prohibitionẽ legis diuine impedit matrimoniũ p cõſanguinitatẽ vſq; ad ſcḋm graduȝ: ſicut ptȝ Leuiti. xviij. vbi prohibetur ꝙ frater nõ accipiat ſororem in vxorẽ. Vlterius ꝓpter ſtatutũ eccleſie ꝓhibet matrimoniũ a ſcḋo gradu ⁊ deinceps.

Tercio q̃ritur vſq; ad

quẽ gradum conſanguinitas impediat matrimoniũ. ¶ Dicendũ ꝙ ſm tpa nr̃a matrimoniũ impedit a gradibus cõſanguinitatis vſq; ad quartũ gradũ incluſiue: ſicut ptȝ extra de conſanguinitate. Nõ debet. in decretali edita in concilio generali. Quare aũt ſic inſtituit eccl'ia rõnes ꝓlixe ⁊ ꝯgruitates patẽt in textu ſancti Bonauenture. Et in figura ſequenti ſcȝ arbore conſanguinitatis. Sequitur arbor conſanguinitatis.

Irca diſtinctionem q̃dragefimamprimaȝ

(in qua de affinitate agit) querit primo. Vtrũ p oẽm coitũ contrahat affinitas. Notandũ ꝙ differt eſſe affinẽ: ⁊ eſſe ꝯſanguineũ. Nã ꝯſanguinitas venit ex carnis ꝓpagine: ſed affinitas venit ex carnali cõmixtiõe preſuppoſita ꝯſanguinitate. Vñ affinitas ſic diffinit. Affinitas ẽ ꝓximitas ꝑſonarũ ex carnali copula ꝓueniẽs carẽs omi parẽtela: ⁊ ꝑſuppõnẽs ꝯſanguinitatẽ. Vñ ſi qs cognoſcit mulierẽ: efficit affinis oibus cõſanguineis mulieris p illam cõmixtionẽ: ⁊ ecõuerſo in muliere. ¶ Correlariũ. Licet vir ꝯtrahat cũ muliere: niſi habeat carnalẽ cõmixtionẽ cũ muliere ipa: ꝯſanguinei viri nõ erũt affines illi m'ieri. Dis viſis ponunt q̃dã regule. ¶ Prima regl'a. In pmo gñe affinitateȝ nõ lȝ ꝯhere vſq; ad q̃rtũ gdũ incluſiue: ſic dictũ ẽ de ꝯſãguinitate. Qñ ſi q̃rtũ gdũ velis cognoſcere: recurre ad ꝑſonã mediãte q̃ ꝯcta eſt affinitas: ⁊ totto gdu diſtas a perſona cui es affinis: vt ſi ꝯtraxiſti cũ m'iere: fact⁹ es affinis ꝯſanguineis illi⁹ m'ierꝭ: ⁊ q̃to gdu aliqs eſt ꝯſanguine⁹ vxoris tue: toto gdu eſt tibi affinis. ⁊ ſicut ei attinet i q̃rto gdu: ita ⁊ tibi. ⁊ ſicut nõ liceret vxori ꝯhere in illo gdu: ita nec tibi. ¶ Scḋa regl'a eſt ꝙ ex q̃ ꝯcta eſt affinitas mortua ꝑſona mediãte q̃ ꝯtracta eſt affinitas nihilomin⁹ manet affinitas. ꝓ eo ꝙ viculũ ẽ ꝑpetuũ ſicut de ꝯſanguinitate. ¶ Tercia regl'a Affinitas ꝯhit nõ ſolũ p m̃rimoniũ: ſed etiã p coitũ fornicariũ. Et p h̃ ptȝ rñſio ad q̃nẽ ꝙ affinitas gñaliter ꝯhit p oẽm coitũ in q̃ eſt cõmixtio ſeminũ. Et notãter ponitur cõmixtio ſeminũ: qꝛ ſi ſolũ eẽt pollutio extra vas vſui m̃rimonij deputatũ: tunc non eſſet ibi affinitas.

Scḋo queritur. Utrū affinitas tranſeat in alterū: vtpote ſi petrus cōtrahat cū maria z mortuo petro maria contrahat cū altero. vtputa cum iohāne: tunc querit. Utrum ꝯſanguinei petri ſint affines ipſi iohāni? ¶ Rñdet. ꝙ non: qꝛ affinitas neceſſario preſupponit ꝯſanguinitatē. mō ꝯſanguinei petri nullo mō ſunt ipſi marie ꝯſanguinei: ſꝫ ſolū affines: z hoc loquendo ſm moderna tpa: nam antiquitus ſolebāt tria poni affinitatis genera. Verbi gr̃a. Si petrꝰ contrahat cum maria: ꝯſanguinei petri erūt affines ipſi marie. z conſanguineis eius in pmo gñe affinitatꝭ. Si aūt mortuo petro: maria ꝯtrahat cū alio. vtputa cū iohāne. tūc antiquitus z ſm antiquā iura conſanguinei petri defuncti erant affines ipſi iohanni in ſcḋo gñe affinitatis. Si ꝟo defuncta maria: iohānes contrahat cuꝫ altera: vtputa cū katherina: tunc ꝯſanguinei petri erāt affines ipſi katherine in tercio gñe affinitatis. Sꝫ mō illa duo vltima genera non habent locum: ſed ſolū primū genus.

Tercio querit. Utrum affinitas pſtet mrīmonio impedimētū. ¶ Rñſio. Affinitas impedit mrīmoniū ſicut habet extra de ꝯſanguinitate z affinitate: z hoc intelligendū eſt de affinitate que precedit mrīmonij ꝯtractionē: nō de ea q̄ ſuperuenit. Si eīm precedat: impedit ꝯtrahendū z dirimit iam ꝯtractum qꝛ facit pſonā illegittimā ſm eundē modū z eaſdē rationes: p quē modū z p q̄s rōnes facit ꝯſanguinitas. Si aūt ſequatur matrimoniū: non pōt ipm diſſolucre cū ſit vinculū indiſſolubile. Si tñ cōtractum eſt z ꝯſummatū: ambo ſunt ad ꝯtinentiā monendi. Si ꝟo ꝯtractū eſt z ratificatū p verba de pñti (cū ſolui non poſſit: niſi alter coniugū ingrediat religionē) oportet neceſſario ꝙ ille q̄ malicioſe cognouit cōſanguineā vxoris ſue abſtineat a petitione debiti: qꝛ non pōt petere: ſed tñ reddat debitū: ſi eiꝰ vxor nō vult ꝯtinere: vel oportet ꝙ ille ingrediatur religionem qḋ pōt facere: qꝛ nondū mrīmoniū eſt ꝯſummatū. Si tñ vxor ſit in culpa: ita ꝙ ꝯſenſerit in peccatū. perdit ius petēdi debitū. Sic g̃ concedendum eſt ꝙ affinitas pcedens matrimonium q̄tum ad primū genus: ita impedit matrimoniū ſicut ꝯſanguinitas.

Circa quadrageſimāſecundā diſtinctionem (in qua de ſpūali determinatur cognatione) Primo querit. Utrū cognatio ſpūalis ꝯtrahat p ſacrā. ¶ Notanduꝫ ꝙ cognatio ſpūalis eſt ppinquitas aut ꝓximitas ꝓueniens ex ſacramēti donatione vel ad illud tentione. De donatiōe ſacramēti: vt qñ ſacerdos vel alius baptiſat vel dat aliis ſacramentū. De tentione ad illud ſacramentū: vt ſunt illi q̄ tenent in baptiſmo baptiſatū: z vocant patrini vel matrine Notandū etiā ꝙ tres ſunt ſpecies in cognatione ſpūali. Una dꝛ patrinitas vel matrinitas: z hec attendit inter eū q̄ baptiſat vꝉ qui tenet baptiſatū: z inter baptiſatum. Alia dꝛ cōpaternitas: q̄ attēditur inter patrē ſpūalē z carnalē: et ſic ille q̄ baptiſat vel tenet puerū: eſt cōpater vel cōmater pueri pr̄is z mr̄is. Tercia ſpecies dꝛ ꝯfraternitas: z hec intelligitur inter patrē ſpūalem et carnalē: vt ſi aliqs pater habeat filiū carnalē. z ille pater teneat in baptiſmo aliquē puerū: iſte puer erit frater ſpūalis predicti filij carnalis. Notandū inſup ꝙ perfecta cognatio ſpūalis ſolūmō ꝯtrahit in duobꝫ ſacr̄is ſcꝫ in baptiſmo z in cōfirmatione Ex h̄ ptꝫ rñſio ad q̄nē ꝙ cognatio ſpūalis cōtrahit p ſacrā. Notandū pꝛterea ꝙ ſpūalis cognatio ꝯtrahit dupl̄r. ſ. directe z indirecte. Indirecte: vt qñ efficitur cōmater alicuiꝰ p actū viri. vel ecōuerſo vir efficitur cōpater p actū vxoris: vt ſi vxor alicuꝰ viri teneat aliquē puerū in

baptiſmo tunc ille vir efficitur indirecte cõpater matris pueri: directe vero ↄtrahitur per actũ propriũ quando ſcʒ tenet aliquẽ puerũ in baptiſmo.

Secundo querit. Utrũ cognatio ſpũalis impediat matrimoniũ. ¶ Reſponſio. Cognatio ſpũalis põt ſequi aut p̄cedere matrimoniũ. Si ſeqtur gñaliter verũ eſt ꝙ nõ põt infringere matrimonij vinculũ. Sed tñ q̄ntum ad ius ſoluẽdi debitũ ẽ diſtinguẽdũ: quia aut h̄ factuʒ eſt ex neceſſitate: vtputa qñ paruulus ẽ in piculo mortis: et nõ ẽ qui baptiſet euʒ. Aut ex ignorantia: vtpote ſi aliqs baptiſet puerũ ſuũ vel teneret: ꝛ tñ nõ crederet ipm eſſe filiũ ſuũ. Aut ex induſtria. In p̄mo caſu ſimpl'r nõ perditur ius ſoluẽdi m̄rimonij debitũ nec petendi. In ſcd'o caſu ſimpl'r (ſi facta fuerit diligentia) nõ perdit. In tercio caſu perdit ius ſoluẽdi q̄ hoc facit: tñ (qꝛ peccatũ ſuũ alteri nõ debet imputari) tenetur reddere niſi ambo ſcʒ vir ꝛ mulier in hoc fuerint ↄſentiẽtes. Si aũt cognatio ſpũalis p̄cedat matrimoniũ (illa inquã q̄ ↄhitur p baptiſmũ ꝛ ↄfirmationẽ) tũc impedit ↄhendũ: ꝛ dirimit iã ↄctũ. Impedit aũt cognatio matrimoniũ ſm tres differẽtias. ſcʒ paternitatis. cõpaternitatis. ꝛ fraternitatis: de quibꝫ dictuʒ eſt in queſtione p̄cedenti: ꝛ patet in textu.

Querit tercio. Utrum ſpũalis cognatio tranſeat ab vno in alterum. ¶ Reſponſio ſtat in vna diſtinctõe q̄ p hos patet v̄ſus. Que mihi: vel cuius mea: natũ fonte leuauit. Hec mea cõmater: fieri mea nõ valet vxor. Si qua mee natũ: nõ ex me fonte leuauit. Hanc poſt fata mee non inde vetabor habere. Declaratio habetur in textu.

Querit quarto. vtrum cognatio legal' ſit aliq̄d vinculũ. ¶ Notandũ ꝙ cognatio legalis ẽ ꝓpinquitas ſiue ꝓximitas ꝓueniens ex adoptione. Unde triplex oritur ꝓpinquitas ſiue ꝓximitas ex adoptione. Una eſt quaſi deſcendentiũ: q̄ attendit inter adoptantem: ꝛ filiũ vel filiam vel neptim adoptatam. Alia ẽ a latere ſcʒ illa q̄ eſt inter filium naturalẽ ꝛ filiã adoptiuã. Tercia vero eſt quedã affinitas q̄ eſt int' adoptatam ꝛ vxorẽ adoptantis vel int' adoptantem ꝛ vxorẽ adoptati. Notandũ itaq ꝙ adoptare ẽ ꝑſonã extraneã in filiũ vel filiam: vel nepotem: vel neptim: vel deinceps legitime aſſumere ¶ Correlarium primũ. Mulier nõ põt adoptare: niſi ex reſcripto p̄ncipis ſibi in ſolatiũ cõcedat filior. Iſte em̄ act⁹ ẽ ꝓꝑie viror. ¶ Secundum corꝛelariũ. Non põt vir minor viginti annor aliquẽ adoptare niſi forte iuſta cauſa interueniat. Uñ ille poteſt adoptare q̄ paterfamilias ẽ ꝛ ſui iuris. ¶ Tercium correlariũ. Requirit ꝙ vir adoptans poſſit gñare. Nã ſpado vel nimis frigidus nõ poteſt adoptare. ¶ Reſponſio. In cognatione legali eſt vinculum ꝛ hoc ſtatuit eccleſia.

Querit quinto. vtrum cognatio legalis impediat matrimoniũ ¶ Reſponſio. Cognatio legal' impedit matrimoniũ: ꝛ hoc ſtatuit eccleſia.

Querit ſexto. Utrum cognatio legal' trãſeat i alterũ ¶ Rñdet ꝙ vinculũ adoptionis trãſit in alteram ꝑſonã dupl'r. ſcʒ p carnis cõmixtionẽ: et p generationẽ. Per carnis cõmixtionem trãſit ad ſemp: vt ſi aliquis adoptet aliquẽ filiũ: ille filius nunq̄ põt matrimonium ↄhere cũ vxore adoptantis. Sil'r ſi talis fili⁹ adoptatus ↄheret matrimoniũ cũ aliqua muliere: tunc nunq̄ pater adoptans põt ↄhere cũ illa muliere. Sʒ p generationẽ trãſit ad tẽpus: quia filij naturales nec ſemp cohabitãt nec ſemp cũ parentibꝫ habent bona indiuiſa: imo cũ emancipantur: patrem ꝛ matrẽ relinquunt ꝛ etiã filij adoptiui poſſunt emancipari. Et hinc eſt ꝙ nõ manet vinculuʒ

quia poſt emancipatione͂ filius natural' pōt accipere filia͂ adoptiua͂: tn͂ pater q̄ adoptauit nu͂q̄ pt ea͂ accipe: nec etia͂ p⁹ emancipatione͂. ¶ Ad ampliore͂ p̄dictorum declaratione͂ notandu͂ q̄ matrimoniu͂ aliq̄n impedit̄ ꝓpter iuſticia͂ publice boneſtatis. Vn͂ publice boneſtatis iuſticia ē quedā ꝓximitas ex ſponſalibus ꝓueniens: babens robur ex eccleſie inſtitutione, ꝓpter honeſtatem. Et ideo ſi petrus ꝯtrabat cu͂ bertha: licet non cognoſcat ea͂ carnalr̄: tn͂ poſt morte͂ berthe nō pōt petrus matrimoniu͂ ꝯhere cu͂ cōſanguineis berthe: nō quia eis ſit affinis q2 non fuit carnalis copula: ſed propter publice boneſtatis iuſticiam.

Querit̄ ſeptimo de ſedere nuptiali circa qđ tria requiruntur

Primo vtrum nuptie ſecu͂de ſint licite. ¶ Reſponſio. Non tm͂ ſecunde nuptie ſed etia͂ tercie ꝛ quarte ꝛ ampliores ſunt licite: du͂ tn͂ fiant bono fine. ſcꝫ ꝓpter prolem generanda͂: vel ꝓpter fornicationem vitanda͂ vel ꝓpter neceſſitate͂ ſua͂ ſuſtentandam: vt cu͂ ꝯtrabit vir cu͂ muliere vt ipm foueat ꝛ ecōuerſo. Unde Auguſtinus. Non ꝯtemnim⁹ quotaſlibet nuptias. Et Jheronim⁹ etiaꝫ ait q̄ dominus nō damnauit mulierē ſeptemuira͂. i. que babuit ſeptem viros.

Octauo querit̄. vtrum

nuptie ſecu͂de ſint ſacramētales ſiue babeant rōne͂ ſacramēti. ¶ Reſponſio. Dupliciter eſt loqui de ſecu͂dis nuptijs aut in ſe aut in relatione ad p̄mas. Si in ſe: ſic (cu͂ ſit ibi ꝯſenſus expſſus inter legitimas pſonas) eſt ibi ſacramētu͂: nec eſt ibi diuiſio ſed vnio carnis viri et mulieris. Si aute͂ loq̄mur in cōparatione ad p̄mas: ſic manet in eis incōpleta ſacri rō ꝓpter carnis diuiſionem: quia in primis carne͂ ſua͂ vniuit cu͂ viro: in ſecundis cum alio: ꝛ talis diuiſio tollit de plenitudine ſignationis: quia prime nuptie ſignificant vnionem chriſti cum eccleſia: quod po pꝛie nō ſignificant ſecunde.

Nono queritur vtrum

ſecunde nuptie ſint bonorabiles. ¶ Reſponſio. Secu͂de nuptie ꝓpꝛie loquēdo nō ſunt bonorabiles vt pꝫ p illud ceſarienſis concilij. Preſbyteris in nuptijs bigami prandere nō cōuenit: cu͂ penitētia bigam⁹ indigeat. Si igit̄ ſecu͂de nuptie eſſent bonorabiles nō probiberet̄ p̄sbyteris in ipſis prandere. Alie rōnes patent in textu. Notandu͂ tn͂ q̄ licet nō ſunt bonorabiles nō tn͂ ſunt vituperabiles quia carent culpa: imo ſunt tollerabiles. Vn͂ nec dn͂s nec ſancti eas ꝓbibent tanq̄ malas: ſed tn͂ eas non ꝑſuadent tanq̄ defectiuas. Cetera patent in textu.

Circa diſtinctionem q̄drageſimāterciā

(in qua poſt determinationem prime partis bui⁹ libri p̄ncipalis: q̄ ē de ſanitate gr̄e incipit determinare de ſanitate glorie.) Pr̄io querit̄ An reſurrectio ſit futura. Notanduꝫ q̄ duplex ē reſurrectio. Queda͂ eſt increata: ꝛ eſt ipſemet deus efficiens ꝛ cauſans reſurrectionē creata͂ tam corporalem q̄ ſpu͂alem. Et iſta reſurrectio nō eſt futura: ſed fuit ab eterno. Alia ē reſurrectio creata ꝛ iſta ē triplex. ſcꝫ ſpu͂alis. tpalis ꝛ corporalis. ¶ Reſurrectio ſpu͂alis eſt illa qua q̄s reſurgit de pctō ad gratiam Et iſta ſolum fit a deo. Unde in apocalipſi. Hec eſt reſurrectio prima. beatus qui babet partem in iſta reſurrectione. Et de iſta non eſt queſtio. Sed reſurrectio tēporalis eſt illa qua quis quādoq̄ cadit de proſperitate buius ſeculi: ꝛ tandem reſurgit ad talem proſperitatem: ſicut patet de Job. neq̄ de iſta eſt bic ad ad propoſitum. ¶ Reſurrectio vero corporalis eſt reunio animaru͂ intellectiuarum ad corpora ſua. Poteſt etia͂ ſic diffiniri. Reſurrectio eſt corporis facti corruptibilis ad anima͂ iterata vnio. Et de

ſit: i. eſt hic queſtio. Notandū q futurū eſt aliqđ poſſibile quod erit nūqȝ. ¶ Ad queſtionem reſponſio. Recta fides dicit reſurrectionē corporū noſtrorū: ſicut dicunt tria ſimbola fidei. Et ad hoc credendū fideles adiuuanī p fidē reſurrectionis xpi iā facte. Si eīm xps eſt caput z mēbra debent cōformari capiti: cū xps reſurrexit pñs eſt vt et nos reſurgamus vt autē credat fidelis reſurrectionē xpi pſuaſum ē ſibi p apoſtolorū multa teſtimonia. Perſuadet etiā ipſa pietas fidei q nullo mō xpi corpus incineratū pōt excogitare. Sup hoc fidei fundamētū ſuperedificaī pſuaſio rōnis triplicis. Prima rō eſt renumeratio iuſticie diuine q retribuet homini ſicut meruit. Nam reſurrectio erit beatis augmentū glorie: z reprobis augmentū pene. Scđa rō eſt ꝯfirmatio glorie: q oēm anime cōplebit appetitū. Tercia rō eſt pfectio nature q cōſiſtit in toto cōpoſito: nō in altera eius parte: quia hois pfectio nō ſtat pciſe in anima nec preciſe in corpore: ſed in illa vnione corporis z anime.

Secundo qritur Utrū

reſurrectio ſit oīm hoīm. ¶ Reſponſio. Sicut oīm eſt mors: ita oīm erit reſurrectio. Notandū aūt q duplex eſt reſurrectio. Quedā ē reſurrectio ad iudiciū z iſto mō reſurgent oēs. Alia ē reſurrectio ad vitam eternā. Et de iſta reſurrectione dī Johannis. vi. Nemo venit ad me niſi pī qui miſit me traxerit eū z ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Et iſta reſurrectōe nō oēs reſurgēt: ſȝ ſolū beati

Queritur tercio. Utrū

reſurrectio ſit oīm ſimul an ſucceſſiue. ¶ Reſponſio. Reſurrectio corporū non erit ſucceſſiua: ſed oīm ſimul. Et huius pñt eſſe rōnes ſex. Prima ē ſeueritas diuini iudicij que penā incinerationis inflixit corpori vſqȝ ad aduentū filij dei ſecundū: ſicut inflixit penā carentie viſionis vſqȝ ad aduentū primū: z hui⁹ rō eſt quia oēs ſum⁹ in vno principio peccati. Vñ p iſtā rōnē excipiī beata virgo: que iā reſurrexit (vt pie tenēt eccleſia) quia nō fuit in originali cōcepta. Scđa ratio eſt meritū fidei: quia multū meremur in credendo nos remunerari z reſurgi qui videmur eſſe ſimiles beſtijs in moriēdo qȝ ſi hoc experimento viderem⁹ nō haberemus meritū. Tercia rō eſt vnitas corporis myſtici: quia eīm oēs vnū corpus ſumus in chriſto. ideo neceſſe eſt q ꝯtū ad aliquā gloriā ſcȝ corporis reſurgamus ſimul. Quarta rō eſt ſubſidiū nře infirmitatis: qȝ ſancti dū deſiderant ſua corpora vehemētius etiā deſiderant ſalutē noſtrā: z idō ſepius orant ꝓ nobis: quia nunqȝ corpora eorū erūt vnita ſuis aiab⁹ quouſqȝ reſtaurata erit antiqua ruina. Quinta rō eſt manifeſtatio diuine iuſticie: quia eīm omnibus debet eſſe notum quanta iuſticia damnet malos z ſaluet bonos: ideo vltimā diſtributionē diſtulit vſqȝ ad vltimum ſeu nouiſſimū diem vt omnes compareant et videant peccata ſua: z peccata omniū: nec ſancti triſtabuntur dicendo. Miſericordias domini in eternū cantabo. Sexta ratio eſt cōſummatio glorie: quia tunc ſimul ꝯſummetur gloria: quia licet angeli habeant omnē gloriā eſſentialē: tamē non habent omnē gloriā accidentalē: quia gaudiū erit eis de reparatione antique ruine: et de gloria corporum noſtrorū. Similiter dicendū eſt de hominib⁹ beatis propter quatuor dotes corporū que ſunt claritas agilitas. ſubtilitas: z impaſſibilitas.

Queriī quarto Utrum

reſurrectio ſit eorūdē ſm numerū. Notandū q ad identitatem ſm numerū rei naturalis requiriī q ſint eadē principia ſcȝ eadē materia z eadē forma ¶ Rñſio. Reſurrectio erit eorundē numero: quia idem hō qui mortuus ē reſurget in ſua propria carne z anima z hoc erit virtute diuina z ſupra naturā. ¶ Pro ampliori

informans: ꝛ ſunt ille opationes ꝛ dotes
ſatiantes animā. Et iſte dotes non ſunt
ſubſtantie: ſed accidentia q̄ immediate
cauſant a deo. Auguſtin⁹ ſic diffinit be/
atum. Ille dicitur beatus q̄ habet quic
quid vult: ꝛ nihil mali vult.

Scdo querit. qualiter
beatitudo ſit appetibilis Utrū ſcʒ oēs
appetant beatitudinē veram. ¶ Notan
dum q triplex eſt appetitus ſcʒ natura/
lis: animalis et rationalis. Appetitus
naturalis eſt quedam inclinatio vel ten
dentia naturalis qua vnaqueq̄ res ten/
dit ad ſuum finē. Et iſte appetitus non
ſolum eſt in animalibus rationalib⁹ ꝛ
brutis: ſed etiā in rebus inanimatis: ſi/
cut lapis naturaliter tendit deorſum: et
ignis tendit ſurſuʒ. Et iſto appetitu na
turali omnes appetunt beatitudinē ſcʒ
tam homines q̄ angeli etiam mali. Ap/
petitus ſenſitiu⁹ et animalis eſt ille qui

conſequitur ſenſum quo natura intelle-ctiua ꝛ bꝛutalis appetit ſibi obiectū cō-ueniens: ꝛ fugit obiectū diſconueniens. Et de iſto appetitu non eſt queſtio: qꝛ iſto appetitu non poteſt appeti beatitu-do. Appetitus aūt rōnalis eſt voluntas noſtra q̄ libere elicit ſibi cōueniens. Et iſta p̄ſupponit intellectū: q̄ cognoſcit eli-gibile: ꝛ de iſto appetitu ꝓpꝛie eſt q̄ſtio. licet poſſit etiā eſſe de appetitu naturali ¶ Ad queſtionē dī ꝙ cum duo ſunt que faciunt appetitū ſcꝫ conuenientia ꝛ indi-gentia: qm̄ igitur aīa rōnalis creata eſt ad imaginē dei ꝛ ſimilitudinē: ꝛ facta eſt capax boni ſufficientiſſimi: ꝛ ipſa ſibi nō ſufficit cum vana ſit ꝛ deficiens. ideo ve-ram beatitudinē appetit naturalit̄. Nō aūt appetitu rōnali ꝛ deliberatiuo ſem-per appetit: qꝛ non oēs verā beatitudinē cognoſcūt ꝛ ideo in ſpeciali eam nō appe-tunt: licet appetant in generali: qꝛ quili-bet appetit qđ ſibi bonū eſt. Notanduꝫ preterea ꝙ triplex eſt ꝯueniens. Primū eſt ſm̄ veritatē qđ de ſe eſt conueniēs et bonū. Aliud eſt ꝯueniens ſm̄ apparenti-am: qđ de ſe non eſt ꝯueniēs ſed apparet bonum ꝛ ꝯueniens: ſicut qn̄ auari appe-tunt pecuniā. Terciū eſt conueniēs ſm̄ ꝯſtitutionē qđ de ſe nō eſt bonū: nec ap-paret bonū ꝛ ꝯueniēs: ſed aliquis ꝓpter peruerſitatem ſuam vult illud tanq̄ ſi eſſet cōueniēs: vt qn̄ aliquis vere cogno-ſcit ꝙ occidere hoīem eſt malū: ꝛ tn̄ pro-pter maliciam ſuam illud vult facere. Ad intelligentiam illius qđ dicit̄ ꝙ ani-ma noſtra eſt vana et deficiens. Notan-dum ꝙ ibi vanitas non capitur pro va-nitate qua aliquid dicitur inutile: ſed capitur pro vanitate verſionis: ꝛ iſto mo-do oīs creatura eſt vana: quia eſt verti-bilis ꝛ pōt annihilari.

Tercio queritur. vtruꝫ

homo ſit ſubiectum beatitudinis ſcđm animam an totum coniunctū. ¶ Pro de-claratione notandum ꝙ in homine ſunt tres entitates reales realiter a ſeinuicē diſtincte. Prima ē entitas anime: ꝛ iſta eſt mere ſpiritualis. Alia eſt entitas coꝛ-poꝛalis ſcꝫ coꝛpus. Tercia eſt etiā enti-tas ſubſtātialis realis ꝛ realiter ab alijs diſtincta ꝛ eſt humanitas que eſt foꝛma totius hominis; ſcꝫ vnio coꝛpoꝛis cum anima. Et hec annihilatur quando ani-ma ſeparatur a coꝛpoꝛe.

¶ Reſponſio. Beatitudo (cum ſit gau-dium de bonis) eſt ī aliquo ſicut ī ſubie-cto dupliciter. Primo per inherentiam et ſic gaudium eſt in ſola anima et iſto modo ſola anima dicitur ſubiectum be-atitudinis. Alio modo gaudium eſt in aliquo ſicut in coniuncto per quandam redundantiam. Et ſic quia coꝛpus eſt coniunctum anime ideo gaudium redū-dat in coꝛpus. Concedēdum eſt igitur ꝙ beatitudo non eſt in coꝛpoꝛe tanq̄ in ſubiecto pꝛimo: ſed tamē eſt ibi pꝛopter coniunctionē per quandam redundan-tiam ꝛ comparticipationem. Et ſic pro-pꝛie loquendo: homo eſt ſubiectum bea-titudinis ſm̄ animam.

Quarto queritur ſcđm

quid inſit beatitudo. Vtrum ſit in ani-ma pꝛimo ſm̄ ſubſtantiam: an ſm̄ potē-tiam. Notandum ꝙ potētie anime ſunt intellectus ꝛ voluntas.

¶ Reſponſio. Gloꝛia ꝛ beatitudo ſtat in anime potentia. Et dicit Bonauen-tura ꝙ ſtat in ambab⁹ potentijs ſcꝫ ī in-tellectu et voluntate. Sed contrarium dicit Scotus ꝙ nullus habitus eſt ſi-mul et ſemel in intellectu et voluntate: ſed dicit ꝙ beatitudo p̄ncipaliter eſt in voluntate qua tenetur deus per amoꝛē amicicie. Et iſta opinio Scoti tenetur pꝛobabilioꝛ.

Quinto querit̄ de ſta-

tu gloꝛie ſiue operatione cui inſit ¶ No

tandum q in beatitudine duplices ſunt actus. Quidam ſunt ſubſtantiales z pn cipales: et ſunt reſpectu boni increati. Et iſti ſunt tres ſcʒ clara viſio dei: frui/tio z tentio: q̄ꝗ̄ principaliter ſtet beati tudo in fruitione que eſt in voluntate qua diligitur deus amore amicicie tā. ꝗ̄ bonum honeſtum z ſumme amandum. ¶ Ad predictorū intelligentiam notan/dum q duplex eſt amor ſcʒ amicicie et concupiſcentie. Amor amicicie eſt quo diligitur aliquid propter ſe: z iſte amor eſt principalis z optimus. Et iſto mo/do beati diligunt deum: ita q ſi deus eis inferret penam: nihilominus vellent eum diligere tanꝗ̄ ſumme diligendum Et vocatur dos fruitionis: que ſequi/tur claram viſionem: in qua fruitione ſtat beatitudo. Amor cōcupiſcentie eſt quo diligitur aliquid tanꝗ̄ bonum cō/modum. Et iſto modo beati diligunt deum tanꝗ̄ ſummū commodū et cōcu/piſcibile. Et vocaṫ dos tentionis. Alij ſunt actus accidentales et minus princi pales. Et ſic beati leticiam habebūt de beatitudine et claritate ſuorum corpo/rum. et de beatitudine z bono proximo rum. Et de iſtis actibus proprie nō eſt queſtio. ¶ Ad queſtionem reſpōdet Bo nauentura q actus glorie ſunt ille tres dotes anime: ſcʒ clara viſio dei: fruitio et tentio. Et ſic pꝫ reſpōſio.

Sexto queriṫ de diffe/

renti participatiōe beatitudinis. Utrū omnes equalem habeāt beatitudinem. ¶ Reſponſio. Duplex eſt beatitudo. Quedam eſt beatitudo obiectiua: z eſt ipſa eſſentia diuina. Et de iſta beatitu/dine non eſt queſtio: quia certum eſt q omnes habebunt eandem beatitudineꝫ obiectiuā: quia omnes deum videbunt Mathei. xx. dicitur q omnes ſingulos acceperunt denarios. et dominus tan/tum dedit nouiſſimo quantum primo. Alia eſt beatitudo formalis: z ſunt ille tres dotes ſcʒ clara viſio dei: fruitio ſe/quens et tentio et etiam gaudium acci/dentale. Et ſic diſtinctio et diuerſitas erit in premijs ſm magis et minus cor/reſpondentia meritis precedētibus: qꝛ qui plus meruit plus premiabitur: et qui minus minꝰ: ita q aliqs clarius vi/debit deum q̄ꝫ alter: z plus diliget deuꝫ et magis habebit de gaudio q̄ꝫ alter: nec propterea inuidebit alter de bono alterius: quia vniti erunt perfecta cha/ritate. Et ſimiliter dicendū eſt de gau/dio et beatitudine accidentali: qꝛ mar/tyres habebunt ſpeciale gaudium de ſuo martyrio: z ſimiliter dicendū eſt de virginibꝰ z doctoribus: quia hi tres ha bebunt aureolam.

Poteſt hic queri Utrū

ſanctus linus: vel alius ſanctus minor beato Petro: tantum gaudium habeat de bono petri. ſicut de ſuo proprio. ¶ Pro ſolutione ponuntur quatuor cor relaria. ¶ Primum correlarium. Bea/tus petrus (ſi habeat maiorem charita/tem et magis de gratia q̄ꝫ linus) plus gaudet de bono lini q̄ꝫ ipſemet linus de ſuo proprio bono. ¶ Scdm correlariū. Beatus linus econuerſo non tm̄ gaudi/um habet de bono petri: ſicut ipſemet pe trus de ſuomet bono: quia non tantum habet de charitate ſicut petrus. ¶ Tercium correlarium. Licet beatus linus tantam vellet gloriam petro: quā/tam ſibi z etiam maiorem (quia ſcit euꝫ plus meruiſſe) non tamen tantū gaudet qntū ſi haberet illā gloriā: quia ſi habe/ret illam gloriā haberet maiorem charí tatē et poteſtatem intenſius gaudendi. ¶ Quartum correlarium et reſponſi/uum ad queſtionem. Beatus linus ma ius gaudium habet de ſuo paruo bono intenſiue: q̄ꝫ de maiori bono petri.

Circa ſecundam partē huius diſtinctionis (cuius quattuoꝛ ſunt articuli) queritur pꝛimo. Utrum gloꝛia coꝛpis ſit de ſubſtantia btitudinis ſiue augmētet gl'iam aie. ¶ Notādū φ ſm Bonauen. beatitudo dicitur gaudium p eſſentiā. Scotus aūt dicit p cōcomitantiā: quia dicit φ poſſit aliqs videre z diligere deū (z per ꝯſequēs beatus) z tamen nullum haberet gaudium.

¶ Ad queſtionē rn̄ſio. Gaudiū pōt eſſe maius quadrupliciter. Pꝛimo de maioꝛi obiecto. Et iſto mō nō erit mai⁹ gaudiū: qꝛ quilibet gaudebit de bono infinito ſcꝫ de deo: qđ eſt obiectū beatitudinis. Scđo mō gaudium pōt eſſe maius qꝛ ex maioꝛi habitu. Et ſic maius gaudium inuenitur reſpectu diuerſoꝝ: qꝛ maioꝛi habitu gaudet petrus φ lin⁹. Sꝫ non reperitur reſpectu eiuſdē φtum ad diuerſa tpa: quia nō habebit maioꝛē habitū petrus poſt iudicium (qn̄ ſcꝫ aia coniungetur coꝛpi) φ ante iudiciū. Tercio mō gaudiū pōt eſſe maius: quia latius z de pluribus. Et ſic reperitur in codē ſm diuerſa tpa: quia petrus de plurib⁹ gaudebit poſt iudiciū φ modo: qꝛ gaudebit de gloꝛia coꝛpis z anime: z gloꝛia omniū ſaluatoꝛū. Quarto mō gaudiū pōt eſſe maius: ex codem habitu intenſius. Et ſic aia intenſius gaudebit de coꝛpoꝛe ſuo poſt iudiciū φ ante: quia licet nūc gaudeat eo φ poſt iudiciū illud habebit: tn̄ poſt iudiciū intenſius gaudebit: quia tunc ipſi coꝛpoꝛi iungetur z nullum habebit retardans nec expectans. Concedendū eſt igitur φ gloꝛificatio coꝛpoꝛis facit ad maius gaudium φtū ad extenſionē. facit etiam φtum ad intenſionem: non augendo habitū: ſed remouēdo impedimentum.

Scđo queritur de oꝛigine btitudinis ſiue gloꝛie.

Utrum ſit a gloꝛia anime oꝛiginalr̄.i. cauſaliter. ¶ Rn̄detur φ dupliciter ē loqui de dotib⁹ coꝛpoꝛis in quib⁹ ei⁹ gloꝛificatio ꝯſiſtit vel φtum ad diſpoſitionē: vel φtu; ad ꝯſummationē. Si φtum ad diſpoſitionem: erūt immediate a deo: qꝛ nō poteſt aia cauſare iſtas dotes. Si aūt φtū ad ꝯſummationē: ſic ſunt a gl'ia anie ſue.i. ab aia gloꝛioſa: ita φ qn̄to aia erit gloꝛioſioꝛ z beatioꝛ: ita etiā coꝛp⁹ eo φ anie gloꝛia redundabit in coꝛpus. Un̄ Dionyſius ad dyoſcoꝛū. Btitudo nō eſt coꝛpoꝛū: ſed ab aiab⁹ redundat in coꝛpa.

Quantū ad ſecundum

articulū queritur pꝛimo de numero z ſufficiētia dotum. Utrū ſint tm̄ qttuoꝛ dotes coꝛpis: vel plures.ſ. claritas: impaſſibilitas: ſbtilitas z agilitas ¶ Notādū φ dos capitur tripl'r. Pꝛimo mō iuridice et ciuiliter: z nihil aliud eſt φ illud qđ dat ſpōſus ſue ſponſe qn̄ nubit: z hoc an̄ ꝯſummationē mr̄imonij. Scđo mō capitur naturalr̄ z phiſice: ſic nihil aliud eſt φ pꝛopꝛietas z virtus alicuius rei: ſic dr̄ iſte eſt bn̄ dotatus in foꝛtitudine: in pꝛudencia zc̄. Un̄ Boecius libꝛo pmo. Et vt bꝛeuiter oēs dotes eius includā. filijs eſt patri zc̄. Tercio mō capitur dos theologice z ſupnaturaliter. Et ſic diffinitur a Thoma de aq̄no. Dos eſt oꝛnatus perpetuus datus coꝛpi z aie: vite ſufficiēs: in eterna btitudine ꝯſiſtens. Et ſunt ſeptem dotes ſcꝫ tres ipſius anie ſcꝫ clara viſio dei. fruitio ſequēs viſionē dei z tērio. Sunt z qttuoꝛ dotes coꝛpis. vt ſup̄ Et accipitur ſufficientia iſtarū dotū ex ſapientie tercio. Fulgebunt iuſti et tanφ ſcintille in arundineto diſcurrēt. In fulgoꝛe notatur claritas in ſcintilla: impaſſibilitas: in arundineto ſubtilitas z in diſcurſu agilitas. Et p hoc patꝫ rn̄ſio ad queſtionē φ quattuoꝛ ſunt dotes coꝛpoꝛis. Multas ſufficientias ponit Bonauentura in textu. inter quas vltima eſt conuenientioꝛ z melioꝛ: z ſumitur ab auctoꝛitate apl'i pme Coꝛintheoꝛum .xv.

Seminat in corpore: reſurget in incorruptione: et ita reſurget cum incorruptione et quattuor dotibus. Vide coparationem in libro Bonauenture.

Secundo queritur. vtrum dotes corporis ſint equaliter in omnibus vel ſecundum magis vel minus. ¶ Reſponſio. Dotes in corporibus beatorum ſunt ſecundum magis et minus et perfectius: et minus perfecte in diuerſis ſecundum quod aliqui maiorem habent gloriam in anima et gaudium maius. Nam certum eſt quod corpus christi eſt et erit omnibus aliis perfectius dotatum: ſimiliter corpus beate marie virginis et ſic conſequenter deſcendendo. Cum nullus eſt ſanctus tam paruus quin habeat quattuor dotes: non tamen ita perfecte ſicut alius in maiori gloria conſtitutus: ita quod vnum corpus erit agilius alteri. Ad illud quod obijcitur quod quilibet ſanctus ſecundum voluntatem ſuam erit vbicunque voluerit. ergo equaliter habebunt ſancti agilitatem. Dicendum quod hoc intelligitur quod nullum habebunt impedimentum: tamen ſucceſſiue diſcurrent: ita quod aliqui velocius quam alij.

Circa tercium articulum queritur de ſenſuum remuneratione. Et ſuppoſito quod erunt in patria: quia erit anima habens ſuas potentias (cum nullam amittat) erit etiam corpus habens omnia ſua organa. Et circa hoc queruntur duo. Primo. Vtrum in patria omnes ſenſus habeant ſuos actus. Notandum quod ſenſus ibi capitur pro potentia ſenſitiua: vt ſenſus: viſus eſt ipſe viſus: et reſultat ipſa potentia ex toto compoſito ſcilicet tam ex anima quam ex corpore: quia anima ſeparata a corpore: proprie non habet ſenſus quia caret organis. Et ideo anima ſeparata a corpore non poteſt ſentire nec videre. Similiter corpus ſeparatum ab anima non habet ſenſus: quia licet habeat organa: tamen non habet potentiam: que maxime viget in anima.

¶ Reſpondetur ad queſtionem per tres propoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Licet poſſe ſentire ſit ex coniunctione potentie cum organo bene diſpoſito: ſentire tamen eſt ex coniunctione ipſius potentie cum obiecto. Et iſta propoſitio prius declarata eſt. ¶ Secunda propoſitio. Quia in beatis erunt potentie iuncte organis bene diſpoſitis ideo ibi erunt omnes potentie ſentiendi. ¶ Tercia propoſitio. Quia obiecta omnium ſenſuum non erunt in gloria ſed quorundam: ideo quidam erunt in actibus ſuis in ſuo ſenſu: quidam non. Nam ſenſus viſus et ſenſus tactus erunt in actibus ſuis: quia ibi videbimus corpora nostra glorioſa: quia erunt lucida et colorata. Etiam erit ibi obiectum tactus ſcilicet lenitas: vt eſt dulce et leue tangibile: ita quod amplexabimur et oſculabimur inuicem abſque aliqua deordinatione: ſed cum omni honeſtate. tamen non erit ibi ſenſus guſtus: nec ſenſus olfactus. tamen probabile eſt quod ibi erit ſenſus auditus ſecundum illud pſalmiſte. Exultationes dei in gutture eorum: nam ſancti cantabunt cantu corpali cum ſumma melodia et concordia. Alterius autem opinionis eſt Richardus de media villa quod omnes ſenſus habebunt ſuos actus. Dicit enim quod deus cauſabit in corporibus beatorum odorem egregium: vbi ſatiabitur ſenſus olfactus. Similiter in lingua cauſabit deus quandam humiditatem: vbi ſatiabitur ſenſus guſtus. Et hec opinio magis placet.

Secundo queritur. Vtrum illi ſenſus qui ſunt in ſuo actu cognoſcant per ſpeciei receptionem. ¶ Notandum quod antequam habeantur actus ſenſus: duo requiruntur ſcilicet potentia ſentiendi et obiectum ſenſibile: vt puta antequam aliquis videat requiritur primo quod habeat potentiam videndi: ſecundo quod ſit obiectum ſenſibile. Unde ſi aliquis haberet optimam diſpoſitionem et potentiam viſus: ſi eſſet in tenebris et obſcuro loco nihil videret. Et ſi

militer ſi eſſet in loco clariſſimo ⁊ nõ ha
beret potentiã viſus: ita ꝙ eſſet cecus: ni
hil videret. Notandũ ꝙ aliquid cogno/
ſcitur ꝑ receptionẽ ſpeciei: qñ obiectum
ſenſibile cauſat ſpeciẽ ſuĩpſius in recipi
ente: vt ſol cauſat in viſu nr̃o ſpeciem ſo
lis: albedo in nobis ſpeciem albedinis.
Et ſimiliter dicendũ eſt de alijs ſenſib⁹.
¶ Rñſio. Senſus glorificati cognoſcẽt
recipiẽdo ſpeciẽ ab ipo obiecto ſenſibili

Quantũ ad quartũ ar/

ticulũ queritur ꝓncipaliter de glĩa cor/
poris in ſpeciali que in quattuor dotib⁹
conſiſtit. Et ſbdiuiditur iſte articulus
in quattuor ſm ꝙ quattuor ſunt dotes
corporis.

Irca primũ igi/
tur articulũ (qui eſt de im/
paſſibilitate) duo querunt.
Primo. Utrũ corpus glo/
rioſum ſit impaſſibile ab intrinſeco.
¶ Rñſio. Corpora illa ſunt incorrupti
bilia ⁊ indefectibilia (⁊ oẽs cõcordãt in
hoc) tam ab intrinſeco q̃ ab extrinſe/
co. ⁊ hoc loquẽdo de potẽtia dei ordina/
ta. ¶ Notandum ꝙ aliquid eſt incorru/
ptibile: immortale: impaſſibile ⁊ ſic de
alijs dupliciter. Uno mõ per naturam.
Et ſic ſolus deus eſt impaſſibilis ⁊ im/
mortalis. Alio mõ per gratiã. Et iſto
modo beati dicuntur impaſſibiles. No
tandum ꝙ in beatis erunt humores ſcꝫ
ſanguis ⁊ humiditas; ⁊ etiam calor or/
dinatus ⁊ quattuor elementa: ſicut ſunt
in mixto tñ nõ corrumpent. ⁊ hoc ex vir/
tute diuina.

Scd̃o queritur Utrum

corpus glorioſum ſit impaſſibile paſſio
ne veniente ab extrinſeco: ſicut igne vel
cultello. ¶ Rñſio. Corp⁹ glorioſum eſt
impaſſibile ab extrinſeco: ita ꝙ ſi corp⁹
glorioſum eſſet in igne infernali: non pa
teretur. Uñ. Impaſſibilitas vt eſt dos
corporis eſt quedã virtus ad nõ patien
dum immediate data a deo ipſis corpo
ribus beatis pro remuneratione ⁊ tãq̃
pro dote.

Quantũ ad ſecundum

articulũ querit̃ primo. Utrum corpora
illa ſint peruia: an colorata: an lumino/
ſa? Notandum ꝙ duplex eſt peruietas.
¶ Quedã eſt qualitatiua: ⁊ eſt quedam
diſpoſitio qualitatiua diſponens ad vi/
dendum ea que ſunt in eo; vt per criſtal
lum videmus que continent̃ in eo. Alia
eſt peruietas poroſiua: ⁊ ſunt ipſa fora/
mina vel pori per que videbimus in glo
ria interiora noſtri corpis. Et ꝑ iſtos
poros nunc exeunt ſudores et pili. No/
tandum poſt hec ꝙ coloratum nihil ali/
ud eſt q̃ ſuſceptiuum coloris: vt paries
dicitur coloratus: quia eſt albus: vel ni
ger: vel rubeus ⁊c̃. Notandũ demum ꝙ
luminoſum capit̃ dupliciter. Uno mo/
do vt eſt ſuſceptiuũ lucis. Uñ lux eſt in
corpore lucido ꝓprie loquẽdo: vt ſol di/
citur lucidus: quia lucet. Et iſto modo
ꝓprie capitur hic. Alio modo vt eſt ſpe/
cies ⁊ ſimilitudo lucis. Uñ lumẽ eſt in
corpore dyaphano ⁊ tranſparenti: vt lu
men dicitur eſſe in aere: in vitro ⁊ criſtal
lo ⁊c̃. Et ſic pꝫ q̃liter differũt lux ⁊ lu/
men. ¶ Ad queſtionẽ rñdet̃ ꝙ corpa bea
torum erunt colorata ⁊ luminoſa ⁊ erũt
peruia peruietate poroſiua ad modum
criſtalli pulcriora non autem peruieta/
te qualificatiua: quia ſequeretur ꝙ eẽnt
corpora organica: qd̃ non põt eſſe: quia
ſi ſic: ſequeretur ꝙ quelibet pars corpo/
ris eſſet ipm corpus. Nam oĩa corpora
quia ſunt organea: vt quelibet pars ae/
ris eſt aer: quelibet pars criſtalli eſt cri/
ſtallus. Notandũ vlterius ꝙ claritas
eſt lux manifeſtans ſeipſam. Nã lux ab
ſcondita non dicitur claritas: ſed ſolum
modo dr̃ lux. Notãdũ etiam ꝙ iſta ſunt
ſynonima: peruietas dyaphaneitas: ꝑſpi/
cuitas ⁊ tranſparentia.

Scđo queritur Utrum corpora glorioſa poſſint claritatē ſuam ſm imperium anime ſue oculis noſtris occultare. ¶ Reſpondet Bonauentura ꝙ licet non poſſemus videre corp⁹ glorioſum in ſe ꝓpter nimiam eius claritatē tamen poſſemus illud videre in ordinatione: ſicut eſt de ſole. Ulterius: q: corpus glorioſum eſt ſubtile: ⁊ per ſubtilitatem ſuā poteſt om̄e corpus penetrare non glorioſum (vt infra patebit) iō poſſet corpus glorioſum oculos nr̄os penetrare: ⁊ ſic non eſſet obiectū nobis viſibile: quia qđ intra oculos noſtros eſt non poſſumus videre. Qualiter autem hoc poſſit fieri: poſtea dicetur in materia de dote ſubtilitatis. De xp̄i corpore autē (qui poſt reſurrectionē ſuam diſcipulis non apparuit glorioſus: licet corā ipſis eſſet preſentialiter in ſpecie ꝑegrini: vel ortulani ⁊c̄.) Dicendum eſt ꝙ aliud eſt de xp̄o ⁊ de pura creatura: quia chriſtus deus eſt et potuit facere qđ voluit. Nā maior potētia collata eſt xp̄o ꝙ̄ ceteris ſanctis.

Conſequēter queritur de dote ſubtilitatis: ⁊ primo Utrū corpus glorioſum poſſit penetrare corpus non glorioſū. ¶ Notandū ꝙ duplex eſt ſubtilitas ſcʒ ſpiritualis et corporalis. Subtilitas ſpūalis dicitur eſſe quedā ingenioſitas exiſtens in intellectu diſponens ipſum intellectum ad acute ⁊ perfecte aliquid cognoſcendum. ⁊ de iſta nō eſt queſtio. Subtilitas autem corporalis eſt duplex ſcʒ raritatis ⁊ virtutis ſiue actiuitatis. Subtilitas raritatis eſt quedam qualitas exiſtens ſubiectiue in corpore raro ipſum diſponens ad faciliter patiendum: vel ad hoc ꝙ faciliter penetretur: vt aer et cetera corpora mollia que dicuntur rara: quia mollia ⁊ defacili ſunt penetrabilia. Subtilitas ꝟo virtutis ſeu actiuitatis eſt quedam qualitas exiſtens in corpore: diſponēs ipſum ad faciliter agendum ſeu faciliter penetrandum. Et de iſta ſola ſubtilitate virtutis eſt hic ad propoſitum. Notandū inſuper ꝙ ſubtile vl̄ penetratiuū poteſt dici tripliciter. Uno modo quia habet figuram acutam aptam ad aliquid penetrādum: vt acus faciliter penetrat pānum: enſis faciliter aliquid molle penetrat: vt caput ⁊c̄. Alio modo ꝓpter materie quietatem: vt aer. ⁊ iſtis duob⁹ modis non capitur hic. Tercio modo aliquid dicitur penetratiuum ſiue ſubtile per virtutē actiuā. Et iſto modo capitur hic. ¶ Ad queſtionem dicitur (⁊ omnes concedunt) ꝙ corpora glorioſa habent dotem penetrabilitatis. ⁊ poſſunt penetrare omne corpus non glorioſum. Sed quomodo illud fiet eſt magna cōtrouerſia inter doctores: ſicut patet in textu. ¶ Opinio tamen Scoti (que eſt ſecurior) eſt ꝙ corpus glorioſum poteſt eſſe in eodem loco cum nō glorioſo. Unde penetrabit totūm corpus non per poros (vt dixerunt aliqui) ſed penetrabit totum corpus: ita ꝙ duo corpora erunt ſimul et in eodem loco: et hoc virtute diuina. Bonauētura. Corpus glorioſuʒ non poteſt penetrare corpus glorioſum quia vnum nō eſt materiale reſpectu alterius (licet ſit materiale in ſe) nec penetrabile ab alio. Et iđo ꝙ̄uis ſit ibi ſubtilitas: deficit tamē penetrabilitas. Et ideo plura corpora glorioſa nō poſſunt eſſe ſimul de potētia dei ordinata.

Secūdo queritur. vtrū corpus glorioſum ſit palpabile tactu a nō glorificato. ¶ Notandum ꝙ tangibile eſt quod pōt percipi ꝑ ſenſuʒ tactus. ¶ Ad queſtionem reſpōdet Bonauentura. Cum dico tangibile: duo dico ſcʒ qđ pōt immutare ſenſuʒ: ⁊ h̄ eſt ꝑfectōis ⁊ qđ nō pōt latere tactū nr̄m: ⁊ h̄ eſt imꝑ

fectionis: ⁊ qꝫ remanebit q̄d eſt pfecti/onis: et tolletur quod eſt imperfectio/nis: ideo dico ꝙ corpus glorioſuꝫ poteſt ſe prebere tangibile: et poteſt ſe latitare ſe nō prebere tangibile corpori nō glori ficato. Nam tangi poteſt cū ſit corpus verū: nō vanum ſeu fantaſticū: latere po teſt quia poteſt penetrare organū tactus Primū habet per virtutem nature. Se/cundū per effectū ſpūalis potentie ſibi a deo date. Concedendū eſt igitur ꝙ cor/pus glorioſum tangi pōt a corpore non glorioſo. Unde Luce vltimo capitulo dixit chriſtus diſcipulis ſuis Palpate ⁊ videte quia ſpiritus oſſa et carnem non habet ⁊c.

Conſequēter queritur

de dote agilitatis. Et primo queritur. Utrum agilitas ſit in omnibus corpo/ribus glorioſis. Notandum ꝙ agilitas eſt facilitas exiſtens ſubiectiue in corpo re animato ad prompte mouendū ipm motu progreſſiuo cuiꝰ principiū eſt ani/ma. Nominales dicunt ꝙ tempus ⁊ mo/tus ſunt eadē res. Item ſm aliquos pri mum mobile eſt celū criſtallinū ſm ali/quos nonū celum. ſm aliquos celū ſtel/latū. i. octaua ſpera. ¶ Propoſitio. Ceſ/ſabit omnis motus celoꝝ omniū poſt iu diciū. ¶ Sol ſtabit in oriente: luna in oc cidente. ¶ In beatis nō erit motꝰ ad for mā. ¶ Corpora beatoꝝ nō indigent loco ¶ Motus omnis eſt ꝓpter carentiā ali/cuius rei. Unde duplex eſt motus ſcꝫ ad formā ⁊ ad ſitum. Motus ad formā eſt propter indigentiaꝫ. Motus ad ſitū eſt propter libertateꝫ. Iſte motus propter libertatē non habet imperfectionē. No/tandum ꝙ ſex ſunt differētie poſitionū ſcilicet dextrum et ſiniſtrum. ſurſum et deorſum. ante et retro. Et ſic patꝫ rñſio.

Secūdo q̄ritur. vtrum

illa agilitas inclinabit corpora glorio/ſa ad omnes iſtas differētias poſitionū ita ꝙ illa corpora glorioſa nō habent ali quam inclinationē magis ad vnā ꝙ̄ ad aliam: ſic ꝙ magis ad ſurſuꝫ ꝙ̄ ad deor/ſum inclinantur: vel ad ſiniſtrum ꝙ̄ ad dextrum ⁊ econuerſo. et ſic de aliis.

¶ Propoſitio. Erit in corporibus bea/tis grauitas: ſed nō impediens. ¶ Alia ꝓpoſitio. Poſt corpus glorioſuꝫ anima tum pulcherrimū corpus eſt celū empi/reum. nihilominus beati diſcurrēt vbi volunt extra: nec habebūt minorem bea titudinem eſſentialem.

¶ Rñſio ad queſtionē. Agilitas inclina bit corpus glorioſum ad oēm differenti am poſitionis: ita ꝙ eque bene inclina/bit ad ſurſum ſicut deorſum ⁊ econtra: ad ſiniſtrū ſicut ad dextrum: ad ante ſi/cut ad retro: ita ꝙ vbi voluerit ire anīa nullum habebit reſiſtens nec impedimē tum a corpe glorificato.

Circa diſtinctio/

nem quinq̄geſimaꝫ (in qua de ſtatu damnatorū deter/minatur: cuius q̄ttuor ſunt articuli) queritur primo. Utrum dam/nati velint ſe peccaſſe. Notandum ꝙ du plex eſt voluntas ſcꝫ abſoluta ⁊ conditi/onata. Uoluntas abſoluta ⁊ kathegori/ca eſt quādo aliquis actu vult aliquid vt velle fornicari ſimpliciter: velle fura ri etiam abſqꝫ aliqua conditione. Uo/luntas vero conditionata eſt quādo q̄s vult aliquid cum cōditione: vt ego bene vellem furari ſi deus non prohibuiſſet: ego bene vellem manere de matutinis ſi ego non eſſem punitus.

¶ Reſponſio. In damnatis pena infer/nalis aufert a voluntate ipſoruꝫ actum volendi peccare: ſiue voluntatem abſo/lutam peccādi. quia reuera damnati nō appetunt luxuriari: nec ſuperbire ⁊ hoc propter penas quas ſe ſentiunt ex hoc in curriſſe. Tamē habitu ⁊ volūtate ꝯditi onata vellēt peccare. Uñ bñ vellēt luxu riari ſi nō eſſent puniti. Et hec ē opinio

Bonauenture. Sed nõ tenetur a docto/ribus modernis. Nã dicunt ꝙ ſicut ſan cti cõtinue laudabunt deum: ita damna ti continue blaſphemabunt deum ⁊ non ſolum vellent peccare ſed actu peccabũt ⁊ etiã erũt obſtinati in peccato. ſm illud pſalmiſte. Superbia eorum qui te ode/runt aſcendit ſemper. Et licet ſemꝑ pec cent: nõ tamen demererẽtur: ſed illa volun tas peccandi eſt eis pro pena. ſm illud Apocalipſis. Qui in ſordibus eſt ſorde ſcat adhuc. Sed veniamus ad reſolutio nem queſtionis. Ad illud igitur quod .i. queſtione querit (vtrum damnati vellint ſe peccaſſe) reſpõdetur ꝙ bene vellent ſe nõ peccaſſe: nõ ꝙ peccatũ eis diſpliceat: quia iniuſtũ ⁊ contra deum: ſed quia di ſplicet eis pena pro peccatis eis inflicta Unde de non bene vellet nõ ſuperbiſſe: et iudas nõ prodidiſſe chriſtum. Et hec eſt opinio ſancti Bonauenture ⁊ cum eo concordant doctores.

Queritur ſecundo. Utrũ

volũtate deliberata damnati malint nõ eſſe ꝙ̃ ſic eſſe. Hoc eſt vtrũ magis appe/tant nõ eſſe ⁊ annihilari: ꝙ̃ eſſe in tormẽ/tis. ¶ Reſpondetur ꝙ omnes concordant in hoc ꝙ damnati mallent non eſſe ꝙ̃ ſic eſſe in tormẽtis. ⁊ hoc ꝑper illas penas. Unde Apocalipſis nono. In diebꝰ illis deſiderabunt hoĩes mori: ⁊ fugiet mors ab illis. Item Auguſtinus in libro de miſeria huius mundi: loquens de dãna/tis dicit. O mors ꝙ̃ dulcis eſſes: qͣbus tam amara fuiſti. te ſolum deſiderant: q̃ te vehementer oderunt. Sed in hoc ap/petitus damnatoꝝ eſt inordinatus. indi ſeretus ⁊ fantaſticus quia non eſſe nullo modo eſt appetendũ appetitu recto. Si militer nec eſſe damnatũ nec eſſe infelicẽ eſt appetendũ: ſed vtrũꝗ eſt fugiendũ.

Sed queritur quod illoꝝ

eſt magis fugienduꝫ. ¶ Reſpondetur ꝙ ſe habent ſicut excedentia ⁊ exceſſa: ideo vtrũꝗ altero eſt magis fugiendũ diuer/ſis conſiderationibꝫ. Nam non eſſe ſim/pliciter eſt magis fugiendũ ꝙ̃ eſſe dam/natum quia illud eſt magis fugiendum quod magis aufert de bono: ſed non eſſe magis aufert de bono: quia totũ bonuꝫ ⁊ totum eſſe annihilat: ſed eſſe damnatũ ſolum partem boni annihilat: quia licet male viuant ⁊ ſint in penis: tamẽ ſemper ſunt in eſſe: ⁊ eſſe eſt bonũ: igitur ſimpli/citer loquendo nõ eſſe eſt magis fugien/dum ⁊ minus appetendũ ꝙ̃ eſſe damna tum. Etiam ſm appetitũ honeſti: dam/nati deberent magis eligere eſſe damna/ti: ꝙ̃ nõ eſſe: quia ſunt ibi in inferno ad iuſticiã manifeſtandã. Si autem loqua mur de appetitu qui refugit incõmodũ: ſi daretur in optione damnatis tunc de/berent magis appetere nõ eſſe ꝙ̃ eterna/liter damnari: quia eſt magis portabile nõ eſſe ꝙ̃ eternaliter damnari. Sed cer/tum eſt ꝙ damnati magis eligũt nõ eſſe ꝙ̃ eternaliter damnari: quia ſequuntur appetitũ ſuum ⁊ nõ reſpiciunt honorem dei. Et hec omnia dicit bonauentura: ⁊ licet bene tamẽ ſm aliquos doctores in/ſufficienter dicit. Dicunt eñ ꝙ damna/ti ſunt miſeri ⁊ in miſeria. Unde duplex eſt miſeria ſcꝫ culpe ⁊ pene. Miſeria cul/pe etiam eſt in damnatis ⁊ ſm eam dam/nati ſm rectam rationem ⁊ ſm appeti/tum honeſti deberent magis eligere ſim pliciter nõ eſſe ꝙ̃ eſſe in culpa: quia nul/la re debet deus offendi. Alia ẽ miſeria pene. ⁊ ſic ſm rectam rationem damnati magis deberẽt eligere eſſe in pena ꝙ̃ ſim pliciter non eſſe.

Tercio queritur vtrum

damnati mallent omnes eſſe damnatos ꝙ̃ quoſdã eſſe damnatos ⁊ quoſdam eſſe beatos. ¶ Reſponſio. Duplices ſunt af/fectiones. Quedam ſunt libidinoſe que generant delectationẽ ⁊ iſte parum vige bunt in damnatis propter multitudinẽ

penarum. Alie ſunt affectiones inuidio ſe in quibꝫ nulla eſt delectatio: ſed ſemꝑ eſt penalitas ꝛ afflictio ſpiritus ꝛ iſte au gebuntur in damnatis. Quoniā igitur in damnatis augebitur odiū ꝛ inuidia: ꝛ vehementer triſtabuntur ꝛ inuidiā ha bebunt de beatitudine ꝛ gloria electoꝝ ideo vellent ꝙ nulli eſſent ſancti ꝛ ſalua ti: ſed omnes damnati: licet multitudo ꝛ augmētatio augeat in eis penas. Et po nitur exemplū de febricitante qui licet ſciat aquā frigidā ſibi eſſe nociuā. tamē ꝓpter appetitū inordinatū quem habet vult eam bibere. Sic eſt de damnatis: quia licet ſciant multitudinē damnato rum eis eſſe in penā. tamen ꝓpter inordi natam affectionem inuidie quā habent: vellent omnes eſſe damnatos: ꝛ hoc ſim pliciter loquendo ꝛ in generali: ꝛ dicitur ſimpliciter: quia ex quo ſciunt pro certo ꝙ aliqui erunt ſaluati: ideo magis vel lent ꝙ aliqui eſſent ſaluati ꝙ̄ alij ſicut patet Luce. xvi. de diuite illo epulone ꝗ deſiderabat ꝙ fratres nō veniſſent ſecū in inferno: quia fuiſſent ei in maiorē af flictionem. Unde pater dicit filio. Ma ledictus tu es in carne. ꝛ econuerſo ꝛc̄.

Circa ſecundum articulum (qui eſt de exceca tione ſiue tenebroſitate) que ritur primo. Utrū ibi ſint tenebre corporales. Notandū ꝙ duplex eſt tenebra. ſcꝫ corporalis et ſpiritualis. Tenebra corporalis eſt priuatio lumi nis tam primarij ꝙ̄ ſecundarij. Unde lu men primarium eſt ipſum lumen qḋ im mediate cauſatur a luce in corpore dia phano: vt lumen qḋ eſt in aere. Lumen ſecundariū eſt quod cauſatur a lumine ſicut eſt vmbra. Et ſic patet ꝙ differen tia eſt inter vmbrā ꝛ tenebrā. Etiam dif ferunt lux ꝛ lumen: ſicut patuit in prece denti diſtinctione in materia de dote cla ritatis. Tenebra ſpiritualis eſt duplex. Quedam eſt tenebra ſpiritualis intelli gentie ꝛ cognitionis ꝛ vocatur ignoran tia. Et per oppoſitū ſcientia dicitur lu men ſpirituale. Unde cōmuniter dicit ꝙ ſcientia nō habet inimicū preter igno rantem. Et de iſta tenebra eſt queſtio ſe quens. Alia eſt ſpiritualis tenebra me morie: ꝛ nihil aliud ē ꝙ̄ obliuio ꝛ priua tio actus memorādi. Et de iſta tenebra eſt tercia queſtio. Alie ſunt tenebre de ꝗ bus nō eſt queſtio: ſicut peccatū dicitur tenebra: ꝛ ſic ſunt ſeptē tenebre particu lares ſm ꝙ ſunt ſeptē peccata mortalia. Sed de iſtis non eſt queſtio. ¶ Ad que ſtionem reſpondetur ꝙ ſm Iſidoꝝ ignis gehenne habet lucē ad aliquid ꝛ ad ali quid nō: quia ignis gehenne aliquo mo do lucet vt damnati habeant vnde do leant ſcꝫ ad videndū triſtia ꝛ horribilia Et iſte ignis eſt fumoſus. ſulphureus ꝛ tenebroſus. Ignis autē gehenne non lu cet ad conſolationem damnatoꝝ. Et ſic patet ꝙ ignis gehenne lucet aliquo mo do: vt damnati videant vnde doleant: et nō lucebit luce claritatis ꝛ pulchritudi nis: ne habeāt vnde gaudeāt. Notandū ꝙ quicquid videbunt dānati erit in eoꝝ deſolationē: nec videbunt indifferentia: nec delectabilia: ſed triſtia.

Secūdo queritur. vtrū erunt ibi tenebre ſpirituales ꝙ̄tum ad actum cognoſcendi. Quid ſit tenebra ſpiritualis in ꝑcedenti queſtione dictū eſt. ¶ Reſponſio. Sicut eſt triplex act9 lucis corporalis (ſcꝫ manifeſtare: dirige re ꝛ delectare) ſic ꝛ in luce ſpirituali. Si loquamur ꝙ̄tum ad actū primū: ſic di co ꝙ nō omnino extra lucem erunt: quia eis aliqua erunt manifeſta: ꝛ hoc ad cu mulum pene: vtpote erunt peccata que cōmiſerunt. Et manifeſtatio et cogni tio illoꝝ erit eis in magnam penam. Si loquamur ꝙ̄tum ad ſecūdū actum qui eſt dirigere: ſic dico ꝙ omnino erunt

extra lucem: quia non poterunt dirigi. Erunt eñ extra omnē viam: et tempus ⁊ locum bene agēdi: ſicut dicitur Eccleſiaſtes nono. quia nec tempus nec ratio: nec ſciencia erūt apud inferos. Si vero loquamur q̄tum ad terciū actum (qui eſt delectare) ſic dico ſimiliter ꝙ erūt extra lucem omnino: quia nihil cognoſcēt actu in quo delectentur: erunt enim abſorpti omnino a magnitudine penarum Hec Bonauentura.

Tercio queritur vtrum

in damnatis ſint tenebre q̄tum ad actū memorādi ¶ Reſpōſio. In dānatis erit recordatio q̄tū ad meſticiā ⁊ dolorē: ſed i eis nō erit recordatio ad directionē nec cōſolationem. Et breuiter ſilr dicendū eſt de actu memorandi: ſicut de actu cognoſcendi. Et inter omnia recordabilia recordationem habebunt de peccatis a ſe commiſſis.

Quantū ad terciū arti-

culum querit̃ de cognitione anime ſeparate. Et primo queritur vtrū anima ſeparata habeat vſum potentie ſenſitiue. ¶ Notandum ꝙ potentia ſenſitiua capitur tripliciter. Primo modo pro principali ⁊ formali principio ipſi⁹ ſenſationis ꝓductiuo principaliter ipſius actus ſentiendi. Et hoc eſt quedaꝫ formalitas ſiue perfectio ſe tenens in anima que realiter diſtinguitur ab illa. Alio modo capitur materialiter et inſtrumentaliter: pro ipſo inſtrumento corporeo mediante quo anima habet potentiam videndi ⁊ ſic capitur ꝓ principio materiali productiuo principaliter ipſius actus ſentiendi. Et iſto modo nihil aliud eſt q̄ ipſum organum cuiuſmodi ſunt oculi ad videndū: ⁊ aures ad audiendum ⁊c̄. Tercio modo capitur potentia ſenſitiua propriiſſime: pro aliqua entitate reſultante ex aggregatione ipſius coniuncti ſcꝫ ex anime potentia ⁊ organo mediante quo ſenſus exeunt in actus ſuos. Et ſic capit̃ pro toto aggregato ex principio formali ⁊ organo. Et iſto modo potentia ſenſitiua non eſt ſolum illa formalitas que eſt in anima: nec ſolum organa dicuntur potentie ſenſitiue: ſed ſunt totius cōiuncti. ſcilicet perfectiones anime et organo conuenientes ſicut aures ſunt organa conuenientia ad audiendū oculi ad videndū. manus ad tangendū Et iſte terci⁹ mod⁹ capitur hic in q̄one. ¶ Ad queſtionē reſpondetur ꝙ proprie loquendo: impoſſibile eſt animā a corpore ſeparatam habere vſum potentie ſenſitiue: quia potentia ſenſitiua eſt aliqua entitas reſultans ex coniunctione corporis ⁊ anime. Nam anima ſeparata a corpore nec poteſt videre viſu corporali nec guſtare: nec tangere: ⁊ ſic de aliis ſenſib⁹ Et hoc dictum eſt in diſtinctione quadrageſimanona. parte ſecunda. articulo tercio. queſtione prima: quia quicquid cognoſcit anima ſeparata a corpore hoc cognoſcit potētia intellectiua. Et dictū Caſſiodori nō intelligitur de potentiis corporalibus ſed de interioribus: ita inquiens. Anima ſeparata videt: audit ac reliquis ſenſibus efficacius vtitur per intellectum ſupple: quia trahit ſecum potentias. Et ſimiliter dicendum eſt de angelo. Et licet non habeant potentias ſenſitiuas ⁊ exteriores tamen perfectius anima ſeparata per potentiam interiorem ⁊ intellectiuam cognoſcit. ¶ Concluſio. Impoſſibile eſt animā ſeparataꝫ a corpore habere potentiā ſentiendi: q̄a eſt totius coniuncti ſcilicet corporis et anime: capiendo potentiam ſenſitiuam pro toto aggregato. Hec cōcluſio eſt reſponſiua ad queſtioneꝫ. Item Auguſtinus dicit ꝙ anima trahit ſecum imagines rerum corporalium: ⁊ per illas imaginatur ⁊ cognoſcit ⁊ vtitur potētia ſenſitiua interiori. Et hec eſt opinio doctoris Bonauenture.

Secūdo querit̄ .vtrum anima ſeperata cognoſcat ea q̄ circa nos geruntur: dico per comparationē ad ſtatum viatoꝝ. ¶ Reſpondetur ad queſtionem ponendo tres diſtinctiones et quatuor ꝓpoſitiones. ¶ Prima diſtinctio. Duplex eſt cognitio ſcʒ per doctrinam: ꝛ per inuentionē. Cognitio per doctrinam eſt illa que habetur a doctore legente clare qui verbis cōmunibus et claris vtitur. Cognitio per inuentionē eſt illa que inuenit̄ ab aliquo ingenioſo ſiue ab aliquo doctore. ¶ Secunda diſtinctio. Cognitio per inuentionem eſt duplex. Quedā eſt rei preſentis ꝛ per certitudinem vt quando videtur aliquid preſens ꝛ certitudinaliter. Alia eſt rei abſentis ꝛ per quandā coniecturationē vt quando aliquis veſtigia bouis videt in niuibus vel in terra: tunc habet coniecturaʒ ꝙ boʒ ibi tranſiuit. Et iſta cognitio nō eſt ſemper vera: quia poteſt aliquis imprimere veſtigiū bouis: ꝛ tamē inveritate nō tranſiuit bos. ¶ Tercia diſtinctio Cognitio per doctrinam poteſt eſſe triplex. Quedā eſt a deo imediate: ſicut ꝓphete multa cognouerūt per reuelationem diuinā. Alia eſt que fit ab homine vl̄ a demone. Et iſta reuelatio poteſt decipere: quia ꝛ homo ꝛ diabolus poſſunt fallere ꝛ falli. Tercia eſt que fit ab angelo bono: ꝛ iſta eſt ſemper vera. ¶ Prima ꝓpoſitio. Anime ſeparate per certitudinem rei p̄ſentis non poſſunt habere noticiam de his que circa nos aguntur: niſi hoc eſſet ex ꝑmiſſione diuina ſcʒ ꝙ veniant ad nos. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Anime ſeperate poſſunt habere noticiā de his q̄ circa nos aguntur per quandā coniecturationem: etiam anime damnate. Vt ſi quis auarus haberet filiū prodigum: ſi ille auarus dimiſiſſet filio ſuo multa bona poſt mortē: tunc coniecturā haberet ꝙ fili⁹ ſuus ꝯſumeret bonū. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Anime ſeperate poſſunt habere noticiaʒ de his que circa nos aguntur: ꝑ reuelationem tam in bonis ꝙ̄ in malis. In bonis per reuelationeʒ bonoꝝ angelorum. In malis per reuelationē demonum: ad augmentationē pene. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Anime ſeparate poſſunt habere noticiā de his que circa nos agunt̄ per illuſtrationē diuinā quādo ſcʒ deus eis reuelat. ꝛ hoc tm̄ eſt in bonis ꝛ etiam exiſtentibus in purgatorio. Nam illi q̄ ſunt in inferno nō habent iſtas illuſtrationes: qꝛ ſunt indigni: ſic̄ patet ꝑ auctoritates Auguſtini et Gregorij in textu.

Querit̄ tercio de cognitione anime ſeparate per comparationē ad ſtatū beatoꝝ. Vtrū mutuo ſe cognoſcant. ſcilicʒ damnati bonos ꝛ ecōuerſo. ¶ Reſpondet̄ ꝙ ſic. Nam conſideratio ſiue cognitio glorie bonoꝝ eſt reprobis pena. Et cōſideratio ſiue cognitio pene reproboꝝ eſt electis gaudiū: quia damnati ꝯſiderāt gloriā ſub ratione amiſſionis. electi vero penaʒ ſub ratione diuine vltionis. Unde letabit̄ iuſtus cum viderit vindictā. Et nunc ꝛ poſt iudiciū conſiderabunt electi penam: quia gloria electorum ſemꝑ manet: et poſt iudiciū erit copioſior. Damnati vero (licʒ modo cōſiderent gloriā ꝛ bene cognoſcant btōs) poſt iudiciuʒ qn̄ anima iungeſ corpori: nō amplius cōſiderabūt illam gloriam quia total'r erūt in penis abſorpti: ita ꝙ nō poterūt ad alia vacare nec cogitare. Ad intelligentiā illi⁹ Luce. xvi. (vbi dicitur petebat guttā aque ad refrigerādū linguā ſuā) notandū ꝙ nō affligebat̄ in lingua materiali aut corporali: quia nō habeat: eo ꝙ ſola aīa cruciabat̄: ſed affligebat̄ in aīa ex ꝯſideratione illius pene quā habebit poſt iudiciū: ſicut prius dictum eſt ꝙ anime affligunt̄ ab igne materiali per ſolā ꝯſiderationē illi⁹. Et ſil'r demones affligent̄ poſt iudiciū.

Circa vltimū articulum Queritur primo. Utrum damnati habeant vermem materialē ſiue corporalem. ¶ Notandū ꝙ vermis dicit̄ tripliciter. Primo modo dicitur quaſi veritas miſſa. Et iſto modo filius dei qui miſſus eſt a patre in mundū pro ſalute generis humani dicitur vermis. ſm illud pſalmiſte. xxi. Ego ſum vermis ⁊ nō homo. Auguſtinus. Vermis. i. veritas miſſa: ⁊ nō homo: quia nō ſum cōceptus ex ſemine viri ⁊ mulieris ſicͭ ceteri homines. Alio modo dicitur vermis animal. Et ſic vermes dicuntur quedā animalia parua ſuper coſtas ſuas ambulātia: ⁊ ſi habeāt pedes ſunt valde parui ſicut pediculi ⁊ ceteri vermes generati ex corruptione ſiue ſint in terra ſiue in aqua: Et iſto modo etiam ſerpentes dicuntur vermes. ⁊ ſic capitur vermis in queſtione. Tercio modo dicit̄ vermis a rodendo quia corrodit et remordet et ſic vermis ſpiritualis. ſcilicet ſindereſis dicit̄ vermis. Et de iſto dicetur in duabus ſequentibus queſtionibus. ¶ Ad queſtionem dicitur ꝙ Auguſtinus viceſimo de ciuitate dei ponit circa hoc duas opiniones. Quidam voluerunt dicere ꝙ vermis iſte ſit ſpiritualis ⁊ horum opinionem dicit ſibi magis placere. Et hec opinio cōmuniter a doctoribꝫ tenetur. Alij vero volunt dicere vermē illum eſſe materialem. Propter verba ſcripture Judith vltimo. Dabit ignem ⁊ vermem in carnem eorum. Et ſic patet per primam opinionem ꝙ in inferno nō ſunt vermes materiales. Ad auctoritatem Judith dicendū ꝙ ſicut ignis materialis affligendo corpus etiam affligit animā per redundantiam: quia vnita eſt corpori: ſic vehemens dolor ⁊ remorſus anime: ſiue triſticia redundat ī corpꝰ ſm illud Prouerbiorū. xvij. Spiritus triſtis exiccat oſſa. Et ſic dicit̄ ꝙ erit ignis et vermis in carne eorum.

Secundo q̄ritur Utrū in damnatis ſit vermis ſpiritualis.

¶ Pro declaratōne queſtionis notandū ꝙ vermis capitur duobus modis. Uno modo proprie. ⁊ ſic ſunt illa parua animalia de quibus dictum eſt in queſtione precedenti. Alio modo capitur methaphorice: ⁊ ſic capitur in preſenti queſtione. ¶ Et eſt quedam triſticia ⁊ continuus remorſus cōſcientie: que oritur ex putrefactione peccati ex concurſu duoꝝ mouentiū ſcꝫ voluntatis naturalis ⁊ voluntatis libere ſibiinuicem obuiantium ⁊ ſibiinuicem reſiſtentium. In iſta diffinitione ſunt ſex particule. Prima particula eſt triſticia: ⁊ ponitur loco generis Unde triplex eſt triſticia in damnatis. Prima eſt carentia beatitudinis. Secūda erit de igne affligente eos. Tercia triſticia eſt vermis. ¶ Secunda particula eſt cōtinuus remorſus conſcientie et ponitur ad differentiam triſticie que dicitur carentia beatitudinis ⁊ triſticie que generatur ex afflictione ignis. ¶ Tercia particula. ex putrefactione ⁊c̄. Peccatū dicitur putrefactum et putridum quando homo moritur in illo ¶ Quarta particula ex concurſu ⁊c̄. Voluntas naturalis eſt ſindereſis. Voluntas autē libera in damnatis eſt obſtinatio cōtinuo in peccatis manendi. ¶ Quinta particula ſibiinuicem obuiancium: quia ſi haberent obſtinationem ⁊ nō haberent ſindereſim: tunc non eſſet vermis: vt patet in mundanis hominibus ⁊ obſtinatis: qui nullos aut paruos habent remorſus cōſcientie. ¶ Sexta particula. ſibiinuicem reſiſtentium. Unde ſi ſindereſi nō daretur reſiſtentia per obſtinationem: tunc proprie nō eſſet vermis ſicut patet in bonis viatoribus qui ſtatim obediunt veritati ⁊ ſindereſi immediate faciēdo per

nitentiam. ¶ His viſis faciliter reſpondetur ad queſtionem ꝙ vermis ſpiritualis eſt in damnatis.

Queritur tercio. Utrū vermis ille ſit inuariabilis. ¶ Reſponſio. Juſto dei iudicio fiet vt mal[i] ſimul omnia peccata memorentur: vt ꝓ omnibus continue torqueantur. Et id[eo] vermis in damnatis eſt inuariabilis: ita ꝙ continue mordebit: nec minuet: nec augmentabitur: quia ita intenſiue mordebit in vna hora ſicut ⁊ in alia. ¶ Notandum tamen ꝙ intenſius erit in aliquibꝰ: ſm ꝙ aliqui plura peccata commiſerūt In alijs autem minus intenſe mordebit ſm qḋ minus peccauerunt. A quo ipſe pius ⁊ miſericors Jheſus mundi ſaluator nos cuſtodiat. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat deus per immortalia ⁊ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Expliciunt Reportata admodū ſubtiliſſima venerandi patris Steffani Bruleſer: ordinis diui Frāciſci de obſeruantia in theologia magiſtri longe excellentiſſimi in quartum librū Sentētiarum Seraphici Doctoris Bonauenture cōportata quidē Metis Gallie. Impreſſa vero ꝑ magiſtrū Jacobū de Pfortzheim Ciuem Baſilienſem. Anno ſalutis noſtre. Milleſimoquingenteſimoꝑmo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

SANTIN OTTAVIA
RESTAURO DEL LIBRO
1972